τοῦ Πνεύματος, ἐλθέ μοι τῷ πνεύματι, Πνεῦμα καὶ
αὐτὸς θεῖον ὢν, ὡς ἐκ Θεοῦ Πνεύματος γεγεννημέ-
νος. Ἴδου κίχρημί σοι καρδίαν πραεῖαν καὶ ἡσύχιον,
καὶ οἷα δὴ νερὸν κῆπον καὶ μυστικόν, διάνοιαν ὑπέχω
ταπεινὴν τε καὶ ὁμαλῆν. Ἐξεγείρου, βορρᾶ, καὶ ἔρ-
χου, τότε· *διάπνευσον κῆπόν μου, καὶ ρευσά-
τωσαν ἀρώματά μου.* Προσλαλείτω γάρ σοι καὶ
Σολομών· σὺ γὰρ βορρᾶς μὲν, ὡς τοῖς καθαρωτάτοις
τῆς θεολογίας φθέγμασιν, οἷα λαμπραῖς καὶ ζωογό-
νοις ἀναψύχων πνοαῖς· καὶ τὸ τῆς πολυθετίας πνί-
γος, καὶ τὸν τῶν αἰρέσεων διαχέων φλογμόν· καὶ
τὰς πιεζομένας ἐν τούτοις καρδίας ψυχαγωγῶν καὶ
ἀνακτώμενος. Νότος δὲ, ὡς τοῖς τῆς ἀγάπης δια-
θερμαίνων λόγοις, καὶ τοὺς ἀναισθησία νοῦ καὶ
σκληρότητι θείας ἐστερημένους ἐπιρροῆς, ἀγόνους
τε διὰ ταῦτα καὶ κατεψυγμένους καθεστῶτας, ἀνα-
θάλπων καὶ ἀναζωπυρῶν; καὶ ζωτικῆς ἰκμάδος
πληρῶν καὶ καρποφόρους ἀποτελῶν.

Τοιαύταις πνοαῖς, τοιοῦτοις ῥοιζήμασιν ἀεὶ δια-
πνέων ἡμᾶς, ὦ μακάριε, ὡσπερ τινὰ ποικίλην ἐκ
ποικίλων ἀρωμάτων εὐωδίας ὄσμην, τὴν ἐκ τῶν λό-
γων σοι αἶνεσιν παρασκευάσον ἐνεγχεῖν. Πάντως δὲ,
οὐδεμιᾶς ἡμῖν μακρηγορίας χρεῶν, τὸν πρῶτον ἐν
θεολόγοις προθεμένοις ὑμνεῖν. Ὡς γὰρ ἀεὶ τὸ θεῖον
ἐν τε τοῖς ἄλλοις πᾶσι, καὶ πολὺ πλεον τοῖς λόγοις, τὸ
γοργόν καὶ συντετριμμένον [συντετριμμένον] φιλεῖ·
φιλον δὲ τοῦτο, καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ θεολογεῖν εἰδῶσιν,
οὕτω προσήκειν ἡγοῦμαι καὶ τῷ νῦν ἐπαινουμένῳ,
ἀπέριττον τε καὶ σύμμετρον, ὡς οἶόν τε, τὸν λόγον
καρποφορεῖν. Ὅθεν οὐκ ἀπὸ τῶν ἔξω καὶ γῆθεν αὐ-
τῷ παρεπομένων, γένους, φημί, καὶ πατρίδος, ἢ τινος
εὐκληρίας βίου, τὸν οὐράνιον ἀνδρᾶ γνωριούμεν· περι-
τῆ γὰρ, καὶ οὐχ ὅπως τῷ ὑψηλοτάτῳ τῆς ἀληθείας εὐ-
αγγελιστῇ· ἀλλ' οὐδὲ τοῖς πολλῶν λειπομένοις τῆς ἀρε-
τῆς ἀγίοις, οἵκελα ἢ θελητῇ, ἢ ἀπὸ τῶν τοιοούτων εὐφη-
μία. Ἀλλὰ τὰ ἀπὸ γῆς μὲν τίμια τοῖς ἀπὸ γῆς ἐναδρύ-
νεσθαι παρῶμεν· οἷς δὲ ἡ γέννησις οὐκ ἐξ αἱμάτων,
οὐδὲ ἐκ θελήματος γέγονεν ἀνδρός· ἀλλ' ὁ Πατὴρ
μὲν οὐράνιος ἀνωθεν προεγνώκως, συμμόρφους κατὰ
καιρὸν ἐξελέξατο τῷ Μονογενεῖ· τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ
ἄγιον ὡς ἀγίοις ἐπαναπαυσάμενον, καὶ καινὸν ἐν
σὺτοῖς ἀνθρώπων καὶ θεοειδῆ τῷ τῆς ἀληθείας λόγῳ
γεγεννηκῶς, υἱοθετήσατο τῷ Θεῷ, τούτους ἐντεῦθεν

A assequi licet, in Patris gloriam, laudem intonuerit?
Veni igitur, divine Theologe et Evangelista, coelestis
Verbi tuba, sonora, concinna mellitis veritatis sonis,
omnem Græcorum sermonis vanitatem silentio da-
mnans: omniaque oratorum ac philosophorum mul-
tiplici consonantia modulata organa theologiæ tuæ
alto tonitruo sopiens, atque omnem Verbo dignum
animum ad se trahens; nec hominum modo, sed et
ipsarum (ausim dicere) cœlestium Potestatum per-
eximium auditum sui desiderio illiciens.

Patris luminum dignissime interpret ac scriba,
Christi os, lingua Spiritus, veni ad me spiritu, qui
et ipse divinus Spiritus sis, tanquam ex Deo Spi-
ritu natus¹⁷. Ecce cor tibi lene et tranquillum mu-
tuo, velutque intelligentem hortum ac mysticum,
humilem æquabilemque animum præbeo. Surge,
aquilo; et veni, auster; perfla hortum meum, et fluent
aromata mea¹⁸. Te enim etiam Salomon alloqua-
tur. Tu namque aquilo, ut limpidissimis scilicet
theologiæ vocibus, tanquam puris ac vitalibus flati-
bus refrigerans, supersticiosique numinum cultus
algorem atque hæreseon incendia, dissipans; his-
que oppressa pectora recreans ac levans. Auster
vero, velut charitatis sermonibus calefaciens, men-
stisque extincto sensu ac duritie, divino omni de-
titutos influxu, eaque ratione infecundos atque ri-
gentes refovens ac exsuscitans, vitalique humore
replens ac fructiferos præstans.

Ejuscemodi flatibus, istiusmodi stridoribus nos
semper perflans, vir beate, præsta, ut velut quam-
dam ex variis aromatibus odoris suavissimi fragran-
tiam, quæ sermonibus textitur, laudem tibi offera-
mus. Omnino enim nihil nobis prolixa opus oratione,
quibus incumbat ut primum inter theologos laude-
mus. Quemadmodum enim Deus, cum in reliquis
omnibus, tum potiori longe ratione in sermonibus,
id amat quod acre ac breve est; amant vero et
qui divina tractare norunt: sic et illi quem lauda-
mus convenire existimo, ut orationem minime su-
perfluum, ac modis suis coercitam, quoad licet,
offeramus. Quamobrem a nullo eorum quæ extrin-
secus sunt, et terrena quasi appendice sequuntur
(prosapia scilicet atque patria ullave sæculi cla-
ritate) virum cœlestem celebrabimus (superflua enim, ac
nedum celsissimo veritatis evangelistæ, sed neque
sanctis ab ejus longe virtute remotis conveniens
aut placita, quæ ex talibus laudatio est). Verum
terrenis ornamentis superbire eos sinamus et glo-
riari, qui sunt e terra: quibus autem nativitas at-
que origo non ex sanguinibus, nec ex voluntate viri
obtiguit¹⁹; sed Pater quidem cœlestis olim præco-
gnitos, pro tempore conformes elegit Unigenito; Spiritus sanctus autem, ut qui in sanctis conquie-

¹⁷ II Cor. III, 17. ¹⁸ Cant. IV, 16. ¹⁹ Joan. I, 13.

cat²⁰, atque in eis novum hominem ac Deiformem A sermone veritatis gignat, in filios Deo adoptavit^{20*}; ii inde laudentur ac admirationi habeantur, quorum, juxta sacra eloquia, in Domino laudetur animus; quique adeo cum cœlesti Patre jucundissim celebrentur²¹.

Inde cunctis quidem sanctis apta laudatio, velut ex uno Patre luminum prognatis; cum primis vero coryphæis antiquissimisque Verbi theologis; ex quibus Petrus quidem tanquam fidei petra firmissimumque fundamentum honore prælatus est: Jacobus vero, ut qui primus apostolorum, calicis ac baptismatis passionis Christo socius, sanctæque fidei basis sanctis esset futurus. Tu vero, o beate! summa apostolicæ majestatis arce arrepta, ut qui supremam virtutum (charitatem dico) præ cunctis illius consortibus dilexeris, eximieque tibi illa placueris, ac summe eam colueris; inque ea, vere dilecto ac charissimo Deo Verbo Dei que Unigenito, necessitudinis devinctus sis. Nempe hoc tibi animi incitationis summique in Deum ascensus initium. Hoc et vestræ nota propria atque insigne beatitudinis, pulcherrimum peculiarissimumque, ac quam maxime singularis gloriatio, velut præ sanctis reliquis magis propria, Jesu nempe dilectio; qua utique suavissimi mentis vestræ decoris, divinæque formæ præstantia elucescit. Quemadmodum enim nihil ad speciem majus, ne subtili quidem cogitatu assumi queat, specioso forma præ filiis hominum^{21*}: sic quem ille singulariter amavit, primas utique animi pulchritudinis laude præ reliquis retulerit. Nec enim C adeo dilectus esset, ut et una fere illius nota propriaque distinctio charitas foret ac dilectio, nisi probitatis morumque lenitatis, atque Dei simulacro bonitatis abundantia, maxima cum diligente necessitudine, a se quoque certa quadam ratione ac pro modulo, dilectionem ipse contulisset. Diligere enim eos qui ipsum ament, diserte pronuntiat Dei sapientia²².

Omnem igitur divinam actionem omnemque eximiam contemplationem, velut ex quadam radice, ex Christi in eo dilectione surgere: ac quidquid ageret aut loqueretur, dilectionis fructum esse; qua ille totus excedens ac continue quasi emigrans, semper quidem in ea Deum contuebatur²³; hancque D adeo divinæ legis plenitudinem, Deumque esse ac deificam noverat; cujus scilicet extrema, perfectissima imperturbatione ac mente purissima, nactus esset^{24*}.

Cæterum videamus, unde a principio motus, et qua projectus ac proficiens via, ad perfectionis hanc speculam subvectus sit. Jam enim magna veraque luce iis exorta, qui sedebant in tenebris; ac quidem Patre gloriæ, Filium esse charissimum, eum qui intingebatur, e cœlis intonante²⁵; e terra vero, ipso qui intingebat, Agnum Dei esse testante^{26*}, quin et Spiritu in columbæ specie descendente,

ὕμνεσθαι καὶ θαυμάζεσθαι, ἐν τῷ Κυρίῳ, κατὰ λῆγαια, ψυχὴν ἐπαινουμένους, καὶ ὡς ἥδιστα τῷ οὐρανῷ συνδοξαζομένους Πατρὶ.

Ἐντεῦθεν πᾶσι μὲν ἀγίοις προσήκων ὁ ἔπαινος ὡς ἐξ ἐνδὸς τοῦ τῶν φώτων γεννωμένοις Πατρὸς· οὐ ἥκιστα δὲ τοῖς κορυφαίοις καὶ πρεσβυτάτοις τοῦ Λόγου θεολόγοις· ὧν Πέτρος μὲν, ὡς τῆς ἱερᾶς πίστεως πέτρα καὶ ἀβραγῆς προετιμήθη κρηπίς· Ἰάκωβος δὲ, ὡς πρῶτος τῶν ἀποστόλων τῷ ποτηρίῳ καὶ τῷ τοῦ πάθους βαπτίσματι κοινωνεῖν μέλλων Χριστῷ, καὶ βάσις ἀγίας ἐλπίδος τοῖς ἀγίοις ἐσόμενος. Σὺ δὲ, ὦ μάκαρ, τὴν ἀκρὰν τῆς ἀποστολικῆς μεγαλοπρεπείας κατέλαβες κορυφὴν, ὡς τὴν ἀκρετάτην τῶν ἀρετῶν, τὴν ἀγάπην δὴ λέγω, παρὰ τοῖς μετόχοις αὐτῆς πάντα ἠγαπηκῶς, καὶ ὑπερβαλλόντως ἡρετικῶς, καὶ ἀκρῶς κατωρθωκῶς, καὶ ἐν αὐτῷ ὄντως ἀγαπητῷ Θεῷ Λόγῳ καὶ τοῦ Θεοῦ προφικειωμένος Μονογενεῖ. Τοῦτό σοι καὶ ἀρχὴ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ὑπῆρξε κινήσεως καὶ ἀναγωγῆς. Τοῦτο κινῶρισμα τῆς μακαριότητος ὑμῶν κάλλιστόν τε καὶ ἰδιαιτάτον, καὶ καύχημα ἐξαιρετόν, οἷον τῶν πάντων μᾶλλον ἀγίων ἀποκλήρουμένον, ἡ ἀγάπη τοῦ Ἰησοῦ δι' ἧς ἡ ὑπερβολὴ τῆς νοερᾶς ὑμῶν εὐπρεπείας θεοειδείας παραδείκνυται. Ὡςπερ γὰρ οὐδὲν ὠραϊτερον τοῦ ὠραίου κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, οὐδὲ τῇ ἐπινοίᾳ δυνατὸν λαβεῖν· οὕτω κινῶν ἐξαιρετικῶς ἐφίλησεν ἐκεῖνος, τὰ πρεσβεῖα δηλαδὴ πρὸς τοὺς ἄλλους τῆς νοερᾶς ἀπολείπει καλλοῆν. Οὐδὲ γὰρ ἂν ἐπὶ τοσοῦτον ἠγάπητο, ὡς καὶ ἀπ' αὐτῆς μόνης σχεδὸν τῆς ἀγάπης χαρακτῆρίζεσθαι, μὴ περιουσίᾳ χρηστότητος καὶ θεομιμησίας, οἵκεν εἶχε πρὸς τὸν ἀγαπῶντα, καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ φιλίαν ἀναλόγως εἰσηνέγκατο. Τοὺς γὰρ φιλοῦντας αὐτὴν ἀγαπᾶν, ἡ τοῦ Θεοῦ διαβρόδη ἀποφαίνεται σοφία.

Πᾶσαν τοίνυν πρᾶξιν θεοτελεῖ καὶ θεωρίαν ὑπερφυᾶ πᾶσαν, καθάπερ ἐκ τινος βίξεως, τῆς ἐν αὐτῷ βλαστάνειν ἀγάπης Χριστοῦ· καὶ πᾶν τὸ δι' αὐτοῦ γινόμενον ἢ λεγόμενον, ἀγάπης εἶναι καρπὸν, καθ' ἣν ἐκεῖνος ἐξεστῶς ὅλος καὶ διάπαντός ἐκδημῶν, αἰμὲν ἐώρα τὸν Θεὸν ἐν αὐτῇ· ταύτην δὲ ἥδει πλήρωμα νόμου Θεοῦ, καὶ Θεὸν οὔσαν καὶ θεοποιούσαν, τὰ ἔσχατα ταύτης ἀπαθεία τελειοτάτη καὶ νῦν καθαρωτάτῳ κατειληφώς.

Ἄλλ' ἰδῶμεν, ὅθεν τὴν ἀρχὴν κινήθεις, καὶ δι' ἧς ἀναγόμενος καὶ προκόπτων ὁδοῦ, ταύτην ἐπήρθη τῆς τελειότητος τὴν περιωπὴν. Ἄρτι γὰρ τοῦ μεγάλου καὶ ἀληθινοῦ φωτός, τοῖς ἐν σκότει καθημένοις ἀνίσχοντος· καὶ ἀνωθεν μὲν ἐξ οὐρανῶν τοῦ Πατρὸς τῆς ὁδῆς ἀγαπητῶν Υἱὸν εἶναι τὴν βαπτίζομενον ἐμβροντήσαντος· κάτωθεν δὲ τοῦ βαπτίζοντος, Ἄμνὸν εἶναι τοῦ Θεοῦ τοῦτον μαρτυρήσαντος·

²⁰ Rom. viii, 29. ^{20*} Jac. i, 18. ²¹ Psal. xxxiii, 3.

^{21*} Rom. xiii, 10; I Joan. iv, 8. ²² Isa. ix, 21; Matth. ii, 17; Luc. iii, 32. ²³ Psal. xlii, 3. ²⁴ Prov. viii, 17. ²⁵ II Cor. v, 14.

^{26*} Joan. i, 29.

καὶ τοῦ Πνεύματος δὲ περιστερᾶς εἶδει κατιόντος, καὶ τὴν μαρτυρίαν ἀμφοῖν ἐπισφραγίζοντος, οἷα τις ἠλιακὴ πρὸς τοὺς ἄλλοις τοῦ Λόγου μύσταις, καὶ τοῖς υἱοῖς Ζεβεδαίου προσέπεσε μαρμαρυγὴ· καὶ καθάπερ τινὰ σπινθῆρα γνώσεως ἐλλαμφθέντες τοῦ μαρτυρουμένου, ἐπειδὴ μετ' ἄλιγον αὐτοὺς ὁ θεαρχικώτατος ἐκάλεσε παραστάς, οὐδὲ βραχὺ γοῦν πρὸς τὴν κλῆσιν ἀνεβάλοντο· οὐ συνηθείας οἰκείων, οὐ φίλων, οὐχ ὁμηλικίων, οὐθ' ἕλως συγγενικῆς φιλίας, καὶ ἐταιρίας ἐπεσχέθησαν τοῖς δεσμοῖς· ἀλλὰ καὶ τὰ προσόντα πάντα, καὶ τὴν ἐστίαν τὴν πατρικὴν· ναὶ δὴ καὶ αὐτὸν τὸν πατέρα μετὰ τοῦ πλοίου καὶ τῆς ἀλιευτικῆς ἀφέντες (ὦ τῆς πίστεως!) ἀκολουθοῦσι τῷ Ἰησοῦ· ἐν ἀληθινῇ καὶ γνησίᾳ καρδίας συμφυόμενοι στοργῇ.

Καὶ ταῖς μὲν ἀκτίσι τῶν λόγων τῆς χάριτος τῶν ἐκ τοῦ θεαρχικοῦ στόματος ἐξαλλομένων, περιλαμπόμενοι τε τὸν νοῦν, καὶ εἰς καινὸν ἄνθρωπον καὶ θεοειδῆ μεταμορφούμενοι· τοῖς τῶν ἔργων δὲ θαυμασίοις τὴν πίστιν κραταιούμενοι, καὶ ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸν τῆς ἀγάπης ἀναζωπυροῦντες πυρσόν· καὶ καθάπερ τὰ τῶν φυτῶν εὐγενέστερα ἢ εὐθαλέστερα, γῆς τε πλοῦτος καὶ καλῆς λαχόντα τῆς ὀποκειμένης· ἱκανῶς δὲ καὶ τῆς παρὰ τῶν φυτοκόμων ἀξιούμενα κομιδῆς· θαττόν τε πρὸς ὕψος ἀναδίδεται, καὶ βαθείας καθιέντα ῥίζας, ἀδρύνεται τε κατὰ τάχος, καὶ πολὺν, ὡς εἰκὸς, ἀποδίδωσι τὸς καρπόν· οὕτως οἱ τοῦ Λόγου δοκιμώτατοι μαθηταί, καλῆς δτι μάλιστα καὶ ἀγαθῆς ὄντες διανοίας, οἷς μὲν τῶν ἱερῶν τῆς σοφίας ὀργίων κατηξίωοντο, τὴν καρδίαν βαθυνόμενοι· οἷς δὲ τῶν ἔργων Χριστοῦ τὴν μεγαλοπρέπειαν κατεθεῶντο, πρὸς οὐράνιον ὕψος πίστεως τὸν νοῦν ἀνατεινόμενοι, εὐγενῆ καὶ ὠριμον τὸν τῆς ἀγάπης ἀπεδίδουν καρπόν.

Ὅθεν αὐτοῖς περὶ τὰ ἥττω φανεῖσι πιστοῖς, καὶ περὶ τὰ μείζω λογισθῆναι πιστοῖς· καὶ τῶν ἔργων Ἰησοῦ τὴν λαμπρότητα πίστεως ὀποσχόντες τελειότηει, καὶ τῆς ὑπερουσίου θεότητος, ὡς ἐφικτὸν ἀνθρωπίνῃ κατηξιούοντο φύσει. Καὶ γὰρ οὐ τοῖς πολλοῖς ἑαυτὸν ἐνεπίστευεν ὁ ὑπερούσιος, σαφῶς ἐκάστου τὰ κρύφια τῆς καρδίας καταθεωρῶν· οὐδὲ πᾶσιν ἐξαπίνης τοῖς μαθηταῖς· ἀλλ' οὐς ἀξιωτέρους ἦδει, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων πιστοτέρους παραλαβὼν· καὶ τῷ θαδωρῷ προσαναγαγὼν, τὴν αὐτοῦ δόξαν ἠρέμα μεταμορφούμενος ὑπέδειξεν.

Τοῦτο μὲν οὖν, οὐ τοῦ Ἰωάννου μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἰακώβου καὶ Πέτρου τῆς πίστεως ἀπόδειξις ἐναργής· τεκμήριον δὲ τῆς κατὰ τὴν ἀγάπην τελειότητος, ἢ κατὰ τὸ μυστικὸν δεῖπνον ἐπὶ τὸ ζωαρχικώτατον στήθος ἀνάκλισις τοῦ θεολόγου. Ἐπεὶ γὰρ ἕνα τῶν συνεστιωμένων παραδώσειν αὐτὸν προειρηκέναι, θορύβου μὲν, ὡς εἰκὸς, τῆς καρδίας τῶν μαθητῶν καὶ λύπης ἀγωνιώσας ὑποπίμπλασθαι· οὐδένα δὲ παρρησίᾳ τολμᾶν ἐρωτᾶν, εἰ μὴ τὸν κατὰ τὴν ἱερὰν ἀγάπην ὑπερβαλλόντως τετελειωμένον, ὃς ἐχόμενα νατακείμενος τῷ διδασκάλῳ· προσαναδᾶς δὲ,

atque amborum testimonium obsignante, præter reliquos Verbi discipulos, in Zebedæi quoque filios, velut solis quidam micatus et splendor cecidit; ac quasi scintilla quadam, ejus, cui testimonium perhibebatur, illis coruscante, cum brevi post divinissimus ille fonsque deitatis illos, præsto vocasset, ne momento quidem obsequi distulerunt. Non consuetudinis suorum, non amicorum, non æqualium, neque prorsus cognatorum sodaliumque necessitudinis vinculis inhibiti sunt; sed et omni substantia paternaque domo, quin et ipso patre una cum nave ac navicularia arte relictis (o fidem!) Jesum sequuntur, nedum corpore, sed magis spiritu; vero illi sinceroque cordis amore devincti.

Ac quidem sermonum gratiæ, divino ex ore salientium, radiis animo collustrati, inque novum hominem ac deiformem transformati; admirandisque operibus in fide roborati, ac dilectionis flammam de die in diem suscitantes, velutque nobiliora vegetioraque ac magis virentia germina, pinguique ac opima subjecta humo consita, necnon sedula plantantis diligentia exulta, citius proceritate augescunt, aliisque firmata radicibus, tum cito crassescunt, tum fructum, ut par est, longe uberem proferunt; sic probatissimi Verbi discipuli, cum honesta maxime atque optima præstarent mentis indole, qua sacris sapientiæ orgiis initiabantur, alte animo defixi; qua vero operum Christi magnificentiam contuebantur, in cœlestem fidei sublimitatem mente surrecti, nobilem ac maturum dilectionis fructum reddebant.

Hinc nempe adepti, ut cum in minoribus fideles exstitissent, etiam in majoribus fideles haberentur²⁰; operumque Jesu splendorem perfectioni fidei permittentes, supersubstantialis quoque deitatis, quoad humanæ naturæ concessum est, compotes efficerentur. Non enim vulgo seipsum credebat, qui substantiam omnem excedit, quod cujusque occulta cordis palam intueretur²¹; nec cunctis repente discipulis; sed illis assumptis quos digniores noverat, ac majori cæteris fide præstantes; subductisque illis ad Thaborii excelsa, suam eis claritatem leniter transformatus ostendit²².

Id quidem, non Joannis duntaxat, sed et Jacobi et Petri fidei aperta probatio est: perfectæ vero dilectionis certum indicium, theologi in mystica cœna super vitalissimum pectus recubitus²³. Quod enim discipulorum corda, idcirco quod prædictum erat, fore ut communi mensa cœnantium unus Magistrum traderet, turbationis atque mœtoris, ut par est, anxique timoris plena erant²⁴: nec ullus palam interrogare audebat, excepto duntaxat qui sacræ dilectionis perfectione excellenter præstabat, cum Magistro proximus discumberet, tantisper ad

²⁰ Luc. xvi, 40. ²¹ Joan. ii, 24. ²² Matth. xvii, 1; Marc. ix, 4; Luc. ix, 17. ²³ Joan. xiii, 23.

eam ascendens, omnique reverentia pectus suum Dominico admonens, osque illius auribus adhibens (o beatam religiosissimamque audaciam!) ex illo percontatur proditorem, eumque signo intincti panis docetur.

Clarius vero expressiusque in crastinum, deificæ dilectionis necessitudinem seu perfectionem, solus mysteriorum auctor Jesus in cruce quasi ænigmate ostendit; dum Matri prædilectum discipulum tanquam filium commendavit, Matrisque curam corporalem in eum filium retulit; ac velut sui permutationem pretiumque Dei Genitrici traditum, veniori gradu fratrem sibi eum adhibuit ²⁷.

Quia enim reliqui omnes discipuli (absit, ut quod molestum est, totum dicam) irruentem potestatem tenebrarum, Judæque cruentam grassationem, necnon Judæorum rabiem ac sævitiam, adversusque Salvatorem vesaniam non ferentes, fugam arripuerant: tu vero ex omnibus tanquam firmi ac tolerantissimi animi ut qui majori fortiorique amoris vi Magistro devinctus esses, cunctis illi salutaribus cruciamentis comes, præ illo fere dirius molestis afficiebaris; qui nempe tanquam acutissimis jaculis viscera transverberareris, valdeque acerbis illius causa doloribus animo exurereris: condolebas quod verberibus excipiebatur varieque colaphis dehonestato miseratione afficiebaris: sed et cruci affixo solus cum Maria astans, una et ipse quodam modo cruci suffixus eras, qui videlicet clavorum pariter perforationes lanceæque C punctiorem, lethales animo ictus exceperas. Idcirco igitur non hos frustra sustinuisi laborum aculeos, sed cum operibus vero amicam prætulisses, alter ille visus es. Hoc veræ amicitiae munus; hoc sacrorum laborum æquale dignumque præmium; qui nempe supra quam summe eximiam Verbi amicitiam (seu potius fratris dignitatem et nomen) eunctis dignius magnificentiusque consecutus sis. Etenim non corporis indulgentiore cultu ac deliciis, sed molestia ac tentationibus, probata vim ostentare novit.

Igitur ad vitalem usque passionem ac resurrectionem tentata apostolorum fides, ac qua in eum ferebantur, qui sponte nostri causa morte functus esset, probata affectio; quod offendiculo omni superior, ac Domini tentationibus inviolabilis persistisset, inde jam ceu divina quædam, veræ illa amicitiae fideique digna præmia, consequitur. Quænam vero illa? Primum quidem ipsum triduanum a mortuis suscitatum Christum vident, illatique cruciatus symbolis, mysterii resurrectionis fide roborantur. Ad hæc Spiritum, partim quidem primum ejus qui suscitatus erat spiraculo ²⁸; perfectius vero illo e terra in cælum recepto, in sono vehementi linguisque igneis e cælo in ipsos venientem suscipiant ²⁹: cujus et munere accepta in omnes gentes potestate, ac principes constituti super omnem ter-

A και τὸ οἰκτεῖον στήθος πανευλαβῶς ἐπερείσας τῷ Δεσποτικῷ, καὶ τὸ στόμα παραθεῖς τοῖς ὠσίν, (ὡ μακαρίας καὶ θεοφιλεστάτης τόλμης!) πυνθάνεται μὲν παρ' αὐτοῦ τὸν προδότην· συνθήματι δὲ τοῦτον, τῷ κατὰ τὸν ἄρτον, ἐκδιδάσκεται.

Ἐμφαντικώτερον δὲ τῇ ἐξῆς, τὴν διὰ τῆς θεωτικῆς ἀγάπης οἰκείωσιν ἢ τελείωσιν, ὁ μόνον τελετάρχης ἐπὶ τοῦ σταυροῦ παρενέφηεν Ἰησοῦς· τῇ Μητρὶ μὲν εἰς υἱὸν τὸν ἡγαπημένον παρακατατιθεῖς μαθητὴν· τῷ δὲ τῆς Μητρὸς τὴν κατὰ τὸ σῶμα προμήθειαν ὡς υἱῷ ἀνατιθεῖς· καὶ οἶον ἀντάλλαγμα τῇ Θεοτόκῳ διδοὺς ἑαυτοῦ, καὶ εἰς τάξιν αὐτὸν ἀδελφότητος γνησιωτέρας τιθεῖς.

Ἐπειδὴ γὰρ οἱ μὲν ἄλλοι μαθηταὶ πάντες· ἀπειθὴ δέ μοι φορτικὸν ἅπαν εἰπεῖν, τὴν ἐπισπεσοῦσαν τοῦ σκότους ἐξουσίαν, καὶ τὴν Ἰουδα μαιφύρον ἐπίθεσιν, καὶ τῶν Ἰουδαίων τὴν λύτταν καὶ ὕδριν, καὶ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἀπόνοιαν ἐφυγον οὐκ ἐνεγκόντες, σὺ δὲ μόνος ἐκ πάντων, ὡς σταθερᾶς καὶ καρτερικωτάτης διανοίας, ἅτε μείζονι καὶ ἰσχυροτάτῃ συνημμένος τῷ διδασκάλῳ στοργῇ, πᾶσιν αὐτῷ τοῖς σωτηρίοις παθήμασι παρῶν, πλέον ἢ ἐκεῖνος μετεῖχες τῶν ἀνιαρῶν· οἷα μὲν βολίσιν ὀφείλεις τὰ σπλάγχνα τιτρωσκόμενος· ὀδύνας δὲ ἄγαν δριμύεις ὑπὲρ ἐκείνου πυρπολούμενος, καὶ μαστιγούμενῳ συνήλγεις, καὶ συνέπασχεις· πολυτρόπως χολαφιζομένῳ καὶ σταυρουμένῳ δὲ μόνος ἅμα τῇ Μητρὶ παρεστῶς, τρόπον τινὰ συνεσταυρώθης· τὰς τε τῶν ἡλῶν τρήσεις, καὶ τὴν τῆς λόγχης ἐκκέντησιν, καιρίας κατὰ τῆς καρδίας δεδεγμένος βολᾶς. Διὰ ταῦτα, τοίνυν, οὐ προῖκα ταύτας ἀνέτης τῶν πόνων τὰς ἀκίδας· ἐργοῖς δὲ τὸν ἀληθῆ φίλον ἐπιδειξάμενος, ἄλλος ἐκεῖνος ὤφθης. Τοῦτο γέρας φιλίας ἀληθινῆς, τοῦτο τῶν ἱερῶν πόνων ἄθλον ἀντάξιον· τὴν ὑπερφυεστάτην Δόγου φιλότητα, μᾶλλον δὲ ἀδελφότητα, πάντων ἀξιοπρεπέστερον ἀπενεγκάμενος. Καὶ γὰρ οὐκ εὐπαθεῖα σώματος καὶ τρυφῇ, ἀνία δὲ καὶ πειρασμοῖς ἢ φιλία δοκιμαζομένη, καθαρὰν τὴν πρὸς τὸν φίλον οἶδεν ἐπιδεικνύναι στοργῇν

amicitia, claram erga amicam puramque amoris

Μέχρι μὲν οὖν τοῦ ζωαρχικοῦ πάθους, καὶ τῆς ἀναστάσεως τοῖς ἀποστόλοις ἡ πίστις πειρασθεῖσα, καὶ ἡ πρὸς τὸν ἐκουσίως ὑπὲρ ἡμῶν παθόντα διάθεσις βασανισθεῖσα· ἐπειδὴ παντὸς ὑπερτέρα προσκόμματος, ἀνάλωτος δὲ τοῖς τοῦ Κυρίου διαμέμενῃκει πειρασμοῖς, ἐντεῦθεν λοιπὸν οἶα τινα θεοπρεπῆ γέρατα, τῆς ἀκραιφνοῦς φιλίας καὶ πίστεως ἀξία κομίζεται. Τίνα δὲ ταῦτα; Πρῶτον μὲν αὐτὸν ἐκεῖνον τριήμερον ἐκ τῶν νεκρῶν ἀνιστάμενον ὁρῶντες Χριστὸν, καὶ τοῖς συμβόλοις τοῦ πάθους, τὸ μυστήριον βεβαιούμενοι τῆς ἀναστάσεως· ἐπειτα τὸ Πνεῦμα, μερικῶς μὲν πρῶτον τῷ τοῦ ἀναστάντος ἐμφυσήματι· τελειώτερον δὲ μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς γῆς ἀνάληψιν ἐν ἡχῇ βιαίῃ καὶ πυριμόρφοις γλώσσαις οὐρανόθεν ἰδὸν ἐπ' αὐτοὺς ὑποδεχόμενοι· ἔφ' ἣν καὶ τὴν ἐπὶ πάντων ἐθνῶν ἐξουσίαν εἰληχότες, καὶ ἐπὶ

²⁷ Joan. xix, 26. ²⁸ Joan. xx, 22. ²⁹ Act. ii, 2.

πάσαν ἀρχοντας καταστάντες τὴν γῆν· ἄλλοι μὲν ἄλ-
λου τῆς οἰκουμένης μέρους τὴν ἀποστολικὴν ἀρ-
χὴν διακληροῦμενοι, τὴν κατ' αὐτὸν ἕκαστος
ἐπέλη

Ἡ μεγάλη δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγου βροντὴ, ὁ μεμυστω-
μένος τῆς ἄνω θεολογίας κρατῆρ, ὁ τῶν ἀποστόλων
ὄφθαλμός, Ἰωάννης ὁ πᾶν, κατακληροῦται τὴν
Ἀσίαν, ὡς δυνατὸς ἐν λόγοις, δυνατὸς ἐν ἔργοις·
τὴν πόλει μὲν ἄγαν καὶ δυναταῖς, λαοῖς δὲ θρασυ-
τάτοις κομῶσαν καὶ πονηροτάτοις· λαοῖς πολλῶ
πλού-
τῳ, καὶ δόξαις γαυρουμένοις κεναῖς καὶ σοφίᾳ μὲν
Ἑλλήνων ὑπεραιρομένοις· τῇ περὶ τοὺς θεοὺς δὲ
πλάνῃ σφοδρότερον ἐνισχημένοις.

Τούτοις ὁ μέγας ἀπόστολος ἐπιδοδημηκῶς, καὶ
πάσαν μὲν τῶν ἀνθρώπων καρδίαν τῷ τῆς δεισιδαι-
μονίας ζόφῳ πεπαχυμένην ἰδὼν· πᾶσαν δὲ ψυχὴν
ἐζωγρημένην τῷ διαδόλῳ, καὶ πρὸς τὸ αὐτοῦ θέλη-
μα συντεταμένην τῷ πνεύματι κατανενοηκῶς, οὐκ
ἀνεβάλετο τοῦ Πνεύματος τὴν ἐπιταγὴν· οὐ τῷ ἐρ-
γῶδε τοῦ ἐγχειρήματος ἀπεκναίσθη τὸν νοῦν, οὐτ'
οὐκ διψυχίας περιπέπτωκε λογισμοῖς. Πρὸς τὸν δὲ ἐν
αὐτῷ μένοντα Χριστὸν ἀφορῶν, οὐ κατὰ τῶν ἀνθρώ-
πων, ἀλλὰ κατὰ τῶν δαιμόνων· οὐδὲ κατὰ τῶν αἰ-
χμαλώτων, ἀλλὰ κατὰ τοῦ τυράννου πρῶτον αὐτοῦ,
τῇ νόητῇ παντευχίᾳ παρατέτακτο τοῦ Πνεύματος

Καὶ τοῦτον ἐν ὁμοιώματι Χριστοῦ καὶ δυνάμει
πρῶτον διανοεῖται δῆσαι· καὶ οὕτω τὴν αὐτοῦ παν-
οπλίαν ἄραι· καὶ οὕτω τὴν αἰχμαλωσίαν αἰχμαλω-
τίσαι· καὶ τῇ ὡραιότητι τοῦ οἴκου Κυρίου, τῇ Ἐκκλη-
σίᾳ λέγω, διελέσθαι σχῦλα. Ἄρ' οὐκ διανενοῦται μὲν
Χριστοπρεπῶς οὕτως, ἀγεννέστερον δὲ συνερράγη
τῷ δυσμενεῖ; ἢ συμπλέκεται μὲν νεανικῶς, εἴτ'
οὐκ εὐαγγελικῶς, ἡμιτελῆ δὲ τὸν ἀγῶνα καταλέλοι-
πεν; ἢ τέλειον μὲν, οὐκ ὥστε δὲ παντάπασιν ἀφο-
μοιοῦσθαι τῷ Ἰησοῦ; Ὁμνεῖται ὡσπερ δὲ τὸν Χρι-
στὸν οὐκ ἐκ μέρους, ἀλλ' ὅλον ἐν ἑαυτῷ προκα-
τῶσατο, καὶ διὰ τοῦτο πάσαις ἅμα ταῖς ἐνεργεταῖς
τοῦ θείου Πνεύματος ἐδορυφορεῖτο καὶ συνεκροτεῖτο,
οὕτω καὶ τὸ τῆς σωτηριώδους διακονίας ἔργον, ἐν
τελείᾳ τῇ πρὸς αὐτὸν ὁμοιότητι, τέλειον ἐπληροφό-
ρησε τῷ Θεῷ· καὶ καθάπερ αὐτὸς πρῶτος ὁ τῶν οὐ-
ρανῶν βασιλεὺς, οὐτε περιουσίᾳ δυνάμειος μόνῃ τὸν
ἀρχηγὸν τῆς κακίας χειρώσασθαι βεβούληται, ἀλλὰ
καὶ ἐν σοφίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν δικαιοσύνῃ, ὡς ἅμα τὰ
πάντα, καὶ δυνατὸς, καὶ δίκαιος, καὶ σοφός· μᾶλλον
δὲ αὐτοσοφία καὶ δικαιοσύνη καὶ δύναμις ὧν· καὶ
ἵνα περιφανῆ μὲν ἑαυτῷ τὴν νίκην· περιφανῆ δὲ καὶ
βεβαιωτέραν τὴν πρῶσιν τῷ ἀντιπάλῳ κατεργάση-
ται, τὴν αὐτὴν τοῖς ἡδίκημένοις μορφήν εἰληφώς, καὶ
ἐν σοφίᾳ τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἐν δικαιοσύνῃ συνανα-
στραφεῖς, ὑπὸ τῆς τοῦ πονηροῦ κακίας μάτην διώκεται,
καὶ εἰς θάνατον ἐπιβουλεύεται. Διὸ καὶ οἷς ἀδίκως
ἐκεῖνος ἐπέθετο, δικαίως περιπαρεῖς, καὶ ἐν τοῖς
ἔργοις τῶν αὐτοῦ χειρῶν συλληφθεὶς ἐάλω· καὶ κα-
τακρηθεὶς, οὕτως ἐν χειρὶ Θεοῦ τῆς τυραννίδος
ἐκδέδληται ἀρχῆς. Οὕτως καὶ ὁ ἀγαπητὸς τοῦ Λόγου

ram, alius aliam partem ad apostolici muneris fun-
ctionem sortiti, ad suam quisque provinciam pro-
ficiscebantur²⁰.

Magnum vero Dei Verbi tonitruum, plenus ille
supernæ theologiæ crater, apostolorum oculus, præ-
clarus Joannes, Asiam in sortem accipit, tanquam
videlicet vir sermone potens ac operibus: provin-
ciam nimirum multis urbibus iisque potentibus
confertam, ferocioribusque ac nequissimis populis
longe plenam; populis scilicet divitiarum affluentia
inaniumque vento opinionum superbientibus; Græ-
corum quidem sapientia gloriantibus, sed qui deo-
rum arctius errore innexi tenerentur.

Ad hos magnus apostolus cum se contulisset, om-
nesque eorum animos superstitionis caligine obru-
tos cerneret; captosque omnes a diabolo, atque in
ejus intentos voluntatem spiritu animadvertisset,
nihil morandam Spiritus jussionem putavit. Non
aggressionis arduo offensus animo est, neque vero
in dubietatis ac dissidentiae incidit rationes: sed in
Christum in ipso manentem, versis oculis, non
adversus homines, sed dæmones; nec adversus
captivos, sed in ipsum primo tyrannum, ea quæ
mente intelligitur armatura Spiritus instructus est.

Atque hunc primum, Christi tum exemplo, tum
potentia, alligare statuit; sicque ejus arma auferre,
atque ea ratione captivos recipere²¹; nec non
decori domus Dei (Ecclesie scilicet) spolia divi-
dere²². Num vero sic quidem Christi exemplo cogi-
tavit ac statuit, segnius vero cum hoste conflixit?
aut congressus quidem strenue est (id est, ex
Evangelii norma) certamen tamen inchoatum ac
imperfectum reliquit? aut exhibuit quidem perfe-
ctum, non sic tamen ut omnimodis Jesu similitudi-
nem assecutus sit? Nequaquam; sed sicut Chri-
stum prius, non ex parte, sed totum animi sinu
exceperat, eamque ob rem cunctis simul divini
Spiritus virtutibus stipatus instructusque erat, sic
quoque salutaris ministerii opus, perfecta cum eo
similitudine, perfectum Deo representavit. Ac
sicut ipse primus cælorum Rex, non sola potentie
abundantia parentem malitiæ voluit subjugare.
verum etiam sapientia, verum etiam justitia, ut qui
simul omnia, et potens, et justus, et sapiens esset,
quinimo ipsa vere sapientia et justitia et poten-
tia: atque ut sibi quidem illustrem victoriam, ad-
versario autem illustrem firmioremque ruinam
efficeret, eadem assumpta forma cum illis qui læsi
injuria fuerant, inque sapientia et justitia cum ho-
minibus conversatus, frustra nequissimi malitia
persecutionem sustinet, insidiisque ad mortem appe-
titur. Quamobrem etiam quibus ille inique ingru-
bat, merito transfusus, et in operibus manuum
suarum comprehensus, devictus est, judicioque
damnatus, sic manu Dei tyrannico principatu do-

²⁰ Psal. XLIV, 17. ²¹ Matth. XII, 29; Marc. III, 27; Luc. XI, 21 ²² Psal. XXV, 8.

jectus est³⁰. Sic quoque prædilectus Verbi theologus, ad eorum qui eum suscepturi essent, salutem, in Asiam ingressus, atque in unam primum in ea metropoleon maximam scilicet Ephesum veniens, non statim adventu suo et præsentia civitatem turbavit: non civium confestim animos magnifica Evangelii prædicatione perculit; sed in sapientia cum externis ambulans, ac tempus, quod malum esset, redimens, benigniori indole modestoque gestu atque habitu, et leni alloquio, cunctis ad se accessum facilem placidumque præbebat; vitæ vero disciplina, variaque ac exulta virtute, inaccessus pariter ac mirabilis erat.

Ac ipse quidem continentiae rigore, infracta patientia, jugi precum instantia cum mentis tranquillitate ac lenitate spiritus, Deo serviebat: malitiae autem princeps, qui externa quidem specie hominem, mente autem angelum videret; tantisper inferius terram contingentem, superius vero mente cælos penetrantem; quique deos omnes ac dæmonia excuteret, sensimque hactenus ad se adeuntibus Jesu doctrinam proponeret; acerba confestim æmulatione accensus est, cum inde futuram sibi ruinam præsagiret. Tanquam autem ignitis jaculis invidia succensus, varias Christi discipulorum tentationes suscitavit: accenditque in eum, primo quidem mulierem zelotypam ac procacem, ea in civitate facile principem habitam, exindeque tum

A Θεολόγος, ἐν σωτηρίᾳ τῶν ὑποδεχομένων αὐτὸν τὴν Ἀσίαν καταλαβὼν, εἰς μίαν δὲ πρῶτον τῶν ἐν αὐτῇ μητροπόλεων, τὴν μεγίστην Ἐφεσον γενόμενος, οὐκ ἐθορύθησε τῇ παρουσίᾳ παραχρῆμα τὴν πόλιν· οὐ τὰς τῶν πολιτῶν διανοίας εὐθὺς τῷ μεγαλοφύει τοῦ Εὐαγγελίου διετάραξεν· ἀλλ' ἐν σοφίᾳ πρὸς τοὺς ἔξω περιπατῶν, καὶ ὡς πονηρὸν ἐξαγοραζόμενος τὸν καιρὸν, τῷ μὲν ἀγαθοπρεπεῖ τοῦ ἠθους, καὶ τῷ μετρίῳ τοῦ σχήματος, καὶ τῷ προσηνεῖ τῆς ἐντεύξεως, πᾶσιν ἑαυτὸν εὐπρόσιτον καθίστη καὶ εὐμενῆ, τῷ τρόπῳ δὲ τοῦ βίου, καὶ τῷ ποιικίῳ καὶ ἀπεξεσμένῳ τῆς ἀρετῆς, ἀπρόσιτον ἅμα καὶ θαυμαστόν.

Καὶ αὐτὸς μὲν τῇ ἐπιτεταμένῃ ἐγκρατεῖᾳ, ὑπομονῇ ἀνεκδότῳ, προσευχῇ ἀνεκλείπτῳ, μετὰ ἡσυχίας νοῦς καὶ πραΰτητος πνεύματος ἐλάτρευε τῷ Θεῷ· ὁ ἄρχων δὲ τῆς κακίας, ὁρῶν ἄνθρωπον τὸ φαινόμενον, ἄγγελον τὸ νοούμενον· κάτω μὲν τῇ σαρκὶ μετρίως ἀπτόμενον τῆς γῆς· ἄνω δὲ, τῷ νῷ διαβαίνοντα τοὺς οὐρανοὺς· καὶ θεοὺς μὲν πάντας καὶ δαίμονας ἀποσειόμενον, ἡρέμα δὲ τέως τοῦ Ἰησοῦ τὴν δόξαν τοῖς ἐγγίζουσι παρατιθέμενον· ζήλῳ μὲν ἀνήπται παραχρῆμα πικρῷ, τὴν οἰκίαν ἐντεῦθεν κατάλυσιν ὑποβλεπόμενος. Οἷα δὲ πυρφόροις βολίσι τῷ φθόνῳ πυρπολούμενος, ἐπεγείρει μὲν ποικίλους τῷ Χριστοῦ μαθητῇ πειρασμούς· ἐξάπτει δὲ κατ' αὐτοῦ, πρῶτον μὲν γυναικάριον ζηλότυπον (15) καὶ θρασὺ, πρῶτον ἐκείνης τῆς πόλεως

³⁰ Psal. ix, 17.

(15) *Γυναικάριον ζηλότυπον*. Hactenus inoffenso pede oratio Nicetæ processerat, ea solum exornans Joannis Theologi, quæ libris sacris habentur de illo conscripta, ejusque in Asiam apostolatam, quæ tanta provincia et fere orbis præcipua, pro tanti apostoli apostolico munere videri poterat præstantia ac solertia; in qua jam Paulus prima Evangelii semina jecerat, atque Ephesi Timotheum episcopum ordinaverat. Tacet merito Nicetas, quod tantis Prochorus refert, nec Græci Menæis deesse voluerunt, etsi brevius perstringentes, humano quodam timore recusasse Joannem eo proficisci, cujus rei causa a Petro reprehensus sit, Deique iram, ut naufragio multaretur, incurrerit. Quod Bellarmino non abs re displicet, velut non satis congruum tanto apostolo, estque primum quod nota dignum judicat in Prochoro. Mulier vero hæc sic æmula et procax, quam malus dæmon in Joannem adeo accenderit, ipsa plane est, quam ex eodem Prochoro, Joannem male habentem, cum is illi serviret cum Prochoro, Romanam nomine, eadem Menæa referunt, ex quibus Nicetas habuerit. Mihi certe inter apocrypha perinde numerandum subit, nulliusque fidei et stramineum habendum. Quanquam enim congerunt libri apocryphi non pauca vera, vel traditione majorum accepta, vel ex certioribus aliis monumentis collecta, cujusmodi in Πρωτοεὐαγγελίῳ Jacobi ἀδελφοθέου, in Actis Theclæ, aliisque occurrunt, ex iisdem ipsis nonnunquam fontibus, Patribus laudata: istud tamen cujus fidei, ut tantus apostolus, urbem jam Christianis moribus non parum instituta, et quæ Paulum doctorem ac Timotheum episcopum habuisset, servitutem sic vilem servire debuerit, ut saltem modici panis copiam haberet? Sublatam quidem passionis lalce Timotheum legimus: at nulla tanta Ephesi

C persecutio, quæ omne Christianum semen ea in urbe extinxisset, antequam Joannes ad eam accederet: per quem fere tota Christo addicta est. Majores vero erant coryphæi, et in eis, ὁ Θεολόγος, ὁ Ἠγαπημένος, ὁ Ἐπιστήθιος, ac si quid magnum ac singulare in apostolis est, Joannes noster, ut sic in Asia atque Epheso, provinciam petens jam semicultam ac Ecclesias habentem, desolatus esse potuerit. Obstiterit femina primæ Joannis Ephesi prædicationi (ut est sexus ille organum diabolo accommodatissimum) Deique opus inturbavit, alio tamen modo se res habuerit, quam Prochorus descripsit: ac si habuit Nicetas, non parum nocuit historiæ sacræ, qui non exposuit, sed mulieris duntaxat sic apostolo diabolica suasionem adversantis, meminere.

D Sanctam Mariam Joanni comitem Ephesum adhæsisse censet Baron. 20. 44, n. 29, seu potius ratum habet id Patres Ephesinos epist. synodica ad clerum Constantinopolitanum insinuare ac velle, cum ita refert: *Quare et Nestorius impiæ hæreseos instaurator, in Ephesiorum civitate, quam Joannes Theologus et sacra Deipara Virgo Maria quandoque incoluerunt, constitutus, etc.* Quæ versio est Theodori Pelt. S. J., etsi illius nomine non citat, in qua non satis partes agit fidei interpretis, dum suam conjecturam omni retro traditioni adversam inserit textui. Plane enim assererent Patres, si hæc illorum verba essent. Patrum verba sunt. Ὅθεν καὶ Νεστόριος, ὁ τῆς δυσσεβοῦς αἰρέσεως ἀνακαινιστῆς, φθάσας ἐν τῇ Ἐφεσίῳ, ἐνθα ὁ Θεολόγος Ἰωάννης καὶ ἡ Θεοτόκος ἡ ἅγία Μαρία. In Ephesiorum civitatem veniens, in qua Joannes Theologus et Deipara Virgo. Ubi margini ascriptum, quasi supplendo: *Aliqui subintelligunt, « aliquando habitaverunt; » alii: « ædes habent. »* Qui vel parum in Græcis verò

νομιζόμενον· ἔπειτα καὶ τῶν ἐκ τοῦ δήμου καὶ τῶν προεχόντων Ἐφέσου τοὺς πονηροτάτους. Καὶ γλώσσαις μὲν ὡς ξυρὸν ἠκονημέναις, γλώσσαις δολίαις θορυβῶν, ὡς ἦετο, καὶ φοβῶν· τραύμασι δὲ καὶ εἰρκταῖς καὶ πληγαῖς ἐκθλίβων καὶ ἀνιῶν· ὡς ἂν, εἴ γε δύναίτο, στερῆσαι καὶ τῆς ζωῆς· εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ τῶν ἰδίων μετακινήσαι τόπων.

Ἐπειδὴ οὖν τούτοις τὸν δίκαιον ἀδικεῖν ὁ ἀδικὸς ἐπέθετο, καθ' ἑαυτοῦ λοιπὸν τοῦτον ἐξεγείρει· μᾶλλον δὲ, τὴν ἐν αὐτῷ πανσθενῆ χεῖρα, δειλαίος, κατὰ τῆς ἰδίας ἐξαναστήσας κεφαλῆς· αὐτὸς μὲν ἐκτίλλεται (16), καὶ τῆς τυραννικῆς ἐξουσίας ἐνδίκως καθαιρεῖται· σειραῖς δὲ ταρταρούμενος ζόφου, πρὸς τὸν αὐτοῦ καταρρήγνυται πατέρα. Ἐντεῦθεν κατευθύνεται μὲν ὁ δίκαιος· ὁ δὲ τῶν δικαίων ὑψοῦται θεός· καὶ ἀφαιρεῖται μὲν τῶν ἀνθρωπίνων διανοιῶν ἡ ἀχλύς· τὸ μέγα δὲ φῶς ἐξανατεῖλαν ἐν τῷ Ἰωάννῃ, πᾶσαν εὐθείαν ἐπισπᾶται ψυχῆν.

Οὕτως ὁ τῆς ἀπωλείας τοῦ ἔθνους ἐπιστατῶν, οὐκ ἐν δυνάμει Θεοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ σοφία καὶ δικαιοσύνη τοῦ Ἀποστόλου κατακινήθεις, ἐρρίφη· οἱ ὑπ' αὐτοῦ δὲ πρώην ἀγόμενοι, ἄλλος ἐπ' ἄλλον καθάπερ κυμάτων ἐπανάστασις ἐπεχειρόμενοι· καὶ τῷ τοῦ μεγάλου φωτὸς Υἱῷ προσερχόμενοι, καὶ τοῖς τῆς ἀληθείας διδάγμασι καθαιρόμενοι καὶ προτελούμενοι, τὸν ζόφον μὲν τῆς ἀπάτης καὶ πλάνης ἀπαδύοντο· τὸ μέγα δὲ φῶς τῆς ἀληθογνωσίας διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας ἐνεδύοντο. Ἐστήκει δὲ κήρυξ διαπρύσιον τοῖς ἔθνεσι καὶ σωτήριον βροντὴν ἐνηχῶν. Ἄνδρες, λέγων, ὁσων τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῆς καρδίας ἐπελάβετε, δεῦτε πρὸς με, καὶ ἴδετε ἔργα Θεοῦ καὶ ἀληθείας, καὶ τὴν ὕψιν τῆς διαβολίας καταυγᾶσθητε· ἀκούσατε ῥημάτων σοφίας ἀληθινῆς, καὶ τὴν ἀκοὴν φωτιζόμενοι, σύνετε καὶ

¹¹ I Pet. II, 4.

versati sunt, subintelligunt nihil (multo minus ausu, sic plagio simili, aliquid quam Græca ipsa habeant, textui ingerunt), sed sic vocatam Patribus ipsam majorem Ephesiorum ecclesiam a suis patronis et tutelaribus, intelligunt, quam ipsam ejusque titulum sibi præsidio adversus Nestorii blasphemiam, hunc ipsum titulum sanctæ Mariæ detrahentem, merito putaverunt. Ita certe ipse Cyrillus auctor est Apologet. ad Theodosium, convenisse totius orbis episcopos, in ecclesiam quæ Sancta Maria dicitur, ut Deiparæ Virginis honorem in ecclesia ejus nomini dedicata, adversus calumnianium hæreticorum furorem tuerentur; item epist. ad clerum populumque Alexandrinum: Ἴστε τοίνυν, ὅτι κατὰ τὴν ὀγδόην καὶ εἰκάδα τοῦ Παυλὶ μηνός, ἡ ἅγια σύνοδος γέγονεν ἐν τῇ Ἐφέσῳ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῆς πόλεως, ἧτις καλεῖται Μαρία Θεοτόκος. Itaque scitote sacram synodum in magna Ephesiorum ecclesia, quæ dicitur Deipara Maria, vicesima octava mensis Pauni fuisse celebratam. Ubi etiam non bene Peltanus suæ indulgens conjecturæ, inchoatam reddidit. Quod nec Græca volunt, nec res ipsa subjecta fert; cum de eo conventu sit sermo, in quo gradu motus Nestorius est; non in quo ejus inchoata causa, tametsi schismaticorum factione ac Nestorii fautorum, nundum omnia ad eam synodum spectantia fuerant peracta. Epiph. hæres. 78, n. 11, serio impugnans, qui συνεσάχτους καὶ ἀγαπητάς habent (sorores scilicet spirituales domi retiacrent), seque ea re Joannis exemplo tuerentur,

A plebeculæ tum et procerum Ephesiorum nequissima capita. Ac quidem linguis velut novæculis acutis, linguisque dolosis, ut videbatur, turbabat atque terrebat; vulneribusque et carceribus et plagis exterebat, molestusque ingruebat et affligebat, ut si liceret, ipsam etiam vitam adimeret: sin vero, vel suis eum sedibus deturbaret.

Quandoquidem igitur iniquus ille virum justum hisce lædere satagebat, eum deinceps adversum se suscitavit. Quinimo, potentissimam in eo in caput suum, miser ille exsuscitans dexteram, ipse quidem elevatur, ac tyrannica juste potestate dejicitur; infernique profundo catenis detrusus caliginis ad suum parentem præceps agitur¹¹: inde justus dirigitur, ac justorum Deus exaltatur: atque aufertur quidem caligo ab humanis mentibus; lux vero magna in Joanne exorta, rectum omnem attrahit animum.

Sic qui gentis perniciem satagebat atque illius architectus erat, non in Dei virtute solum, verum etiam Apostoli sapientia et justitia excussus, projectus est. Quorum autem ille nuper dactor erat, alius post alium velut in turgentes fluctus concitati, magnæ lucis Filio admoti, ac veritatis doctrinis emundati velutque rudimento imbuti, erroris caliginem exuebant, magnamque veræ scientiæ lucem per lavacrum regenerationis induebant. Stabat vero præco, clarum gentibus ac salutare tonitruum insonans. Viri, aiebat, quotquot Spiritus sanctus corda tetigit; venite ad me, et videte opera Dei ac veritatis. mentisque oculum illuminamini. Audite veræ sapientiæ verba, audituque illustramini: intelligite et scitote eum, qui vere Deus est.

γνώτε τὸν ὅτιως ὄντα Θεόν.

qui Domini jussu ad se eam accepisset, factum id tunc κατ' οἰκονομίαν docet, certa quadam dispensatione, sicque tunc Mariam ad se accepisse, ut non amplius apud eum morata sit. Καίτοι γε τοῦ Ἰωάννου περὶ τὴν Ἀσίαν ἐνστειλαμένου τὴν πορείαν καὶ οὐδαμοῦ λέγει, ὅτι ἐπηγάγετο μεθ' ἑαυτοῦ τὴν ἁγίαν Παρθένον. Ac cum Joannes interim in Asiam profectus sit, nusquam tamen beatam Virginem itineris comitem secum habuisse significat. Ad quæ Baron.: Cæterum complura tradita habentur sine scripto. Ita sane; sed hoc nusquam; nisi quantum illi facta fraus per interpretem, quem pene plagii notavi. Græci in Menæis, quos non necesse fuit a Peltano discere sensum verborum epistolæ synodi, 26 Sept., accepisse Joannem in cruce Deiparam in sua, aiunt, illique ministrasse, μέχρι τῆς κοιμήσεως, usque ad ejus dormitionem; post quam dicunt sortitum Asiam provinciam: quæ sit ratio cur tardius illam adierit, curaturus Ecclesiam, quam jam Pæulus fundaverat, ut est auctor Irenæus, quod forte unus ipse par in apostolis tantæ provinciæ videretur, cujus deinceps princeps foret, cunctasque in ea Ecclesias vel fundaret, vel regeret; janique Asianam diocesium quasi exarchi jure peculiariter subditam teneret.

(16) Αὐτὸς μὲν ἐκτίλλεται. Videntur hæc quoque tanta illa respicere Prochoro narrata, de profligatis dæmonibus locisque infestis per Joannem mundatis; quæ in eo ac Menæis videre licet, si cui animus est.

Cognoscite Deum Patrem omnipotentem, invisibilem omnium ac visibilium rerum creatorem. Cognoscite Deum Verbum ante sæcula supra omnem rationem ex illo natum, per quem omnia fecit²¹. Cognoscite Spiritum sanctum ex Patre sine tempore ac indivise procedentem, omniumque cum Filio conditorem, ac qui per essentiam cuncta repleat. Intelligite Tria Deum unum, unamque naturam et potentiam et regnum; unumque Dominum in tribus pari dignitate personis adorete. Intelligite, missoque quem a parentibus accepistis, errore, ad veram lucem accedite. Accedite et illuminamini, et facies vestræ non confundentur²². Videte quia Verbum caro factum est, et habitavit in nobis²³. Unigenitus Filius, qui est semper in sinu Patris, vere homo hominum causa ex sancta innuptaque Maria Virgine nascitur, ac per omnia, uno peccato excepto, similis nobis efficitur; concessaque per baptismum remissione peccatorum, ac per crucem ac resurrectionem a morte ac corruptione liberans, Patri reconciliavit. Hic et modo (quod illius opus proprium) posuit in nobis reconciliationis sermonem, hanc vobis salutem annuntiatum nos mitens.

Recedite igitur ab omni dæmonum vanitate. Omnis idolorum cultus, omnis vitii ac improbitatis noxiam consuetudinem procul a vobis abjicite. Fidei lege, quæ est in Christo Jesu; lege Spiritus sanctitatis ejus, si vixeritis, ab iraque de cælo superveniet impiis liberabimini, immortalisque gloriæ ac vitæ æternæ compotes efficiemini. Ne vero inanibus verbis a nobis deceptos vos existimetis, adducite mihi qui in vobis labe aliqua vitioque laborant ac curatione egent, ut me non in sermone tantum ad vos venisse, sed longe amplius in virtute appropinquare ad vos regnum Dei, videatis.

Statim ergo illic loci videre erat, solo Theologi verbo dæmonia ab obsessis corporibus fugere; erigi claudos, cæcis lumen, surdis auditum restitui, doceri halbos diserte loqui. Videre erat precibus mortuos exsuscitari, mundari leprosos; omnemque morbum ac omnem corporis labem, solo manus sanctæ contactu sanari: ac quidem omnem præstigiæ magicæque artem, necnon etiam dæmonum omne maleficium astutiamque, per Christi in eo potentiam destrui: omnem denique illuminantem atque purgantem initiationem, omnemque gratiam ac scientiam consecrantem ac desiccantem in fidelium animis præstari. Totum enim Christum per Dominum Spiritum præstantissimus Spiritus dispensator indutus, quæ hosti undequaque inaccessa essent ac impervia gerebat; rectumque omnem animum ac boni forma imbutum per Spiritum obsecrans, ad eam cujus doctor erat atque assertor, doctrinam componebat.

²¹ Hebr. 1, 2. ²² Psal. xxxiii, 6. ²³ Joan. 1, 14.

Α Γνωτε Θεόν Πατέρα παντοκράτορα, πάντων ἀοράτων κτισμάτων καὶ ὁρατῶν ποιητήν. Γνωτε Θεόν Λόγον πρὸ τῶν αἰώνων ὑπὲρ λόγον γεννώμενον ἐξ αὐτοῦ, δι' οὗ πεποίηκε τὰ πάντα. Γνωτε Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τοῦ Πατρὸς ἀχρόνως ἀνεκφοιτήτως τε προϊόν, καὶ τῷ Υἱῷ συνδημιουργοῦν τὰ πάντα, καὶ πάντα κατ' οὐσίαν πληροῦν. Σύνεστε Θεόν ἓνα τὰ τρία, καὶ φύσιν μίαν καὶ δύναμιν καὶ βασιλείαν· καὶ τὸν ἓνα Κύριον, ἐν ὁμοτίμοις προσώποις προσκυνεῖτε τρισίν. Σύρετε, καὶ τὴν πατροπαράδοτον πλάνησιν ἀφέντες, προσέλθετε τῷ ἀληθινῷ φωτί. Προσέλθετε καὶ φωτισθῆτε, καὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν οὐ μὴ καταισχυθῆ. Ἴδετε, ὅτι ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ὁ ἐν τοῖς κέλοις ὢν ἀεὶ τοῦ Πατρὸς, ἀνθρώπος ἀληθῶς ὑπὲρ ἀνθρώπων ἐξ ἁγίας Παρθένου καὶ ἀπειρογάμου γίνεσθαι Μαρίας, καὶ κατὰ πάντα, χωρὶς ἁμαρτίας, ἡμῖν ἐξομοιοῦται· καὶ ἄφρασιν ἁμαρτιῶν διὰ βαπτισματος χαρισάμενος, διὰ σταυροῦ τε καὶ ἀναστάσεως, θανάτου καὶ φθορᾶς λυτρωσάμενος, κατήλλαξε τῷ Πατρί. Οὗτος καὶ νῦν ἐν ἡμῖν, τὸ ἴδιον ἔργον, τὸν τῆς καταλλαγῆς λόγον θέμενος, ἀπέστειλεν, τὴν σωτηρίαν ταύτην εὐαγγελιούμενος ὑμῖν.

Β Ἀπόστητε τοίνυν πάσης δαιμόνων ματαιότητος, πάσης εἰδωλολυτρίας, πάσης κακίας καὶ ἀνομίας τὴν ἐλέθριον ἀποβρίψατε συνήθειαν· τῷ νόμῳ δὲ τῆς πίστεως, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· τῷ νόμῳ τοῦ Πνεύματος τῆς ἀγιότητος αὐτοῦ πολιτευόμενοι, ῥυσθήσεσθε μὲν ἀπὸ τῆς ἐπερχομένης ἐξ οὐρανοῦ τοῖς ἀσεβέσιν ὀργῆς· ἀφθάρτου δὲ δόξης καὶ αἰωνίου καταξιώθησεσθε ζωῆς. Ἴνα δὲ μὴ κενοῖς ῥήμασιν ἐξηπατηθῆσθε νομίζητε παρ' ἡμῶν, προσάγετέ μοι τοὺς ἐν ὑμῖν λελωθημένους καὶ θεραπείας ἐπιδεσμένους, ἵν' ἰδῆτε, ὡς οὐκ ἐν λόγῳ πρὸς ὑμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν δυνάμει πολὺ μᾶλλον ἢ βασιλεία ἐγγίζει τοῦ Θεοῦ.

Γ Αὐτίκα τοίνυν ἦν ὄραν ἐκεῖ, δαιμόνια λόγῳ τοῦ Θεολόγου μόνῳ τῶν δαίμονων δραπετεύοντα, χωλοὺς ἀνορθομένους, τυφλοὺς φωτιζομένους, κωφοὺς ἀκούοντας, καὶ μογιάλους τρανῶς λαλεῖν παιδευομένους. Ἦν ὄραν διὰ προσευχῆς ἀνισταμένους νεκροὺς, καθαιρομένους λεπροὺς, καὶ πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν σώματος λύθην, ἀφῆ μόνῃ χειρὶ ὁσίας ἰωμένην. Καὶ πᾶσαν μὲν γοητικὴν τέχνην καὶ μαγικὴν, πᾶσαν δὲ κακοτεχνίαν καὶ δαιμονίων κακομηχανίαν, διὰ τῆς ἐναυτῷ τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως καταργουμένην· πᾶσαν δὲ μυσταγωγίαν φωτιστικὴν καὶ καθαρτικὴν· πᾶσαν δὲ χάριν καὶ γνῶσιν τελετουργικὴν, καὶ θεουργικὴν, ταῖς καρδίαις ἐνεργουμένην τῶν πιστῶν. Ὅλον γὰρ τὸν Χριστὸν διὰ τοῦ Κυρίου Πνεύματος ὁ τοῦ Πνεύματος κράτιστος περιβεβλημένος οἰκονόμος, ἀπρόσιτα μὲν πανταχόθεν καὶ ἀνεπίβητα κατεσκευάζε τῷ ἐχθρῷ· πᾶσαν δὲ ψυχὴν εὐθείαν καὶ ἀγαθοειδῆ διὰ τοῦ Πνεύματος παρακαλῶν, εἰς τὴν εἰς αὐτὸν πρᾶσσομένην ἀλήθειαν προσφικεῖτο.

Οὕτως ὁ μέγας Ἥλιος τοῦ Εὐαγγελίου, οὐ τὴν Ἀ προκαθεζομένην τῆς Ἀσίας μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ἐφεξῆς χώραν καὶ πόλιν, τὸν εἰρημένον τύπον ἐπιών, κατήργει μὲν πᾶσαν δαιμονων θυσίαν καὶ τελετὴν · ποιμένας δὲ καὶ ἱερεῖς καθιστῶν, Ἐκκλησίας κατὰ τόπον ἀνίστη Χριστῷ. Κάλλιστα μὲν οὖν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι καὶ θαυμασιώτατα διακονούμενος · καὶ μεγάλη μὲν λόγων σοφία, μείζονι δὲ ἔργων δυνάμει · καὶ ἔτεσι δὲ πολλοῖς ἤδη τὴν Ἀσίαν πᾶσαν, καὶ πᾶσαν τὴν Ἐφῶν (17) φωτίζων Χριστῷ · καὶ θλίψεσι μὲν ὑπερβαλλούσαις ὄσαις ὑπὲρ τοῦ Εὐαγγελίου περιπεσών · μυρίας δὲ καὶ ἐπιβουλὰς τοῖς τοῦ ψεύδους ὑπασισταῖς ὑποσχών · ἔτι μὴν καὶ ἐξορίαν κατὰ Πάτμον (18) τὴν νῆσον ὑπὸ

(17) *Καὶ πᾶσαν τὴν Ἐφῶν.* Quod ait Nicetas, B præter Asiam omnem, etiam totum Orientem Christo illuminasse Joannem, favet card. Baronii sent. an. 44, n. 30, qui indubitatum habet ascendisse ad Parthos. ex titulo primæ ejus epistolæ, quæ olim ad Parthos inscripta legebatur. Id tamen rem mihi non conficit. Scripsit Paulus ad Romanos, cum necdum illos invisisset; scripsit et Jacobus Catholicam suam sic dispersis fratribus, quos non adierat, qui Judææ fines non excesserat. Quid ergo vetat Joannem tanti nominis apostolum, Judæis sic trans Euphratem remotis, quos Thomas inviserat, et quorum multos Joannes Jerosolymis viderat, religionis causa eo accedentes, per suos Asianos et Ephesios mercatores scribere, atque ad concordiam inuicemque amorem hortari, ac in fide Jesu veri Messie et Christi, ex apostolico munere (ex quorum choro unus fere ipse restabat) illos confirmare? Hugo Grotius, cui ratum sit scriptam Joannis epistolam ad Parthos, auctoritate Augustini, quem laudat (cujus tamen locum indicare non potuit), docet eam esse causam, cur illa neque in fronte nomen titulumque apostoli habeat, neque in fine salutationes apostolici moris contineat, quod ad eos scripta, qui non essent Romani imperii, sed Parthorum, quibuscum litterarum illud commercium, si deprehensum esset, quantumvis innocens, poterat grave aliquod damnum creare. Locus Augustini quo meminerit hujus tituli, nullus exstat: solum meminit Possid. in Indiculo, *De epistola Joannis ad Parthos, sermones decem.* At quantum hoc sit singulare, ut verus titulus haberi possit? Videatur potius ea generalitate scripta, qua aliæ Catholicæ Petri et Jacobi. Potuit et nomen reticere beatus Joannes, siquidem in Patmo insula paulo ante excidium Jerosolymitanum scripsit, ne in se magis Domitiani iram accenderet; apud quem jam offenderat, et in insulam deportatus erat. Porro argumentum perinde Palæstinis Judæis congruit ac Parthicis, sive aliis remotioribus, apud quos Joannes plurimum poterat: quod erga illos, et quoad legalia fere iis indulgentior erat, ut sic Christo eos adjungeret; ut patet ex illis, quæ ritus pene Judaici in Asia diu viguerunt ex illius traditione, extra Petri Paulique Romæ ἀκρίβειαν. Joannis apostolatium ad Parthos aliasque remotiores nationes, nulli veterum agnoverunt, nec ipsi apocryphi, et qui adeo liberales sunt apostolorum περιόδοις. Nec inventa nuper Patribus Societatis monumenta, *ulteriores Orientis partes et ad Indos usque penetrasse, et Bassorus Christiana fide imbuisse*, facile nobis persuadeant, qui paulo duriores simus ad fidem, quam ill. annalium pater, et quos non lateat serio probanda istiusmodi monumenta, quod sic prona hominum ingenia, ut suas origines tam alte arcessant. Potuerunt eo penetrare aliqui Joannis discipuli, ac magistri inferre monumenta, quæ ipse indigenis

In eum modum magnus Evangelii Soli, nedum urbem Asiæ principem, sed et omnem deinceps provinciam urbesque omnes et oppida, ex ejus, quam dicebam, normæ ratione, obiens, dæmonum sacrificia omnia ritusque abrogabat; pastoresque ac sacerdotes constituens, Ecclesias per loca Christo erigebat. Cum igitur optime eaque, quæ miraculum omne vinceret, sedulitate, Spiritui ministraret, ac magna quidem sermonum sapientia, majorique operum virtute: sed et annis jam multis Asiam omnem, omnemque orientem Christi cognitione imbucet, inque ærumnas nimium quantas Evangelii causa incidisset, innumerasque ab erroris antistitibus insidias sustinuisset, ad hæc etiam in

creditus sit posuisse, dum vel sibi blandiuntur, vel per alium illis obrepit, quod sic existimant: velut fere Galliis nostris idem beatissimus apostolus per suos suppetias ivit, vel etiam per discipulorum suorum discipulos, qui præcipui nobis apostoli fuerunt. Mirum quanta hic quoque novi βιογράφοι, quorum deberet esse major diligentia, inepte congerant et laudent; quibus certe pro scribendis exercendus illis stylus, non augendus. Scatet ejusmodi, qui in omnium manibus versatur, P. Ribadeneira: possetque majori utilitate legi, si cuncta satis eliminata haberet, et quantum patitur lubricitas ipsa historiæ, præsertim in vitis sanctorum, quibus foedandis potius quam ornandis, portentosa multa confingendo, multi veterum pauloque superioris ævi insudasse videntur. Quod merito deplorat, ipse veri amans noster Melchior Canus in *Locis suis*. Exemplo sit, quod unum vir tantus velut singulare et maximum miraculum, sibi referendum putavit, in Magdalena nostra Phocensi et Sammaximianensi, nihilque dubium: nempe liberatio Caroli secundi, Provinciæ comitis, ex regis Aragonum carcere, ejusque momento translatio in suæ ditionis loca, Magdalensæ numine: velut fere Habacuc ex Judæa Babylonem ad Danielelem ab angelo translatus est: quod merum figmentum, certis omnibus monumentis adversum, nec ullis antiquis et æqualibus proditum, vel etiam apostolicis diplomatibus, quibus regum rogatu, amplissima episcopalis jurisdictio in oppidanos priori ejus conventus seu illius præfecto, sancte indulta tot annos, et ab ipsa origine, seu a translatione a Cassianitis ad nostros Prædicatores constiterat, donec nuper ex regulis sanctæ synodi Tridentinæ, senatus Parisiensis decreto, em. card. Grimaldi, archiepiscopus Aquensis, eam ad se parochiam plebemque reduxit; servato duntaxat nostris parochi seu curionis nomine atque onere: quo ipso præstaret liberatos esse, si populo sua esset ecclesia, in qua cum suo parochi ei liceret suas collectas agere. Nicetas, quod πᾶσαν τὴν Ἐφῶν, omnem Orientem dicit illustrasse Joannem, loca alia intelligat Asiæ stricte dictæ vicina, et quæ ipsa τῆς Ἀνατολῆς essent: vel alia ei fuerant afferenda monumenta.

Quis igitur ex sacrato illo numero est, qui nobis impræsentiarum ad suas depangendas laudes nostram orationem ductat? Quis ille qui vix primo somno degustato ab ipsa statim vespera jubet surgere, decussaque animorum segnitie, hinc inde alios aliosque ad sanctorum ædes sacras concitat, atque ad divinas animis alacres erigit laudes, ac velut alas addit? Annon omnibus liquet, magnum Philippum velut clangente tuba suam hodie indixisse memoriam, cunctasque in ea piorum mentes ad Dei cogere gloriam, ipsumque haud secus ac dapes lautissimas atque mysticas, præclara sua apponentem virtutis facinora; his suos præmagnifice convivias ac B amatores excipere? Philippum nempe, electum illum, probatum ac vere fidelem Verbi discipulum, clarissimum illum complentem duodenum chorum: lapidem pretiosum, elegantissimum, pulcherrimum, pellucidum, aureis micantem fulgoribus, seu Christo similem; splendidis gratiæ radiis præmagnifice interstinctum atque florentem; Philippum, inquam, in terris quidem Bethsaida nactum patriam, Andreæ et Petri civitatem; sed qui in cælis, Jerusalem cœlesti vivaque metropoli, insolubilique Dei civitate gloriatur.

Hic itaque vir ter beatissimus, uti eadem satus prosapia, eademque natus patria ac præcelsi discipuli, sic ejusdem quoque animi ac sententiæ cum esset, ubi tantum Jesum invenisset; quin potius illo Dominus invento, *Sequere me* dixisset, ab omni statim corporali abreptus necessitudine, omnique repente solutus terrena affectione, supramundana cupiditate exarsit. *Voluit*, inquit, *Jesus exire in Galilæam, et invenit Philippum, et dicit ei, Sequere me* 14. Non proluxa adhortatione ut is vocanti obtemperaret, indignit: non munera obtulit: non pollicitationum memoriam injecit, non mercedem ac præmia his qui sequerentur dedita, in medium attulit. Uno duntaxat illi verbo, *Sequere me*, sibi discipulum addixit; brevique hac vocula parentum statim amoris vim exstinxit. Cognatorum, amicorum, necessariorum oblitus affectionis est: prædia, pecuniæ, omnisque vitæ spretus apparatus; carnalis omnis libido elanguit, germenque aliud amicitiae, ac amor alius, cœlestis ille, nihil terrenus ac spiritalis intus animo reffloruit.

Semel Verbi vocem audivit Philippus, *Sequere me*, veroque præceptore ex jussione agnito, non ultra aspexit retro, non animi anceps fuit, non sequi renuit, non sicut Elisæus vocante Elia rogavit, ut prius ambos parentes osculari liceret 15; ac necessariis vale dicto, sic sequeretur. Cognovit ovis bonum Pastorem 16, citoque liberatus ab alienis, per eum ad supernam ac mysticam festinus contendebat caulam. Quo etiam posthac auctore salutem consecutus

14 Joan. i, 43. 15 III Reg. xix, 30. 16 Joan. x, 14.

sempiternæ vitæ et pascua insedit et loca se-
desque.

Hæc Philippi, qua discipulum professus est, exor-
dia. Hæc vocationis illius ac electionis causa. Inde
toti crucifixus mundo, soli confixus cruci erat Chri-
sto¹⁷. Discipulorumque primoribus hæc chori capiti-
bus, ceu pari illis honore succenturiatus, ad solum
Magistri nutum sese extendebat, ejus solo amore
roboratus, atque ad virtutis decorem formatus, re-
gnique mysteriorum dignus habitus : quanta de-
mum facultas Verbo sacro-sancte doctori vinctus,
eique similis effectus.

Nec ipse quidem eum in modum bono perfrue-
batur, idipsum vero proximis occultabat : sed cum
bono animi proposito ac voluntate præclare nite-
ret, cum aliis quoque bonum communicat; inven-
toque primùm Nathanaele, ejus qui venturus esset,
adventum illi nuntiat. *Non jam amplius, inquit, in
spe est Israelis salus. Non amplius quod nondum præ-
sens existat, tanquam futurum, obscure animi ratio-
nibus repræsentamus. Adest enim, ac quem olim ma-
gnus Moses et prophetae spiritu præviderunt, extre-
misque temporibus Israeli Salvatorem suscitandum
prædixerunt, cum invenerimus (Jesum scilicet a Na-
zareth) eximisque ejus operibus inducti crediderimus,
cum eo libentissime morati, ejusque usi contubernio
sumus¹⁸*. His itaque penitus sermonibus captum, tan-
quam pulcherrimum venatum atque opimum, virum
Jesu adducit; hocque primùm animi vere impensi
pignus, ac sinceræ fidei certum argumentum Christo
exhibuit, verum illum Israelitam fructum ferens.

Sanctis igitur deinceps gratiæ sermonibus aurem
præbens, omniumque ipse oculis mirabillum inspe-
ctor factus, sacrarum quidem doctrinarum ope, omni
quod dejicit deprimitque atque infringit animum
purgabatur, omnisque ignorantiae depulsa caligine,
divinæ scientiæ cœlestisque sapientiæ luce profi-
ciens, magnifice illustrabatur; novis vero ac inau-
ditis operibus roborata fide, ac quotidie in interiori
renovatus homine et confortatus in virum perfe-
ctum, in mensuram crescebat ætatis plenitudinis
Christi¹⁹.

Hujusce perfectionis certum indicium, sanctæ di-
lectionis confirmatio, quam magnus ille Apostolus
perfectam, sanctam Magistro devotens, parem inde
amorem consequabatur. Quinimo, ille quidem bo-
norum auctor, ac qui natura dilectio sit, omnis
semper virtutis perfectione pollet, nullamque ejus
prorsus aut diminutionem admittit aut intensionem :
at qui exercitationis cultu, sive imitatione ad illam
enitantur, pro certa profectus ex virtutum luce ra-
tione, etiam perfectionis compotes efficiuntur; alii
quidem ad filiorum atque hæredum provehentes
classem ac dignitatem; alii vero, fidelium, qui ser-
vis deputantur, nanciscentes ordinem.

A πρὸς τὴν ἄνω καὶ μυστικὴν ἠπαίγετο αὐλὴν· δι' οὗ
καὶ σωθεὶς μετὰ ταῦτα, τῶν ἀειζῶων ἐπέθη καὶ νο-
μῶν καὶ μονῶν

Τοῦτο Φιλίππου τῆς μαθητείας ἀρχή. Αὕτη τῆς
αὐτοῦ κλήσεως καὶ ἐκλογῆς ἡ ὑπόθεσις. Ἐνταῦθεν
ὄλω σταυρούμενος τῷ κόσμῳ, μόνῳ συνσταυροῦτο
Χριστῷ. Καὶ τοῖς τῶν μαθητῶν κορυφαίοις, ὡς ὁμότι-
μος συντεταγμένος, πρὸς μόνην ἑαυτὸν τοῦ διδασκά-
λου συνέτεινε τὴν ῥοπήν, μόνῳ τούτου τῷ πάθῳ βω-
νόμενος, καὶ πρὸς τὸ τῆς ἀρετῆς κάλλος τυπούμενος,
καὶ τῶν τῆς βασιλείας μυστηρίων καταξιούμενος,
καὶ τῷ μυσταγωγῷ λόγῳ κατὰ τὸ ἐφικτὸν ἐνούμενος
καὶ ἐξομοιούμενος.

Καὶ οὐκ αὐτὸς μὲν οὕτω κατετρώφα τοῦ ἀγαθοῦ,
ἀπὸ δὲ τῶν πλησίον αὐτὸ παρεκαλύφατο· ἀγαθὸς δὲ
κομιδῇ τὴν τῆς ψυχῆς πρόθεσιν ὦν, καὶ πρὸς ἄλλους
κοινοποιεῖται τὸ ἀγαθόν· καὶ πρῶτον εὐρηκῶς τὸν
Ναθαναήλ, τὴν παρουσίαν εὐηγγέλισατο τοῦ ἐρχο-
μένου. Οὐκέτι, φησὶν, ἐν ἐλπίσιν τῷ Ἰσραὴλ ἡ
σωτηρία. Οὐκέτι τὸ μήπω παρὸν, ὡς ἐσόμενον
ἀμυδρῶς ταῖς ἐννοιαῖς φανταζόμεθα. Πάρεστι
γάρ, καὶ, Ὅν πάλαι Μωσῆς ὁ μέγας καὶ οἱ προ-
φῆται τῷ πνεύματι προείδοσαν, καὶ ἐπ' ἐσχάτων
Σωτῆρα τῷ Ἰσραὴλ ἀναστήσεσθαι προείποσαν,
τοῦτον εὐρόντες ἡμεῖς, τὸν ἀπὸ Ναζυρετ Ἰησοῦν,
καὶ τῷ τῶν ἔργων αὐτοῦ πεπιστευκότας ὑπερ-
φυσεῖ, τὴν μετ' αὐτοῦ τρισάσμενοι πεποιήμεθα
συνόλκησιν. Τούτοις κατακράτος τοῖς λόγοις ἔλῶν,
ὡσπερ θῆραμα κάλλιστον, προσάγει τῷ Ἰησοῦ τὸν
ἄνδρα· καὶ τοῦτο πρῶτον ἐνόησας ἐνέχυρον ἀληθι-
νῆς, καὶ γνώρισμα πίστεως εὐκρινούς παρέσχε τῷ
Χριστῷ, τὸν ἀληθινὸν ἐκεῖνον Ἰσραηλίτην καρποφο-
ρῶν.

Πᾶσιν οὖν καθεξῆς τοῖς λόγοις τῆς χάριτος ὑπ-
έχων τὸ οὖς· αὐτόπτης δὲ καὶ τῶν θαυμασίων πάν-
των καθεστῶς, ταῖς ἱεραῖς μὲν διδασκαλαῖς πάσης
μειωτικῆς ὑφέσεως ἀνεκαθαίρετο· καὶ πάσης ἀγνοίας
ἀποσκευαζόμενος τὴν ἀχλὺν, φωτὶ θεῶν γνώσεως κατ'
οὐρανίας σοφίας προκόπτων κατελάμπετο. Τοῖς
παραδόξοις δὲ τῶν ἔργων τὴν πίστιν βεβαιούμενος,
ὁσημέραι δὲ καὶ τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον ἀνακαινούμε-
νος καὶ κραταιούμενος, εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον
ἡλικίας τοῦ πληρώματος ἀνήει Χριστοῦ,

Ταύτης τεκμήριον τῆς τελειότητος, ἡ τῆς ἀγίας
κραταιώσεως ἀγάπης, ἣν ὁ μέγας ἐκεῖνος Ἀπόστολος
τελείαν, ἀγίαν ἀφιερούμενος τῷ διδασκάλῳ, τὴν
ἴσῃν ἐκεῖθεν ἀντελάμβανεν· μᾶλλον δὲ, ὁ μὲν ἀγα-
θοδότης, καὶ ἀγάπη κατὰ φύσιν ὦν, ἀεὶ ἐν τελειότητι
πάσης ἐστὶν ἀρετῆς, οὐθ' ὑφείσιν ἔλως, οὐτ' οὖν ἐπί-
τασιν προσιέμενος· οἱ πρὸς αὐτὸν δὲ δι' ἀσκήσεως,
ἦτοι μιμήσεως ἀνατεινόμενοι, κατ' ἀναλογίαν τῆς
διὰ τῶν ἀρετῶν προκοπῆς, καὶ τῆς τελειότητος
κατευστοχοῦσιν· οἱ μὲν, εἰς υἱῶν καὶ κληρονόμων
ἀνιόντες τάξιν· οἱ δὲ, εἰς δούλων καταντώντες πι-
στῶν.

¹⁷ Galat. ii, 19. ¹⁸ Joan. i, 45. ¹⁹ Ephes. iv, 15.

Οἱ τοίνυν ἱεροὶ καὶ μεγάλοι τοῦ Λόγου μαθηταί, ἄξινοι μὲν πάσης φιλίας τοῦ κόσμου καθεστῶτες, οἰκεῖοι δὲ καὶ φίλοι τοῦ οὐρανοῦ Πατρός· καὶ πάσης μὲν τοῦ νῦν αἰῶνος ἐρωτικῆς διαθέσεως ἑαυτοὺς ἀλλοτριοῦντες, μόνῃ δὲ τῆς ἀγάπης τοῦ θεαρχικωτάτου Νυμφίου τετραμένοι, καὶ αὐτῷ συνενούμενοι διὰ τοῦ Πνεύματος, τῆς ὑψηλῆς εὐμοιρῆσιν υἰότητος. Ὅθεν αὐτοῖς καὶ Πνεῦμα ἅγιον, πρότερον μὲν ὡς ἀτελέσιν, ἀτελῶς τε καὶ ἀμυδρῶς ἐνεργοῦν· ὕστερον δὲ, μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἰκτὺ Μονογενοῦς ἀποκατάστασιν, τελετουργικῶς (35) ὡς τελείοις ἐπιδημοῦν καὶ θεοῦν, ἀρχοντας αὐτοὺς ἐπὶ πᾶσαν καθιστάνει τὴν γῆν· οὐκ ἐπικήροισ τιμῶν ἀρχαῖς, οὐδὲ βασιλείαν ἐπιζήλον καὶ περιτρεπομένην· ἀκατάλντον δὲ δόξαν, καὶ μὴ μετακίπτουσαν χαριζόμενον ἀρχὴν. Ἐπρεπε γὰρ τοὺς γεννωμένους ἀνωθεν, ἀνάλογον τῆ τοῦ Πνεύματος ἀιδιότητι καὶ τὴν κληρονομίαν λαβεῖν· καὶ τοὺς συμμόρφους τῆς δόξης τοῦ Μονογενοῦς καθισταμένους, κατὰ τὴν πρὸς ἐκεῖνον ὁμοίωσιν, καὶ τῆς ἀκηράτου κατασχέσεως μετασχεῖν.

Πᾶσαν τοιγαροῦν ἐξουσίαν ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς λαβόντος Χριστοῦ, πᾶσαν δι' αὐτοῦ τὴν οἰκουμένην οἱ ἱεροὶ θεολόγοι τούτου κληρωσάμενοι, οἱ μὲν τὰς ἐξῆς λήξεις, οἱ δὲ τὰς ἐσπερίους διαλαγχάνοντες ἐπήρσαν· καὶ οἱ μὲν τὸ βόρειον, οἱ δὲ τὸ νότιον κλίμα διέθεον εὐαγγελιζόμενοι τῆς γῆς. Φίλιππος δὲ ὁ μέγας τοῦ Θεοῦ παῖς, ὁ τοῦ Πατρὸς τῶν φῶτων φωτοφανῆς καὶ γνήσιος κατὰ μέθεξιν υἱός· ὁ τοῦ Μονογενοῦς φίλος πιστὸς καὶ κατὰ χάριν ἀδελφός· τὸ τίμιον λόγευμα τοῦ Παρακλήτου, τὸ σκήνωμα τῆς ἀγνωσύνης τοῦ Ἰπεραγίου, τὸ στεφάνωμα τῆς Ἐκκλησίας, τὸ καλλώπισμα τῶν ἀποστόλων, τὸ ἐνερῶν φῆμα τῶν ἀσωμάτων· οὗτος τῆς Ἀσίας τὰ κλίματα (36) περιῶν, καὶ πάσαις μὲν χώραις καὶ πόλεσι

³⁵ Cant. ii, 5. ³⁶ Act. ii, 2. ³⁷ Psal. xliii, 17.

(35) *Τελετουργικῶς*. Opponitei quod dixerat ἀτελῶς τε καὶ ἀμυδρῶς. Si ergo, quasi vi divina secretius saceratusque operante, consecrante atque initiante. Est τελετὴ caeremonia ritus consecratio; τελετουργός δύναις Dionys. virtus divina operans in sacramentis; auctore Budæo, τελετουργία, consecratio. In apostolis ipse seipso τελετουργῶν divinus Spiritus, in nulla exteriori caeremonia divinius præstans in apostolis, ut in primitiis, quod in reliquis per signa sensibilla et elementa, quibus subjicere potuit, dum adhuc imagine versamur, nec ipsam omnino veritatem tenemus.

(36) *Τῆς Ἀσίας τὰ κλίματα*. Videtur Nicetas hanc unam Philippo assignare provinciam; alii tamen etiam alias addunt: Abdias Babylonius in Scythia primum prædicasse, ac certamen desudasse narrat, quo perfunctus in Asiam venerit, ubi Hierapoli dormierit, et quidem placida morte, quod cunctis adversatur. Omnes certe constanter docent, in ea urbe martyrio functum esse; nec de modo martyrii dissident, sed solum plus minusve explicant, quæ fuit erroris occasio card. Bar. dum ita scribit an. 54, n. 3: *De mortis genere discrepat ab Eusebio Nicophorus, et alibi idem Metaphrastes; sed nec horum alicui assentitur incertus auctor, qui scripsit passiones apostolorum. Incertum eum auctorem non*

Sacri igitur magnique Verbi discipuli, ab omni amicitia, quæ sæculi usu præstatur, extranei, ac Patris cœlestis necessarii atque amici: lique adeo tum repudiata ævi præsentis omni libidine, tum vero divinissimi Sponsi charitate vulnerati³⁵, eique per Spiritum copulati ac juncti, sublimem filiorum rationem nacti sunt ac nomen. Quamobrem hos quoque Spiritus sanctus, cum prius quidem tanquam imperfectos, imperfecte atque obscure afflaret³⁶; postea, Unigenito jam in cœlos recepto, consummativa (ut sic loquar) ratione ac consecrativa, quasi perfectis illis adveniens eosque deificans, principes constituit super omnem terram³⁷: non perituris magistratibus atque muniis augens, neque regnum ejusmodi tribuens, quod invidiosum sit atque facile evertatur, sed indissolubilem gratiam, ac imperium nulla unquam ratione ad alios transiturum eis consedens. Decebat enim, ut qui de supernis nati essent, hæreditatem quoque ac sortem æternitati Spiritus convenientem consequerentur: ac qui conformes gloriæ Unigeniti essent, pro similitudinis ejus ratione, etiam immortale decus perciperent.

Cum igitur omnem Christus in cœlo et in terra nactus esset potestatem, omnem per ipsum ejus sacratissimi Theologi sortiti orbem³⁷, alii orientales, alii occiduas, quæ obtigerant, partes inierant: atque alii quidem borealem, alii vero australem plagam, evangelizando percurrebant. At magnæ Dei puer Philippus, Patris ille luminum lucidissimus verusque participatione filius; Unigeniti fidelis amicus ac gratiæ indulgentia frater; nobilis Paracleti fetus, tabernaculum sanctificationis, ejus qui omni eminent sanctitati; Ecclesiæ corona, apostolorum gloriatio ac decus, spirituum deliciæ; hic utique Asiæ oras perlustrans, cunctisque provinciis atque urbibus vitæ doctrinam annuntians, eosque

³⁷ Matth. xxviii, 19.

moror, sive est Abdias, sive quis alius; Eusebio reliqui consentiunt: solum explicant modum crucis, quem ille tacuit, quod inverso capite et a pedibus perforatis calcaneis stipiti affixus: quo tanto supplicio, tumultuante etiam plebe, lapidibus appetitus, brevi animam reddidit. De tempore singularis est Hippolytus, quod Domitiano imperatore sublatum scribit. Menæa, peragratis Mysiæ et Lydiæ urbibus, Hierapolim venisse tradunt, quæ ipsæ Asiæ provinciæ sunt: nec enim Mysos seu Mæsos Europæo, videntur velle, quibus propius ad Galliam licuisset accedere, in qua prædicasse auctor est Isidor. lib. *De vita et morte sanctorum* c. 74. *Philippus Gallis prædicat Christum, barbarasque gentes vicinas, tenebris et tumentis Oceano conjunctas, ad scientiæ lumen fideique portum perducit*. Additque hoc munere perfunctum Philippum, in Phrygiam migrasse, ubi Hierapoli occubuit. Baronii opinionem, qui rem trahat ad Galatas Asiaticos, serio convellit ill. ac reverend. Petrus de Marca Parisiensis archiep. in epist. ad Henricum Vales. ejus Eusebio præfixa, adducto etiam Usserio Armachano, cap. 2 *De antiquitatibus Ecclesiæ Britannicæ*, qui ipse strenue Isidori lectionem vindicat, et Jacobi Berulii temeritatem notat, qui *Galatis, pro Gallis, in textu ipso, absque ulla nota veteris lectionis reposuerit*. Vellem testes

qui ad vitam erant ordinati, veræ vitæ per fidem concilians; captosque omnes a diabolo, innumerisque erroribus ac seductionibus perditos sapientiæ divinæ sermonibus hortamentisque captivans, ac regenerationis aqua emundans, gratiæque Spiritu illuminans atque consummans, ita nimirum Patri, qui in cœlis est, filios adoptabat. Cunctos vero qui variis passionibus seu morbis tenebantur, aut obsessi a dæmonibus erant, aut quovis alio sinistro casu afflictabantur, maleque habebant, solo sermone ac sacræ manus contactu sanabat. Ac quidem spiritali ratione, inaspectabilium hostium facies cædens, eos elidebat; ad sensum autem, quos illi seduxerant arguens, increpans, obsecrans⁸², magnifica, prædicatione prodigiorumque stupendis operibus, ad agnitionem veritatis paulatim adducebat^{83*}: B sacerdotesque ac præules fidelibus præficiens, quin et per loca Domino altaria exstruens, sacrumque sanctorum mysteriorum ritum tradens, necnon evangelicam, quoad liceret, eis legem constituens, in eum modum duplicis auctor beneficii (corpus scilicet demerendo atque animum) vir beatissimus credentibus erat.

Quemadmodum autem ingens sagena in mare missa, quanto amplius aquis immoratur, tanto majorem piscium copiam trahit⁸⁴; sic utique magnus Philippus annos complures cum gentilium multis populis versatus, longe confertam multitudinem eorum C trahit, qui illius opera nomen Christo darent. Decebat autem, ut tanquam Spiritus sagena, sanctorum angelorum manibus, velut ex mari in littus (in cœlestem scilicet stationem) eductus, si quid Dominica indignum mensa illi comes esset, id vero abjiceret; quidquid autem bonum et pulchrum ac pretiosum esset, Regi gloriæ cum honore offerret.

At quisnam Apostoli resolutionis modus? Est Phrygiæ urbs magna atque illustris, opum abundantia gloriæque fastigio superba (Hierapolim vocant), civium robore ac multitudine, nulli forte tunc magnarum per Orientem metropoleon primas cedens. Ad hanc magnus Philippus post longos viarum circuitus, post omnis generis pericula, labores, D ærumnas, post varia Evangelii causa tormenta

τὸν λόγον εὐαγγελιζόμενος τῆς ζωῆς· πάντας δὲ τοὺς εἰς ζωὴν τεταγμένους, τῇ ἀληθινῇ διὰ πίστεως προσάγων ζωῆς· καὶ πάντας μὲν ἐζωγρημένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ μυρία ἀπάταις καὶ πλάναις ἐξαπολωλότας, λόγοις σοφίας Θεοῦ καὶ παραινέσεσιν αἰχμαλωτίζων, καὶ τῷ τῆς παλιγγενεσίας ὕδατι καθαίρων, καὶ τῷ τῆς χάριτος πνεύματι φωτίζων καὶ τελετουργούμενος, οὕτω δὲ τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς υἱοθετεῖτο Πατρί. Πάντας δὲ τοὺς ὑπὸ ποικίλων ἐξεταζόμενους παθῶν ἢ νόσων πειραζόμενους, ἢ δαιμονίων παρενοχλουμένους, ἢ ὅτι οὖν πονηρῶ κακουμένους συναντήματι, λόγῳ μόνῳ καὶ χειρὸς ἱερᾶς ἐθεράπευεν ἐπαφῇ. Καὶ νοητῶς μὲν, τῶν ἀοράτων τὰ πρόσωπα ραπίζων κατέρρασεν ἐχθρῶν· αἰσθητῶς δὲ, τοὺς ὑπ' ἐκείνων πλανωμένους, ἐλέγχων, νοθετῶν, παρακαλῶν, τῇ μεγαληγορίᾳ τοῦ κηρύγματος καὶ ταῖς τῶν τεράτων μεγαουργίαις ἐξιστῶν, εἰς ἐπίγνωσιν ἤγε κατὰ μικρὸν τῆς ἀληθείας. Ἱερεῖς δὲ καὶ ἱεράρχας τοῖς πιστοῖς καθιστῶν, καὶ θυσιαστήρια δὲ κατὰ τόπους Κυρίῳ κατασκευαζόμενος, καὶ τὴν ἱερὰν τῶν ἁγίων μυστηρίων παραδιδούς τελετουργίαν (35)· καὶ τὸν εὐαγγελικὸν νόμον ὡς θεμιτὸν αὐτοῖς διατιθέμενος, οὕτω διπλῆς αἰτίας εὐεργεσίας, σωματικῆς τε καὶ ψυχικῆς, ὁ μακαριώτατος τοῖς πιστεύουσι καθίστατο.

Ὡσπερ δὲ σαγήνη μεγάλη καθιεμένη τῇ θαλάσῃ, ὅσα πλέον ἐγγρονίζει τοῖς ὕδασι, τοσοῦτω πλείω καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἰχθύων ἐφέλκεται περιουσίαν· οὕτως ὁ μέγας Ἀπόστολος ἐπὶ χρόνοις πλείοσι πολλοῖς ἔθνεσιν ἐμβεβλημένος, πολὺν ὅτι μάλιστα δι' αὐτοῦ Χριστῷ πιστευόντων ἐπεσπάσατο περιουσιασμόν. Ἔδει δὲ τοῦτον οἷα σαγήνην ὄντα τοῦ Πνεύματος, χερσὶν ἀγγέλων ἁγίων ὡσπερ ἐκ θαλάττης εἰς αἰγιαλὸν, τὸν οὐράνιον χῶρον ἀναδιδαζόμενον, ἀποτίθεσθαι μὲν, εἰ τι τῆς δεσποτικῆς τραπέζης ἀνάξιον ἐπηκολούθησεν· ὅσον δὲ καλὸν τε καὶ τίμιον, μετὰ τιμῆς τῷ τῆς δόξης προσφέρεσθαι Βασιλεῖ.

Ἄλλὰ τίς ὁ τῆς ἀναλύσεως τοῦ Ἀποστόλου τρόπος; Ἔστι πόλις κατὰ τὴν Φρυγίαν μεγάλη καὶ περιφανής, πλοῦτου περιουσία καὶ δόξης καυχῆματι γαυρουμένη πολλῶ· Ἱεράπολις ὄνομα τῇ πόλει, ἰσχύος καὶ πολυανθρωπίας τότε μάλιστα, οὐδεμιᾶ τυχὸν τῶν κατὰ τὴν ἀνατολὴν μητροπόλεων παραχωροῦσα τὰ πρεσβεῖα. Εἰς ταύτην ὁ μέγας Φίλιππος μετὰ τὰς μακρὰς περιόδους, μετὰ τοὺς παντο-

⁸² II Tim. iv, 2. ^{83*} I Tim. ii, 4. ⁸⁴ Matth. xiii, 47.

alios, qui nobis Philippum apostolum assererent. Placet Nicetæ castigata moderatio, qui probatiora solum stylo exornanda suscepit, sæque maxime Ecclesiæ usu explorata. Accuratam historicæ rei diligentiam in gente Hispana alii desideraverunt, ac in primis Godest. Hensch. tom. I Febr. Historiæ sanctorum, ubi de primis Jacobi discipulis, quibus sata fides in Hispania, illi sermo incidit: quanquam nec quod de Philippi obitu Olymp. 207 in Eusebii chronico habetur, magni ponderis habendum sit, aut certa epocha illius martyrii, cum in plerisque manuscriptis desideretur, ut et Miræus omiserit, et

Pontanus diverso charactere edendum putaverit; gravi certe indicio, subdititium quid esse, non ab Eusebio scriptum, quem Philippi apostoli res videntur prorsus latuisse: nec Sophronius extra martyrium crucis Hierapoli in Phrygia aliquid quod adderet habuit.

(35) *Τὴν ἱερὰν τῶν ἁγίων τελετουργίαν.* Nempe sanctorum mysteriorum et universim sacramentorum ritum, sub quorum symbolis Christi Ecclesia adunatur, suntque quod attinet ad substantiam, divinæ institutionis, quoad modum vero celebrationis et ornatum quemdam, apostolicæ.

δακτύλους κινδύνους, τοὺς πόνους, τοὺς κόπους, μετὰ
τάς ποικίλας ὑπὲρ τοῦ Εὐαγγελίου βασάνους καὶ
θλίψεις, καὶ εἰς ταύτην τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν εὐαγγε-
λιούμενος ἤγετο τῷ Πνεύματι.

Ἰδὼν δὲ τὴν πόλιν, οὐ κατείδωλον οὔσαν μόνον,
ξοάνοις τε κωφοῖς καὶ δαιμονίων σεβάσμασι μεμια-
σμένην· ἀλλὰ δὴ καὶ ἰοδόλοις ἕρπετοῖς, καὶ ἐχίδνῃ
τινὶ τερατώδει (36) καὶ ἀπευκτῇ (ὡς τῆς τῶν κακῶν
ὑπερβολῆς!) ὡς Θεῷ τε προσανέχουσαν καὶ θυσίαις
ἐξίλασκομένην, ζήλω μὲν θεῶν καταπίμπραται τὴν
ψυχὴν· προσευχαῖς δὲ συντονιστάταις, καὶ ῥήματι
παραγγελίας Θεοῦ ζῶντος, καὶ τῇ ἐπικλήσει τοῦ
ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν ὀλεθροτόκον Ἐχίδναν
ἐκείνην ἀπεκτονῶς, πᾶσιν ἐπιεικῶς ὁ θαυμάσιος
παρῆνει, καὶ συνεβούλευεν εἰς οὐρανὸν ἀνανεύοντας,
τὸν τοῦ οὐρανοῦ Δεσπότην ἐπιγνῶναι. "Ὁς, ὡν δει
Θεὸς τέλειος, ἀναρχος, ἀσώματος, ἀκατάληπτος·
βουληθεὶς δὲ μετὰ τὸν ἀόρατον, καὶ τὸν ὁρώμε-
νον τοῦτον κόσμον δι' ἀγαθότητος ὑπερβολὴν
παραγαγεῖν, οὐρανὸν μὲν ἐξῶθεν πάντων, οἷα
τινα σφαῖραν ἀεικίνητον τῶν ὄλων σωμάτων
περικτικτὴν κατεσκευάσατο· γῆν δὲ μεσαιτάτην
τῶν ὄλων, ὡς περ τι κέντρον τοῦ παντός ἐν ἀκι-
νήτῳ ἰδρύσει καὶ ἰσορροπία κατεστήσατο. Καὶ
τὸ ἀθύρσιον μὲν καὶ στοιχειῶδες ὕδωρ περὶ τὴν
γῆν, τὴν γῆν δὲ περὶ τὸ ὕδωρ στερεῶν, δι' ἀλ-
λήλων ἀμφω ταυτὶ τὰ στοιχεῖα ἐστηρίξατο, εἰς
μίαν τινὰ δύναμιν ἀρρήτων, τὴν κατὰ τὸ μεσαι-
τατον τοῦ παντός ἐστῶσαν ὑπερφυῶς ἐκκορυ-
φούμενα· ἐπομένως δὲ τούτοις, τὸν πολύκενον
πανταχόθεν ὑπερχάμενος ἀέρα, ὑπὲρ αὐτῶν
αὐθις ἐχόμενα, τὸ αἰθέριον κῦτος περιήγαγεν·
ἐξ ὧν φυτὰ πάντα καὶ ζῶα, κατὰ ἰδιότροπον
ἕκαστον φύσιν ἐποίησε καὶ μορφήν.

Μόνον δὲ τὸν ἄνθρωπον, τῆς ἰδίας πλάσας
μεγαλειότητος εἰκόνα, τοῦ παραδείσου πεποίηκεν
οὐκ ἐπιτήρητον· ὃν τὴν Δεσποτικὴν ἐντολὴν ἠθετη-
κότα, καὶ διὰ τοῦτο τῆς πρὸς αὐτὸν οὐκ ἐπιτήρητος
ὠμισθηκότα, θάνατος καὶ φθορὰ, τὰ ὀφθαλμια τῆς
ἁμαρτίας, διεδέξατο· ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος ὁ ἀγα-
θὸς ὤργισθη, οὐδὲ τὸ οὐκ ἐπιτήρητον παρεῖδεν εἰς τὸν
αἰῶνα πλάσμα· διὰ νόμου δὲ καὶ προφητῶν
πρῶτον ἀγίων παιδαγωγήσας πρὸς εὐσέβειαν·
νῦν δὲ κατὰ τὴν τῶν αἰῶνων συντέλειαν, τὸν
μονογενῆ, τὸν ἰσοσθενῆ καὶ ὁμοφυῆ Λόγον, ὑπερ-
ουσιῶς ἡμῶν ἐκ παρθένου σεμνῆς, καὶ ἀγίας

(36) Καὶ ἐχίδνῃ τινὶ τερατώδει. Perinde Me-
taphr. Elevat autem card. Baron. horum fidem
an. 54, n. 3, eo quod Hierapoli, non viperam, sed
alios deos colerent, ex Euseb. lib. II De præ-
parat. Evang. c. 4. Sed nihil ibi Eusebius in eam
rem. Solum enim eo libro veterum theologorum
dicta refert, quibus idololatriæ originem traducat:
non ut singula numina singularum civitatum pro-
ferat. Bene apud Nicephorum, ejus vulgator hoc
ipsum nostris temporibus in Livonia et Samogitia
reperit. At neque in Gallia desunt viri sim-
plices, quibus hujusmodi viperæ ac serpentes boni
ominis existimentur, ubicunque degant, ruri vel in
domo; sinistraque omnia portendere, si abigantur,
vel etiam necentur; quo in genere singulare quid
de domestica vipera sibi accidisse narrat Leo Al-

A illataque mala, in ea quoque Christum annuntiatu-
rus, Spiritu agebatur.

Videns itaque civitatem, nedum simulacrorum
superstitioni deditissimam, mutisque statuis ac dæ-
monum cæremoniis pollutam; verum etiam venena-
tis serpentibus, ac portentosæ cuidam infandæque
viperæ (o malorum exsuperantium!) tanquam Deo ac
Numini animis addictam, quam dementi sensu ho-
stis placandam existimaret; divina animo æmula-
tione inardescit, ferventissimisque precibus, Deique
viventis verbo præceptoque, necnon Christi Jesu
invocato nomine, perempta exitiosa vipera, cunctos
palam vir admirandus hortabatur, auctorque consilio
erat, ut in cælum aspicientes, cœli Dominum agnosce-
rent. *Is, Deus semper perfectus, æternus, incorporeus,
incomprehensus, post illum invisibilem, etiam mundum
hunc oculis subjectum præ eximia bonitate condere
cum voluisset; cælum, aiebat, cunctis externum,
haud secus ac globum perpetuo mobilem universa
corpora continentem, fabricatus est: terram verc
omnium mediam, velut rerum hujusce universita-
tis centrum quoddam immobili sede, ac suis æque
libratam ponderibus collocavit. Abyssi, ac qua ele-
mentum consistit, aquam, circa terram; terram vero
circa aquam solidans, alterum altero elementum mu-
tuaque communionem firmavit: quæ videlicet in unam
arcanam vim, in universi meditullio mirabiliter con-
sistentem fixamque explicentur. Exinde multivium
his undique superfundens aerem, super ipsum rursus
continue ætheream circumduxit late fusam capacita-
tem: ex quibus plantas omnes et animantes condidit,
juxta propriam cujusque indolem ac formam.*

Solum autem hominem suæ majestatis simulacrum
formans, paradisi constituit civem: quem ipsum Do-
minici transgressorem mandati, eamque ob rem ab
illius cassum necessitudine, mors et corruptio (peccati
scilicet obsonia) exceperunt. Haud tamen benignis-
simus ille in finem iratus est, aut in perpetuum de-
spexit figmentum suum: sed cum prius per legem
sanctosque prophetas ad pietatem instituisset; nunc
tandem in consummatione sæculorum, unigenitum
parique secum robore ac ejusdem naturæ Verbum,
divina quadam eximiaque ratione, ex venerabilis san-
ctaque Virgine, nullius contagione peccati factum ho-

lat. cum adolescens esset, lib. De peregrinis Græ-
corum opinionibus, vaticinante inde vetula quæ illi
satis prospera evenere, adventum, profectio-
nem, etc., quæ non careant superstitionis labe. De
Hierapoli et serpentum in ea cultu argumento est
antiquum civitatis nomen, quod tradit apud Meta-
phrastem Joseph Humilis Oratione in laudem sancti
Bartholomæi; nempe Ophioryma, quasi dicas, ser-
pentis ac anguis tutamen seu præsidium. Confer
nostra hæc cum dictis ad Hippolyti Synopsim; nec
te censuris ejusmodi facile abduci sinas. Durum
sane unius ductu calami novi hominis expungi,
quidquid summa consensione tot retro sæculis,
probatas actis ac auctoribus consignatum fidem
habuit.

minem, nobis præbuit. Is hominum similis apparens, A veritatis sermonibus ac potentiae operibus, Patris sui nobis gloriam ac notitiam, affusa cœlitus luce manifestavit; quique ab omni immunis passione esset, passionibus nostri causa, cruceque et morte perfunctus atque in illis versatus (quippe homo cum esset). resurrexit tertia die ac se nobis conspicuum fecit, nobisque cernentibus in cœlum receptus est (quippe qui Deus esset). Quem et rursus venturum e cœlis expectamus, pro eo ac pollicitus est, ut humanum omne genus exsuscitet, judicetque ac reddat unicuique pro eo ac gessit. Hunc, hortamur, agnoscite. Hunc, obsecramus, colite; et in nomine ejus baptizati, ab omni scelere impuraque omni cœremonia emundamini; omnisque gratiæ participes effecti, atque illius consortes sanctitatis, vitæ æternæ ac regni hæreditatem consequimini, in Christo Jesu. Amen.

Hujuscemodi vir beatissimus divinis prædicationibus admonens, adhortans privatimque ac publica concione doctrinam justitiæ tradens, turbam numero superiorem assensum præbentem, veritati adjunxit. Hosque adeo per aquam et Spiritum regenerans, ac qui in illis majori pollerent prudentia, majoremque essent assecuti gratiam, in antistites ac sacerdotes præficiens, Ecclesiam sanctam immaculatam excitat Christo.

At non tulit, ut veritatem sic prosperantem videret, qui illius adversarius est: quin potentiores ac primores civitatis illius incessens, flammæque instar æmulationem in eis succendens, apparitorum repente manu eum corripit, sævisque conscissum verberibus, diro carcere includit. Tum funiculis e calcaneis vinctum in sublimi verso in terram capite, virum justum suspendunt. Eratque videre velut agnum immaculatum alte in aere sublatum. Ac pedes quidem sursum, deorsum vero venerandum caput habebat, eoque habitu mentis in cœlum iter ac contemplationem velut adumbrabat.

Haud tamen eum Dominus consolationis expertem reliquit. Propensiore namque mitioris providentiæ consilio, divinus quoque Bartholomæus, pari damnatus patibulo pendebat. Contigit enim D eum tunc ibi versari, ac sicut prædicationis, sic et passionis socium effici. Neque id modo, sed et ipsa

(37) Σχοινοῖς ἐξάψαντες κατὰ τῶν ἀστραγάλων. Sic quoque Metaphr. necnon Menæa, in quibus expressius aliquid: Ἐπὶ τῆς πλατείας συρεῖς, εἶτα τοὺς ἀστραγάλους τρυπηθεῖς, ἐπὶ τοῦ ξύλου ἀνηρτήθη· καὶ οὕτως εὐξάμενος, τῷ θεῷ τὸ πνεῦμα παρέθετο· Per plateam tractus, tumque perforatis calcaneis in ligno suspensus est, et sic passus Domino tradidit spiritum: quibus constans est, Philippum capite deorsum verso, et quidem talis sic perforatis, stipiti ac cruci alligatum pependisse: quam forte ipsam crucem velint Romanæ tabulæ, et Eusebiani Chronici interpolator, ex quo ipso tanquam ex vero Eusebio acceperint, qui easdem tabulas auxerunt, novasque composuerunt. Lapidem addi facile fuit tumultuariæ illi crucifixioni, plebe in su-

Α ἀναμαρτήτως ἀνθρωπιζόμενον παρέσχετο. Ὡς ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων ἐπιφανείς, λόγοις ἀληθείας καὶ ἔργοις δυνάμεως, τὴν πατρικὴν αὐτοῦ δόξαν καὶ γνῶσιν, ἐπέλυμψεν ἡμῖν· καὶ πάθεισιν ὁ ἀπαθῆς, καὶ σταυρῷ καὶ θανάτῳ προσωμικῶς ὑπὲρ ἡμῶν (ἄνθρωπος γὰρ ἦν), ἀνέστη τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, καὶ ἐνεφάνισεν ἡμῖν ἑαυτὸν· καὶ βλέπόντων ἡμῶν, ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν (Θεὸς γὰρ ἦν). Ὁν καὶ προυδοκῶμεν ἡξίειν ἀδελφίς, ὡς εἶπεν, ἐκ τῶν οὐρανῶν, τοῦ ἀναστῆσαι σύμπαν τὸ πλάσμα, καὶ κρίναι καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὴν πράξιν αὐτοῦ. Τούτον ἐπιγινώσκετε, παραινῶμεν. Τούτον σεβάσθητε, παρακαλοῦμεν· καὶ ἐν τῷ ὀνόματι τούτου βαπτιζόμενοι, καθαρισθήσεσθε μὲν πάσης ἐναγοῦς καὶ μιαρᾶς τελείης· πάσης δὲ χάριτος μέτοχοι, καὶ κοινοὶ τῆς αὐτοῦ γενόμενοι ἀγιωσύνης, κληρονόμοι ζωῆς αἰωνίου καὶ βασιλείας καταξιωθήσεσθε, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν.

Τοιαύταις ὁ μακαριώτατος θεηγορίας νοουθετῶν, παραινῶν, ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ τὸν λόγον πρεσβεύων τῆς δικαιοσύνης, ἀναριθμήτους μὲν πείθων προσήγετο τῇ ἀληθείᾳ· δι' ὕδατος δὲ καὶ Πνεύματος τούτους ἀναγεννῶν, καὶ τοὺς συνετωτέρους ἐν αὐτοῖς, καὶ χάριτος μείζονος ἡξιωμένους, εἰς ἀρχιερέας, ὡς θέμις, καὶ ἱερέας προβαλλόμενος, Ἐκκλησίαν ἀγίαν, ἁμωμον ἀνίστη Χριστῷ.

Ἄλλ' οὐκ ἔνεγκε βλέπων οὕτως εὐδοκούμενην τὴν ἀλήθειαν, ὁ ταύτης ἐχθρὸς· τοὺς δυνατωτάτους δὲ καὶ πρώτους ἐκείνης τῆς πόλεως ὑποδύς, καὶ τὸν ζῆλον ἐν αὐτοῖς ἀναφλέξας ὡς πῦρ, συναρπάζει μὲν αὐτὸν ἐξάψινα χειρὶ στρατιωτικῇ· μαστιγοῖ δὲ πικρῶς, καθελργνυσι δὲ δεινῶς· μετὰ ταῦτα δὲ σχολίοις ἐξάψαντες κατὰ τῶν ἀστραγάλων (37), ἐπὶ μετεώρου τὸν δίκαιον ἐκχρεμῶσι κατὰ κεφαλῆς. Καὶ ἦν τοῦτον ὄρᾳ καθάπερ ἁμωμον ἀρνίον, διὰ τοῦ ἀέρος ἀπηρωρημένον· καὶ ἄνω μὲν τοὺς πόδας, κάτω δὲ τὴν σεβασμίαν ἔχοντα κεφαλὴν· καὶ τῷ τοιῶδες σχήματι τὴν ἰθυτενῆ πρὸς τὰ ἄνω τοῦ νοῦ πορείαν καὶ θεωρίαν ὑπογράφοντα.

Ἄλλ' οὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ Κύριος ἀπαρηγόρητον· οἰκονομία δὲ κρείττονι καὶ Βαρθολομαῖος ὁ θεῖος ἀπόστολος τούτῳ συνεσταύρωτο. Ἐκείσε γὰρ αὐτὸν ἐνδημεῖν, καὶ ὡσπερ τοῦ Εὐαγγελίου κοινωνῶς, οὕτω δὴ καὶ τοῦ πάθους ἐγνωρίζετο. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ Μαριάμ ἡ Φιλίππου ἀδελφὴ (38)· ἀδελφὴ τὴν

rorem acta adversus Sanctum, donec terræmotu ac hiatus periculo fuit deterrita. Mitior fuerit Bartholomæi crux et Mariæ, sororis, sive Mariamne (ut Menæa vocant) ut licuerit deponi ac supervivere, cum jam Philippus diem clausisset.

(38) Αὐτὴ Μαριάμ, ἡ Φιλίππου ἀδελφὴ. Menæa Μαριάμνην, quo etiam modo Metaphr. fuitque facile ejus vocis ultimam syllabam antiquario Mazar. excidere. Consentiant hæc tanta de Maria seu Mariamna, sorore Philippi, non solum spirituali, sed etiam carnali, his quæ refert Paulus de apostolis et prædicatoribus Hebræis, circumducentibus sororem mulierem, more gentis I Cor. ix, 5; qua tamen is icentia minime usus sit, ne quam offensionem poneret gentibus, quibus peculiariter destinatus

φύσιν, ἀδελφή τὴν πίστιν· τὸν ζῆλον, ὁμότροπος· Ἄ Maria Philippi soror, nempe soror natura ac τὴν ἀγάπην, ὁμόγνωμος· παρθένος τὴν ψυχὴν, παρθένος τὸ σῶμα, ὅλη τετραμένη τῆς ἀγάπης Χριστοῦ. Μαριάμ, γνησία Χριστοῦ θεραπαινίς, ἀξία Θεοῦ θυγάτηρ, ὅλη τοῦ παναγίου Πνεύματος μεμεστωμένη, πιστὴ τοῦ Εὐαγγελίου μαθήτρια, σπουδαία τῶν ἀποστόλων διάκονος, καὶ θερμότητι πρὸς τὰς Ἑλληνίδας τοῦ Ἰησοῦ εὐαγγελίστρια. Ἄνωθεν αὐτὴ προσεκαρτέρει τῷ Φιλίππῳ, ἐξ οὗ τὸν κλῆρον εἴληψε τῆς ἀποστολῆς· καὶ τοῦτον, ὡς ἀδελφὸν μὲν τὸ σῶμα, πατέρα δὲ τὸ πνεῦμα τιμῶσα, καὶ ὡς δραστήριος ὑπηρετούμενη θεράπαινα, πλήρης τῆς ἀποστολικῆς καὶ αὐτῆς δυνάμεως ἦν. Ὅθεν εὐαγγελιζομένην συνεργούσα, καθειργνυμένην συμπαραμαρτοῦσα, καὶ τότε δὴ κρεμαμένην συνανιωμένην τε καὶ συν-οδυωμένην, πάντα τρόπον συνέπασχεν ἡ μακαριωτάτη Χριστῷ.

Γίνεται δὲ τότε θέαμα ξέρον, φρίκης τε πάσης καὶ ἀγωνίας γέμον. Σείεται μὲν ἐξαίφνης ἡ γῆ καὶ ὅλος ὁ χορὸς ἐκεῖνος ἐκτιναχθεὶς, εἰς βάθος ὑπανόσσει, ἐν ᾧ πᾶσα μικροῦ δεινὴ ἡ πόλις ἐκεῖνη συναγερμένη, θέατρον ἐποιεῖτο τοὺς ἀνθρώπους τοῦ Ἰησοῦ· συγκατεσπᾶτο δὲ τῷ ἐδάφει πᾶς ὁ λαὸς, καὶ δεινῶς ἀπολείσθαι κινδυνεύοντες, τοὺς περὶ τὸν Φιλίππον ἐπεδοῶντο· καὶ ταύτη γὰρ τῆς πλάνης μὲν ἀποστήσεσθαι, τῷ τῆς ἀληθείας δὲ πιστεῦσαι καθυπισχυνοῦντο Θεῷ. Τοὺς δὲ ἰκετηρία μὲν ἐκτενέειν ἐξευμενίζεσθαι τὸν Θεόν, ἀθρόως δὲ τὸν Κύριον προσευχομένοις αὐτοῖς ἐπιφανῆναι· καὶ στηριχθῆναι μὲν εὐθέως τὴν γῆν τῆς ἐπὶ τὸ κάταντες ὑποχωρήσεως· δύναμιν δὲ θέλαν κλίμακος τρόπον τοῖς ἀπολλυμένοις ὑποτεινομένην, πρὸς σωτηρίαν ὁδοποιεῖν. Αὐτὴ γίνεται πίστει τοῖς ἀπίστοις ἀφορμὴ. Τοῦτο δὴ τὸ θαυμάσιον τὴν πόλιν ἐκεῖνην ὀλίγου δεινὴ πᾶσαν τῷ τοῦ Φιλίππου προσῆγε Θεῷ. Ἐντεῦθεν λύειν μὲν τοὺς Χριστοῦ δεσμίους οἱ σεσωσμένοι, καὶ τοῦ ζόλου καθεῖναι προσήεσαν σπουδῇ· ἐπέιχοντο δὲ, τὴν περὶ αὐτῶν γενομένην ἄνωθεν ἐγνωχότες βουλήν.

Σὺ μὲν γάρ, ὦ τρισμακαριώτατε τῶν ἀποστόλων, ἀνεθῆναι μὴ καταδεξίμενος τῶν δεσμῶν, ἐπισκήψας δὲ τῇ τε πόλει τὰ δέοντα, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς πᾶσι προσμένειν τῇ πίστει τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ταῖς ἐντολαῖς παρεγγυησάμενος προσλιπαρεῖν· εἶτα, δέησιν ἰκετηρίων τε ἅμα καὶ εὐχαριστήριον, ἐμφανιζομένην σοι νοερῶς καὶ ὑπερκοσμίως τῷ Θεῷ σου καὶ βασιλεῖ σου προσλαλήσας Χριστῷ, εἰς χεῖρας αὐτῷ τὴν πανοδθίαν ἀπέδου ψυχὴν· καὶ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως καὶ ἐξομολογήσεως, ἐν ἤχῳ ἑορταζόντων νοερῶν καὶ θείων Δυνάμεων, πρὸς τὰς οὐρανίας αὐτῷ καὶ ὑπερφυεστάτας συνανελήφθης μονάς.

⁸⁶ Cant. II, 6. ⁸⁷ Psal. XLII 5.

erat prædicator. Saniora hæc, quam illa Abdiæ, de duabus apostoli filibus, quæ post aliquantos annos in tumulum patris et ipsæ illatæ sint, a dextris et a sinistris illius positæ ac miraculis claræ; quas ementitus scriptor non advertit alterius Philippi filias existisse, id est diaconi; quæ forte Philippi apostoli amore, et quod celebris civitas erat, multosque in ea Philippus Christo acquisierat, Palæ-

stina a Romanis vastata, illo commigrarant, ac hospitii locum ibi delegerant. Quod etiam Mariam seu Mariannem τοῦ Ἰησοῦ εὐαγγελίστριαν dicit πρὸς τὰς Ἑλληνίδας, annuntiasse Jesum mulieribus Græcis, sexui convenientissimum, nec privatam excedens doctrinam, qua nihil vetat mulieres, etiam summis apostolis adjunctices esse evangelica functione.

Contigit vero novum quoddam spectaculum, horrendumsane tremendumque ac terroris plenum. Terræmotu subito locus quatitur, totusque ille succussus chorus alta voragine subsidebat, quotota fere civitas, Jesu homines theatro traductura, concesserat; omnemque populum unus cum solo hiatus absorbebat. Jam itaque gravi salutis vitæque pulsante periculo, Philippum cum sociis inclamabant; atque ea se ratione ab errore abscessuros, veroque Deo credituros, etiam atque etiam pollicebantur. At Philippus sociique ferventibus Deum supplicationibus placare; orantibus Dominus confestim apparere, moxque terram, ne mergeretur hiatusque subsideret, consulcire; vi denique divina instar scalæ pereuntibus submissa, ita ad salutem munire. Hæc incredulis fidei occasio. Miraculum hoc, omnem fere illam civitatem adjunxit Philippi Deo. Hinc periculo redempti, Christi vinctos solutum lignoque depositum prompti accedere; at cohibebantur, qui supernum de illis consilium intelligerent.

Tu quidem, apostolorum ter beatissime, cum solvi vinculis nolisses, ac quæ officii erant civitati mandasses, cunctisque fratribus sit in fide Jesu perseverarent ac mandatis assidui essent, præcepisses: tumque supplicantis animi pariter atque gratias agentis orationem, Deo tuo, Regi tuo Christo qui apparuerat, mentis sensu, ac supra quam decore honesteque, prolocutus esses, in manus illius beatissimam animam tradidisti: inque voce exultationis et confessionis in sono mentium epulantium⁸⁶ divinarumque Potestatum, in cœlestes eximiasque ac divinas, illo auctore, receptus es mansiones.

Bartholomæus autem e patibulo depositus, unaque sapientissima Maria, cum Christiferum illud tabernaculum reverenter sepeliendum curassent ac Ecclesiam confirmassent, eosque qui accessissent illuminassent; ac si quid reliquum ad Evangelii functionem videbatur, complerent, suam quisque viam perrexere.

Tu vero, summe inclyte ac divine Dei puer, cœlestes festivos axes inscendens chorosque agens, ac cum magistro atque Domino in æternum versans, gaude ac lætare tanquam Dei filius adoptione, quippe qui hoc nactus sis, ut cum eo qui natura Filius est, regnes vivasque, et in sempiternum læteris ac præsentia fruaris.

Gaude, quod Patrem luminum videre cupiisti; eumque videns⁸⁶, prototypum in Filio, ac tanquam in imagine vidisti; velutque in radio, solem in Unigenito, Genitorem intelligens, veræ plenus lucis, quasi filius lucis atque vere ipse lux enituiisti.

Gaude, Christi equorum ferventissime ac perniciosissime, quem ille conscendens, ac in mare quod mente intelligitur, inducens, miraque ratione regens, multas aquas tua opera (absurda scilicet gentium sensa ac consilia) conturbavit⁸⁷.

Gaude, quod spiritalium Dei equorum (angelicorum scilicet potestatum) volatilem indolem atque agilem, acremque ac alacrem æmulatus atque amore prosecutus, pro nominis merito ratione Philippus appellatus es, Deique currus, ut Scriptura loquitur, decem millibus multiplex effectus⁸⁸; in quo millia eorum, qui te auctore crediderunt (Ecclesie scilicet), abundantes Deo Sabaoth gloriam concinunt.

Salve sis, et exulta ac choros ducito, qui in medio coryphæorum consessu thronum gloriæ sortitus es, ac primis apostolis connumeratus: primum denique apud supremum omnium Regem, honorem consecutus.

Salve gaudeque, ac nobis quoque afflictis exultatio et lætitia et gaudium esto. Pauperum molestias leva; Ecclesiis pacem restitue, ac tranquillis moribus pietatem: nostramque hanc exigua laudationem acceptam habens, beatissime tu Deique munere felicissime, quod ex Christianæ pietatis rationibus est, desiderium imple, bonæque et beneplacenti atque perfectæ aptans Domini voluntati, inconfusum Deo exhibe: in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Ex miraculis Philippi apostoli.

Lucidissimum sidus hoc magnusque Domini apostolus, cum in Galilæam iret prædicans, adhuc

⁸⁶ Joan. xiv, 8. ⁸⁷ Habac. iii, 8. ⁸⁸ Psal. lxxvii, 18.

(39) Narratio hæc, sic Græcorum Menæis consecrata, maximam procul dubio veri speciem habet, consentientissima aliis quæ in Act. adversus apostolos gesta legimus, vel quæ etiam a probatis auctoribus referuntur. Nomen Archelai obrepisse

A Βαρθολομαῖος δὲ τοῦ ξύλου καθαιρεθεὶς, καὶ ἅμα τῇ σοφωτάτῃ Μαρίας, τὸ Χριστοφόρον σεβασμῶς κεκτηθευκότες σχῆνος, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν σπηρίξαντες, καὶ τοὺς προσιόντας φωτίσαντες, καὶ εἰ τι λείπον τῆς ἱερουργίας τοῦ Εὐαγγελίου συντετελεκότες, οὕτω πρὸς τὴν κατ' αὐτοὺς ἐχώρουν ὁδόν.

Σὺ δὲ μοι, παναοίδιμε καὶ θεσπέσιε τοῦ Θεοῦ παῖ, τὰς οὐρανίας ἐστίας χοροβατῶν, καὶ τῷ διδασκάλῳ δι' αἰῶνος καὶ Κυρίῳ συνῶν, χαίρει, καὶ κατατέρπου ὡς υἱὸς Θεοῦ θέσει, τῷ κατὰ φύσιν Υἱῷ συμβασιλεύειν λαχὼν, καὶ συζῶν καὶ συνευφραίνόμενος ἄλλα καὶ συνομιλῶν.

B Χαίρει, ὅτι τὸν Πατέρα τῶν φῶτων ἐπεθύμησας κατιδεῖν, καὶ τοῦτον ὁρῶν, ἐδιδάχθης ἐν τῷ Υἱῷ καὶ ὡς ἐν εἰκόνι τὸ ἀρχέτυπον· καὶ ὡς ἐν ἀπαυγάσματι, τὸν ἥλιον· ἐν τῷ Μονογενεῖ, τὸν γεννητορα κατανοῶν, πλήρης εἰ φωτὸς ἀληθοῦς, ὡς υἱὸς φωτὸς, καὶ αὐτοφῶς πεφηνῶς.

Χαίρει, ἴππε Χριστοῦ θερμότατε καὶ ταχύτατε, ὃν ἐπιβάς ἐκαίνος, καὶ εἰς τὴν νοήτην θάλασσαν ἐπιβιβῶν, καὶ θαυμασίως ἠνιοχῶν, ὕδατα πολλὰ διὰ σοῦ, τὰ ἄτοπα νοήματα συνετάραξεν τῶν ἐθνῶν.

C Χαίρει, ὅτι τῶν νοητῶν τοῦ Θεοῦ ἴππων, εἰς' οὓν ἀγγελικῶν δυνάμεων τὴν πτηνὴν φύσιν καὶ γοργὴν, καὶ δραστήριον ἐζηλωκῶς καὶ πεφιληκῶς, εἰκότως Φίλιππος προσηγορεύθης, καὶ ἄρμα Θεοῦ μυριοπλάσιον ἀνεδείχθης, κατὰ τὴν Γραφὴν, ἐν ᾧ χιλιάδες τῶν διὰ σοῦ Χριστῷ πιστευσάντων, αἱ Ἐκκλησίαι εὐθηνούσαι, δόξαν ἀνακροῦνται τῷ Θεῷ Σαβαώθ.

Χαίρει μοι καὶ σκίρτα καὶ χόρευε, θρόνου δόξης ἐν μέσῳ τῶν κορυφαίων εὐμοιρηκῶς, καὶ τοῖς πρώτοις τῶν ἀποστόλων συνηριθμημένος, καὶ τῆς πρώτης παρὰ τῷ Παμβασίλει κατηξωμένος τιμῆς.

D Χαίρει, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν θλιβομένοις ἀγαλλίασις γίνου καὶ εὐφροσύνη καὶ χαρὰ. Τοῖς πένθησιν, ἐπικούφισον τὰς δυσχερείας· ταῖς Ἐκκλησίαις ἀποκατάστησον τὴν εἰρήνην καὶ τὴν εὐνομίαν· καὶ ἡμῶν τὴν ὀλίγην ταύτην ἀνεσιν ἀποδεξάμενος, πλήρωσον, ᾧ τρισόλβιε καὶ θεομακάριστε, τὴν κατὰ Χριστὸν ἐπιθυμίαν· καὶ πρὸς τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον θέλημα τοῦ Δεσπότης συμβιδάσας, ἀκαταίσχυντον παράστησον τῷ Θεῷ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ἐκ τῶν θαυμάτων τοῦ ἀποστόλου (39).

Ὁὗτος ὁ φαεινότετος ἀστὴρ καὶ μέγας τοῦ Κυρίου ἀπόστολος, ὡς ἐπ' αὐτὴν ἦει τὴν Γαλιλαίαν

typographo, sive etiam antiquario, ex quo ille expressit, manifestum est; nec enim tandiu Archelaus superstes fuit, aut alius ejus nominis in Judæa, ea tempestate rex fuit, qui jus vitæ ac necis sibi indulgeret, in eos qui Mosaicæ legis violatores

κηρύσσων, ἔτι τῷ βίῳ περιῶν, γύναιον αὐτῷ προσ-
υπαντῆ; ἐκκομίζων παιδίον τεθνηκός· καὶ οἶα μή-
τηρ, ἀμέτρως ἐκόπτετο. Ταύτην ὁ κηρύσσων κατ-
οικτεῖρας, καὶ τὴν δεξιάν τῷ τεθνηκῷ προτείνας,
Ἔγειρε, κελεῖται σοι ὁ ὕπ' ἐμοῦ κηρυττόμενος,
ἔφησεν, Ἰησοῦς ὁ Χριστός· καὶ ὁ λόγος ζωτικὴν
αὐτῷ ἔδωκεν ἀνέγερσιν, καὶ τῇ πενθούσῃ βακτηρίαν
τὸν ἀναστάντα γενέσθαι πρὸς τὴν οἰκίαν παρεσκεύα-
σεν. Ἡ δὲ, τῶν ἰχνῶν τοῦ θαυματουργοῦ δραξαμένη,
Ὅν ἀνέστησας, ἔλεγε, δι' ὕδατος ἀναγέννησον
σὺν ἐμοί. Καὶ τυχοῦσα τῆς χάριτος, ἀπόστολος
ἔγεγόνει, πᾶσιν εὐαγγελιζομένη τοῦ υἱοῦ αὐτῆς τὴν
ἀνάστασιν.

Ἦγε δὲ τοῦτον καὶ ἐπ' Ἀθήνησιν. Ἐνθα τὸ
ἀπλοῦν τοῦ λόγου κἂν εὐτελίξειν οἱ Ἀθηναῖοι ἐβού-
λοντο, ἢ πρᾶξις τῶν παραδόξων τούτοις ἀντεπισχεῖν
ἔπειθε. Καὶ λοιπὸν, *Τί δὴ πράττειν ὀφείλομεν*,
ἔλεγον, ἡμεῖς οἱ περὶ τοὺς λόγους ἐσπουδικότες,
τούτου τοῖς λόγοις ἠετώμενοι; Καὶ γὰρ, ὡς
ὄρατε, ἀγροικὸς οὗτος καὶ ἀπολις, ἐν δὲ τοῖς
ἔργοις ἡμῶν ἐγκρατής καὶ περιφανής ἐνδείκνυ-
ται. Τοιγαροῦν δι' ἐπιστολῆς σηματοῦμεν τῷ
ἀρχιγραμματεῖ τῶν Ἰουδαίων ἐν Ἱερουσαλήμ·
καὶ τὸ δόξαν αὐτοὶ κρατόναντες, ἱκανὸν πρὸς τὸ λέ-
γειν ἐξαποστέλλουσιν. Ὁ γοῦν ἀποσταλεὶς, ἔσω τῆς
Ἱερουσαλήμ γεγονώς, μετὰ τὴν ἐπίδοσιν τῆς γρα-
φῆς, διὰ λόγων τοῖς ἀρχουσιν ἐπετρένωσε τὰ τῆς
γραφῆς, λέγων· *Τούτομα Φίλιππος ἐκ τῶν ὧδέ τις
λέγων εἶναι, ἀφίκετο πρὸς ἡμᾶς· ὃς ἀγροικὸν
μὲν ἐπιφέρεται τὸν λόγον, οὐ μικρὸν δὲ τὴν
ἡμῶν ἐπισιόντα τὴν καρδίαν καὶ πατρίδα, και-
ρὸν διατηρέων ὄνομα, Ἰησοῦν, ᾧ καὶ χρώμενος
ἐπὶ γλώττης, ἀποτρόπαιον ἔχει δαιμόνων καὶ
ροσημάτων παντοδαπῶν. Ἀλλὰ γε σὺν τούτοις,
καὶ τὸ κατέπραξεν. Ἀπολιπὼν τις τὸν βίον, καὶ
πρὸς τὸν χῶρον τῶν τεθνεώτων μεταχωρήσας, τῇ
τοῦ Ἰησοῦ προσηγορίᾳ ἀνέστησε. Ἀλείπεται τοι-
γαροῦν σίχσθαι τὰ ἡμῶν, καὶ τὰ τούτου ἀξά-
νεσθαι, εἰ μὴ τάχιόν τις πρὸς ἡμᾶς ἐξ ὑμῶν πα-
ραγένοιτο.*

Καὶ δὴ ἑαυτῆς μετὰ σοβαρᾶς καὶ ἀλαζονικῆς
φροντασίας τὴν Ἑλλάδα ὁ ἀρχιγραμματεὺς καταλαμ-
βάνει, κατὰ Φιλίππου σφόδρα χαλεπαίνων· καὶ μήτε
ἀρτου γευσάμενος μήτε τινὸς ἄλλου τῶν σώματι

viderentur, et ab ea homines avocare. Hoc nomine
clarus Herodes junior, qui Jacobum occidit gladio,
voluitque occidere et Petrum, etsi Judæis in Chri-
tum religiosior, ne ea nece scædaret solemnitatem
paschalem, distulit post dies azymorum, quando
et Petrus ab angelo liberatus est. Agrippas quoque,
ipse in Judaismo religiosissimus, regnoque Judææ
aliisque provinciis Romanorum benevolentia au-
ctus, sic potuit in apostolos excandescere, quanquam
in Paulum mitior videatur, cum dicentem audisset,
jam vinctum, sed qui Cæsarem appellasset, eaque
ratione nec ab illo, nec a Festo præside judicari
posset. Trahi Hierosolymam ex aliis procul synago-
gis religionis reos, ipsa Pauli legatio Damascum
indicium est, cum irarum plenus ac minas spirans
in discipulos Domini (utique ex Judæis conversos) fer-
retur, quales et h. Athenienses videntur fuisse, ac mu-
lier cujus filium in Galilæa Apostolus suscitaverat :

A vitæ superstes, mulier quædam illi obviam venit,
quæ filium suum defunctum efferret : maternaque
pietate ac sensu supra modum plangebat. Hujus
Christi præco misertus, dextraque defuncto expor-
recta : *Surge, inquit, jubet tibi qui a me prædicatur,
Jesus Christus* : fecitque sermo, ut puer vivus exci-
taretur; et ut qui suscitatus erat, lugenti matri
baculus sustentandæ domui redderetur. At illa,
ejus qui miraculum patrarat vestigiis admota :
*Quem suscitasti, aiebat, una mecum per aquam rege-
nera*. Munusque consecuta, apostolus evasit, dum
filii suscitationem cunctis annuntiat.

Duxit vero et Athenas apostolum. Ibi, quanquam
eo animo erant Athenienses ut pro sermonis sim-
plicitate contemnerent, stupendarum tamen ac inau-
ditarum rerum patratio, obniti eos doctrinæ suade-
bat. Ac demum : *Quidnam, aiebant, facturi sumus,
nos qui eloquentiæ ac doctrinis operam damus, cum
hujus sermonibus vincamur? Etenim, ut videtis,
rusticus iste incertisque sedibus vagus, operum luce
nostri compos illustrisque efficitur. Quapropter con-
scripta epistola significemus Scribarum Judæorum
Hierosolymis principi. Firmata porro illis sententia,
qui rei eloquendæ idoneus esset, mittunt. Is vero
cum Hierosolymam venisset, reddita epistola, ver-
bis explanabat quæ illa continerentur, dicens : *Vir
quidam, qui se Philippum vocari dicat, ad nos hinc
profectus est. Est ille quidem rudi rusticoque eloquio,
quo tamen non parum corda nostra patriamque
commoveat, dum novum nomen (Jesum scilicet) præ-
dicat; quem et in lingua habens, dæmones, omnisque
generis morbos deturbat. Sed et cum istis, rem patra-
vit, quæ stuporem injiciat. Humanis quispiam exem-
ptus erat, utque ad defunctorum locum commigrarat.
Hunc ille suscitavit invocato Jesu nomine. Superest
itaque ut nostra plane aboleantur et intereant; quæ
vero illius sunt; augeantur, nisi citius ex vobis aliquis
ad nos veniat.**

Statim ergo pleno fastus, superboque apparatu
Scribarum princeps Græciam petit, adversus Phi-
lippum valde indignans; ac neque pane degustato,
neque ullo alio, quod corpori indulgeatur, sublime

D quæ ipsa Athenis sufficere Apostolo poterat, ut mo-
ris erat Judæis sumptus facere suis magistris : quam
Christus consuetudinem non sustulit, sed discipu-
lis suis liberam fecit. Qui toties pontifex ἀρχιερεὺς
et ἀρχιγραμματεὺς dicitur, non ipse summus pon-
tifex Hebræorum putandus, sed quem synedrium
Hierosolymitanum ἀπόστολον mitteret, et quasi
ἐξαρχον, virum scilicet generis sacerdotalis et le-
gisperitum, legisque æmulationem habentem, qualis
fuit Paulus missus ad synagogas in Damascum,
quanquam hoc illi deerat, ut esset ex sacerdotali
prosapia, (qui seipse de tribu Benjamin affirmat.
Nec modo Hebræis desunt apostoli ac disciplinæ
legis præfecti, quos ex synedrio vel Hierosolymitano
vel Babylonico mittant ad subjectas synagogas ac
plebes, qui severius in legem commissa, et quorum
indulgentiam non habent per gentium pressuram
ex suis legisperitis, emendent ac puniant.

sibi tribunal parari jubet; mutatoriaque pontificali chlamyde assumpta, superbia tumens, judicii sedem conscendit, cunctis ejus patriæ eruditis, ac qui venerant cum eo, timore astantibus. Vocatus itaque apostolus, medius stetit, pontifici responsurus. Ad quem pontifex in hæc verba percontatur: *Non satis visum, cunctorum miserrimè hominum, quod Judææ et Galilææ et Samariæ pravitate mentis obrepseris, simplicioresque in eis errore dementaris, sed et Athenarum urbis sapientes tentare molitus es, existimans nimirum viros catos atque prudentes abs te seductum iri. Ac quidem te, velut qui errore seductus sis, ad præsens omisso spretoque, ad viros sapientes, quæ tuæ opinionis sunt, edisserens, sermonem habebo.*

Ejus magister, auditores, cum evertendæ legi Mosaicæ daret operam, justa a nobis lege ut crucem ferret, damnatus est. nudusque alto stipite suspensus derelictus, ob diei celebritatem, Pilato, Josephi cujusdam viri divitis supplicatione induoto, sepulturæ tradi permittitur. Amicitiaque lege cum tenerentur ejus discipuli, occulte intempesta nocte eum furantur; hoc nempe commento vulgus seducere parantes. Sparsaque ubique fama, eum a mortuis surrexisse, magistrum sibi atque doctorem hominem arrogant. Ex eorum collegio unus est et Philippus iste, cujus rex Archelaus desiderat compotem fieri, ulciscenda vulgi injuria, mala eum morte perditurus: quem si vultis, quam cito vinctum Hierosolymam abducite.

Ac vero, cessante loqui pontifice astantes intentis oculis in Philippum erant, quid demum ille ei responderet. Sensim itaque leniusque apertis labiis, Philippus ita pontifici inquit: *Fili hominis, ut quid diligis vanitatem et loqueris mendacium? Ut quid cor tuum gravas in vanitate? Nonne tu auro custodum manus implesti, ut resurrectionis, afflicta calumnia, fidem abolerent? Nescis quæ signacula monumento apposuisti? Hæc nimirum in die iræ tuum scelus ignominia traducunt.*

His pontifex majorem in modum turbatus, furoreque irruens ut apostolo manus inferret, rem præstare non potuit. Statim enim ejus pupillæ oculorum obscuratæ sunt, ac corpus reliquum inutile redditum. Visa res præstigizæ, his qui aderant. Ut tamen in apostolum impetum fecerunt, ejusdem ipsi cæcitalis periculum sumpserunt. Quod vero apostolus non nesciret illorum incredulitatem ac ignorantiam, quod vis dæmonum in illis præpolleret, eam in rem ingenti gemitu: *Tua, Domine, aiebat, benignitas, ipsa te moveat, eorumque contritiones sana, et ut te agnoscant credantque, illorum animos immuta.*

E terris itaque apostolo orationem fundente, indulta e cœlis, his qui percussi fuerant, sanitas ac

A χαριζομένων, ὑψηλὸν αὐτῷ γενέσθαι βῆμα παρηγυδοῦ καὶ τὴν ἑξαλλὸν τῆς ἀρχιερατικῆς χλαμύδα περιβαλὼν, εἰς τὸν δικαστικὸν πεφουσιωμένος ἀνεισιθρόνον, πάντων τῶν ἔλλογιμων τῆς πατρίδος, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ παραγενομένων, μετὰ δέους παρεστηκότων. Ὅμως προσκληθεὶς ὁ ἀπόστολος, μέσον, τῷ ἀρχιερεὶ ἀπολογησόμενος ἴστατο· καὶ πρὸς τὸν ἀπόστολον ὁ ἀρχιερεὺς οὕτω προσήρετο· Οὐχ ἰκανῶς ἔχειν ἔδοξε, τὸ μοχθηρῶς ὑπείσειλθεῖν σε, ἀθλιώτατε πάντων ἀνθρώπων, τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Γαλιλαίᾳ καὶ Σαμαρείᾳ, καὶ τοὺς ἐπ' αὐταῖς ἀσφαλεστέρους ἀποπλανῆσαι, ἀλλὰ καὶ τοὺς σοφοὺς τῶν Ἀθηνῶν ὑπενοήσω, μεμελετηκῶς τὴν ἀπάτην, πεφυκνωμένους ἀνδρας οἰόμενος ἀπατᾶν. Καὶ ὡς ἠπατημένου, καταφρονῶ σου τὸ παρόν· ἐπὶ δὲ τοὺς σοφοὺς, διδάσκων τὰ κατὰ σέ, τὸν λόγον ποιήσομαι.

B Ὁ τούτου διδάσκαλος, ὃ ἄνδρες, ἐπὶ παρατροπῇ τοῦ Μωσαϊκοῦ νόμου γενόμενος, ὑφ' ἡμῶν σταυρῷ τεθνήσκει εὐλόγῳ νόμῳ κατακρίθη· καὶ τυμνός τῷ ξύλῳ ἀκρωτηριασμένος καταλειφθεὶς, διὰ τὸ τῆς ἡμέρας ἐπίσημον, τοῦ Πιλάτου, Ἰωσήφ τινος κλουσίου ἰκετηρία ἐπικαμφθέντος, τάφῳ συγκεχώρηται. Καὶ νόμῳ φιλίας οἱ τούτου κρατούμενοι μαθηταί, λαθραίως ἀσπρὶ τοῦτον ἀποσυλοῦσιν, εἰς πολλῶν ἀπάτην, ἐπιτεχνευσάμενοι τοῦτο· καὶ πανταχοῦ ἐπισπείραντες ἐκ νεκρῶν ἐγηγέρθαι, τὸν ἐαυτῶν ἐπιφημιζουσι διδάσκαλον. Ἐξ αὐτῶν εἰς ἔστι καὶ ὁ Φίλιππος οὗτος, οὗ περικρατῆς ὁ βασιλεὺς ἐπιθυμεῖ γενέσθαι.

C Ἀρχέλαος, εἰς πολλῶν ἐκδίκησιν ἀπολέσων αὐτόν· ὄνπερ εἰ βούλεσθε, πρὸς αὐτόν τὸ τάχος δέσμιον εἰς Ἰερουσαλήμ ἀπαγάγετε.

Καὶ δὴ τοῦ ἀρχιερέως παύσαντος τοῦ λόγου, οἱ παρεστῶτες ἐνητένιζον τῷ Φιλίππῳ, τί πρὸς αὐτόν ἀντερεῖ. Ἠρέμα δὲ πως τοῖς χεῖλεσιν ὑπανόξας ὁ Φίλιππος τῷ ἀρχιερεὶ ἔφησεν οὕτως· Χρὴ ἀνθρώπου, ἵνα τί ἀγαπᾷς ματαιότητα, καὶ λαλεῖς ψεῦδος; Ἴνα τί ἐπὶ ματαίῳ τὴν καρδίαν σου βαρύνεις; Οὐ χρυσοῦ σὺ τῶν φυλάκων τὰς χεῖρας ἐπλησας, εἰς τὸ πλάσασθαι τῆς ἐγέρσεως συγκοφαντίαν; οὐκ οἶδας ὡς ἐναπέθου σφραγίδας τῷ μνήματι; αὐταὶ σου ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς στηλιτεύσουσι τὸ ἀνόμημα.

D Ταῦτα τὸν ἀρχιερέα μεγάλως ἐτάραξαν· θυμικῶς δὲ διορμήσας διαχειρίσασθαι τὸν ἀπόστολον, οὐκ ἠδυνήθη. Παρευθὺ γὰρ αἱ κόραι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ἀπημαυρώθησαν, καὶ τὸ περίλοιπον σῶμα ἀχρηστον ἐγεγόνη. Τότε τοῖς παρατυχοῦσι τὸ γεγονός γοητεία προσεδόκατο. Ὅμως κατὰ τοῦ ἀποστόλου ὀρμήσαντες, καὶ αὐτοὶ τῆς αὐτῆς πηρώσεως πείραν ἔλαβον. Ἄλλ' ἐπεὶ οὐκ ἠγνοεῖτο τῷ ἀποστόλῳ ἡ ἀπιστία καὶ ἡ ἀγνοία, ὅτι ἐπικράτεια δαιμόνων ἐνεστί τούτοις, ἐπὶ τούτῳ οἰμώξας μέγα, Δυσωπήθητι ὑπὸ τῆς σῆς ἀγαθότητος, Κύριε, ἔλεγε, καὶ ἀμφοτέρων ἴασαι τὰ συντριμματα, καὶ πρὸς τὴν σὴν ἐπίγνωσιν αὐτοὺς μεταποίησον.

Κάτωθεν οὖν τοῦ ἀποστόλου τὴν εὐχὴν ποιούντος, οὐρανῶθεν ἡ ῥῶσις τοῖς πληγείσιν ἐχαρίζετο·

καὶ τοῖς αἰσθητοῖς ἑρβαλοῖς ἀναβλέψαντες, τὴν νοσητὴν τῆς ψυχῆς ἐπεζήτουν ὑγιῶσιν. Ἄλλ' ἐπεὶ πολλάκις τῶν ἀστηρίκτων εὐμετάβολον τὴν γνώμην, οἶδεν ὁ ἀπόστολος εἶναι, τὸ φῶτισμα τούτοις οὐκ ἐπένευσε. Ἐκτενεστέρον δὲ τοῦ ἀποστόλου προσευξαμένου, θεία δύναμις ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατωῦσα, τὰ ἀφιδρύματα τούτων πάντα (40) κατέβραξ, καὶ τοὺς ἐμφωλεύοντας ἄρδην ἀπώλεσε δαίμονας. Καὶ κλόνος βίαιος τότε τὴν γῆν κατεῖχε, καὶ πάντες καταφυγὴν τὸν ἀπόστολον ἐτίθουν, μεγάλη κράζοντες τῇ φωνῇ, Ἰσχυρὸς θεὸς ἐστίν, ὁ ὑπὸ σοῦ κηρυττόμενος, καὶ τούτῳ ἀδιστάκτως πιστεύομεν, καὶ χαίροντες τὸ λουτρὸν κομιόμεθα. Καὶ ἀρξάμενος, πάντας ἐβάπτισε. Μόνος δὲ ἀρχιερεὺς ἀποσπασθέντας ὡς εἶδε τοὺς ὑπ' αὐτῶν, τῇ τοῦ δολίου ὑποβολῇ κατὰ τοῦ Πλάστου δύσφημα ἐδλασφήμει ῥήματα. Καὶ τούτου μὴ φερομένη τὴν παράνοιαν ἡ γῆ, πάντων ὀρώντων, ὡς ἐπὶ Δαθάν καὶ Ἀβειρών, βιαίως τοῦτον ἐνδον αὐτῆς κατασχεθῆναι ζῶντα συνώθησε. Τότε τοὺς φωτισθέντας ὑποστηρίξας, καὶ Νάρκισσον τινα τούτοις ἐπίσκοπον καταστήσας, οὗ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ὁ ἀπόστολος Παῦλος μέμνηται, αὐτὸς πρὸς Πάρθους ἀφίκετο καὶ κλίνας γόνου, ἐπίσκεψιν οὐρανόθεν ἐζήτηι. Καὶ αὐτίκα σχῆμα αὐτῷ ἐδείκνυτο ἀετοῦ, ὑπὸ χρυσαῶς πτέρυγας τὸν Χριστὸν εἰκονίζουσα ἐσταυρωμένον. Ὅθεν ἀναβρωσθεὶς, πάλιν εἶχετο τοῦ κηρύγματος, καὶ τῶν Κανδάκων πόλεις (41) διαδραμῶν, ἐπ'

robur est : visuque recepto sensilibus oculis, animæ sanitatem, quæ mente intelligitur, expetebant. Quod tamen apostolus instabilium hominum mentis inconstantiam haud raro expertus erat, non annuit ut illuminatione persiceret. Intentiusque ac instantius orante apostolo, divina virtus e cœlo demissa, eorum omnia simulacra elidit; ac qui in eis latitabant, penitus dæmonas perdidit. Factaque tunc terræ valida quassatio, omnesque ad apostolum confugiebant, magna voce clamantes : *Fortis est Deus qui abs te prædicatur, eique citra omnem dubitationem credimus, ac lubentes lavacrum consequemur.* Incipiensque apostolus, cunctos baptismo tinxit. Solus vero pontifex, ubi subditos avulsos cognovit, dolosi illius suggestione, nefanda in rerum Auctorem verba blasphemo ore evomebat. Ejusque terra dementiam non ferens, cunctis cernentibus, velut in Dathan et Abiron, viventem illum hiatus violento compressit atque absorpsit. Tum apostolus, confirmatis illis qui crediderant, præfectoque illis Narcisso quodam episcopo, cujus Paulus meminit in Epistola ad Romanos ¹⁶, ad Parthos profectus est : genuque in oratione posito, divinam e cœlis visitationem quærebat. Moxque ostensa illi est Aquilæ figura, quæ sub alis auro rutilis Christi crucifixi formam exprimeret. Unde roboratus, prædicationi rursus incumberebat; Candacensiumque peragratis urbibus, conscensa navi, Azotum naviga-

¹⁶ Rom. xvi, 11.

(40) *Τὰ ἀφιδρύματα τούτων πάντα.* Antecedentia omnia Hebræos sonant, et qui Mosis religione tenerentur; nunc vero ἀφιδρύματα, *statue, simulacra*, quæ sic erigantur sedibusque locentur, ut venerationi habeantur, prorsus remolum a Judæorum, per ea tempora, moribus. Ac quanquam etiam luci ἀφιδρύματα reddantur, nec lucos quidem habuisseputandi Athenis Judæi aut excelsa, ubi more antiquo adorarent. Vel ergo misti Judæis Græci, illa in Apostolum grassatione, vel non satis accurata, ac interpolata, quæ de Philippo legit Ecclesia Græca. Difficile etiam consentiunt, quæ de Pauli Athenis prædicatione habet Act. liber; nisi primus Paulus tanta anxietate Athenis prædicavit, Dionysiumque et conjugem aliosque nonnullos convertit, quibus tamen necdum Dionysium episcopum dederit: sed Philippus secundo urbem tentans, pluribusque in ea conversis, dederit Narcissum; quem perinde Hippolytus de septuaginta duobus discipulis Athenarum episcopum facit: colunt Græci die 31 Octobr. cum Stachy, Amoplio et Urbano: assignatisque tribus superioribus, quibus episcopi præfuerint, sedibus, nihil ejusmodi de Narcisso, sed hoc solum: Ὁ δὲ Νάρκισσος διαφόρως βασανισθεὶς παρέδωκε καὶ αὐτῆς τὴν ψυχὴν τῷ θεῷ, εἰ δὲν καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ προθύμως ἐξέχεε. *Narcissus vero diversis excruciatu tormentis, ipse quoque animam Deo tradidit, cujus etiam gratia lubens sanguinem profundebat.* Quod auctor eum facit, cujus Paulus meminit Rom. xvi, 11: Ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ναρκίσσου, τοὺς ὄντας ἐν Κυρίῳ. *Salutate qui sunt ex Narcissi domo* (vel ut Erasm. *ex Narcissi familiaribus*) *qui sunt in Domino*, conjecturam elidit Hugonis Grotii, cum ad eum locum sic advertit, *Puto intelligi Narcissum Claudii libertum, in cujus domo aliqui fuerint Christiani.* Magis itaque assentior Baronio, an 58, 56, quanquam non ejus fundamento, quod Narcissus potentissimus Claudii libertus odio

C Agrippinæ matris, biennio ante scriptam Pauli Epistolam, consulatu Asinii et Acilii, ut auctor est Tacitus, a Nerone occisus fuerat: poterant enim superesse de familia, et quidem in Domino, id est, fideles, ad quos attingere poterat ea Pauli commendatio: sed quod toto illo capite, Asiaticos hospites fideles notos Romanis commendat, ea commendatione eis solatium aliquod ac præsidium quærens, ut per quos Romæ Christi agebatur negotium, ac sensim spargebantur fidei semina. Erat forte tum Narcissus, in Oriente Athenarum episcopus, vel etiam diem martyrio clauserat. τῶν αὐτοῦ, quibusdam ejus necessariis, notis, affinibus, qui periunde Christiani essent, Romæ versantibus. Roma vero dum scribit Paulus, ut Phil. iv, Romanorum salutes perfert, maxime potentum, et eorum qui favore polerent, ut eorum fidei collegio, sic salutati atrociores in Christi fide ac Christiana militia redderentur.

D (41) *Τῶν Κανδάκων πόλεις.* Videtur regionem Syriæ, significare, et quidem vicinam Parthis, unde illam adierit, ac inde Azotum navi pelierit, quæ urbs est Palæstinæ, una ex satrapiis Philistinorum. Nihil mirum hæere nos in locis dissitis, cum non raro etiam in vicinis sapientes geographi perplexi sint, vel propter urbium occasum, aut mutationem nominum, seu etiam alios casus. Erant apostoli quasi nubes volantes, mira agilitate, quo ferebat impetus Spiritus, vel terra, vel mari sequentes; quod sane necessarium, ut brevi adeo intervallo temporis, in omnem terram exiret sonus eorum; ipso præsertim Deo sæpius monente, quæ potissimum civitas aut regio illis petenda esset, ut de Paulo legimus: nec æquum ut coapostolis (maxime coryphæis et qui de duodecim erant) negemus. Quid si allusio est ad Candacem reginam Æthiopum, cui fuerint Æthiopes Palæstinæ vicini, versus Arabiam, ex quibus apostolus, eorum peragratis urbibus,

vit. Validaque tempestate jactata navi, lucida statim A crucis figura ab ipso navigio affusis fulgoribus, noctis caliginem lustravit. Navique exscendentes, ab Azotide quodam in mediterraneas illius ædes deductus apostolus, die jam in vesperam desinente, preces producebat. Hospitis itaque filia prope fenestram e vicino stans, oculi dolore discruciabatur. Sic tamen apostoli verbis lenocinio quodam mulcebatur, ut vim ipsam doloris oblivisceretur. Tum illa ad patrem accedens, oculi probrum cum dolore conjunctum expostulabat, ut cujus serio cura non ageretur. Ad quam pater: *Pro te forsitan, filia, vel ipsam, inquit, libens animam exponerem, si quis oculi tui dedecus, labemque posset auferre.* Cui filia gratiose arridens: *Est, pater, modo velis, qui et dolorem et labem curare possit. Ubinam vero, ait, filia? In mediter-*

tercineis aedibus, respondit illa, *quem heri sero e navisio domi suscepisti.* Moxque apostolum jubet accersiri. Insertaque qui accersitus erat, dulci veritatis doctrina, sermone delinitos cum omni familia, baptismo intinxit. Cumque puella ex patre oculi curationem exquireret, ait apostolus: *Sanandi munus tibi tribuam, cunctisque qui baptismatis donum susceperint. Mane itaque surgens, o puella, invocato Christi nomine, laboranti oculo manum impone, integerque ac sanus, qui læsus est, oculus evadet.* Quod cum ita fecisset, ut magister admonuerat, ægritudinem suam curavit. Quo ex tempore sapiens Charitina, adjutore patre suo Nicolide, apostolum secuta est cum eo laudans ac benedicens Deum.

Uτως ἡ μαθήτρια ποιήσασα ὡς ὁ διδάσκαλος ὑπέθετο, τὸ οικεῖον ἐθεράπευσε πάθος. Καὶ ἔκτοτε ἡ σοφὴ Χαριτίνα, συνεργεῖα τοῦ πατρὸς αὐτῆς Νικολείδους, ὁπαδὸς τοῦ ἀποστόλου ἐγένετο, δοξάζουσα σὺν αὐτῷ καὶ εὐλογοῦσα τὸν Θεόν.

Veniens autem apostolus Philippus Hierapolim, C monebat qui erant comites, ne tentationibus animi desponderent. Inter quæ indigenæ ut impostorem dolo necare volebant, ne scilicet eorum uxores, velut etiam aliorum multorum, seduceret. Quidam vero Heros, ingenua præ reliquis civibus fortuna, apostolum ne lapidaretur liberari studens, in hæc fere verba sodales probabilibus aggressus est. *Viri cives, meum consilium noseite. Nihil nobis injustum cum peregrino isto homine: sed, si lubet, illius examinemus doctrinam, num ad animi salutem aliquid conferat.* Cum nemo Heroi (quippe vero illustri) contradicere ausus esset, primus ipse apostoli pedes complexus, sanctum rogabat ut in domum suam diverteret. Ingressis illis, Marcella Herois uxor indignari adversus virum, divortiique libellum offerre, et ut dos ad ipsam revertatur, nisi is Philippum domo ejiciat, serio rogare. Videns

Azotum venerit, Charitinam cum patre et familia Christo lucraturus? Sequentia etiam de Hierapoli, forte spectent ad Hierapolim Syriæ, itinere decem dierum a Damasco, urbem archiep. sub patriarcha Antiocheno, unam ex præcipuis imperii Turcici, ubi tantis illis patris, in Phrygiam et Lyeoniam venerit, ut hic dicitur; postremo consummatus Hierapoli Phrygiæ, quæ omnium recepta sententia est. Hæc, quantum asse-

Ἀζωτον ἐπλεῖ νηὸς ἐπιβάς· καὶ σφοδρῶς καταγιγδὸς κλυδωνιζούσης τὴν ναῦν, φωτοφανῆς αὐτίκα σταυροῦ τύπος ὑπ' [ἀπ'] αὐτῆς τῆς ὀλκάδος τῆς νυκτὸς τὸ ζοφῶδες ἐπέλαμψε· καὶ ἀποβάντες τοῦ πλοίου, ὑπ' Ἀζωτίδος τινὸς ἐν μεσογαίῳ οἰκίῳ καταχθελὶς ὁ ἀπόστολος, τῆς ἡμέρας ἤδη πρὸς ἐσπέραν διαληγούσης, τὴν εὐχὴν παρέτεινε. Τὸ γοῦν θυγάτριον τοῦ ξενοδόχου ἐν χρωῖ τῆς σύνεγγυς θυρίδος καθιστάμενον, ὠδυνᾶτο τὸν ὀφθαλμόν. Οὕτω δὲ τοῖς λόγοις τοῦ ἀποστόλου ἠδύνετο, ὡς καὶ τὸ τῆς ὀδύνης ἐπιλαθέσθαι. Ἐἶτα προσελθοῦσα τῷ οικείῳ πατρὶ, τοῦ ὀφθαλμοῦ τὴν αἰσχύνην σὺν τῇ ὀδύνῃ, ὡς ἀμεληθεῖσα προσενεκάλει. Ὁ δὲ πρὸς αὐτὴν, Ἵπὲρ σοῦ τάχα, τέκνον; ἔφη, προθύμως ἔν καὶ τὴν ψυχὴν προθέμην, εἰ τοῦ σοῦ ὀφθαλμοῦ τὸ δυσειδὲς ἠδύνατό

τις διορθώσυσθαι. Καὶ ἡ παῖς χαριεντιζομένη, Ἔστιν, πάτερ, εἰ βούλει, ὁ τῆς ὀδύνης καὶ τοῦ πάθους θεραπευτής. Καὶ τοῦ τέκνον, ἔφη; Ἐν τῷ μεσογαίῳ οἰκίῳ, ἡ παῖς ἀντεπάγει, ὅν ἐκ τοῦ πλοίου τῇ χθὲς ὀψιαθέντα καθυπεδέξω. Καὶ παρεοὺ τὸν ἀπόστολον προσκληθῆναι κελεύει. Καὶ τοῦτοις τὴν ἠδὺν τῆς ἀληθείας ὁ προσκληθεὶς ἐνειράμενος λόγον, πανοικί καταθέλξας ἐδάπτισε. Τῆς δὲ κόρης, τοῦ ὀφθαλμοῦ ἐπιζητοῦντος τὴν ἴασιν τοῦ πατρὸς αὐτῆς, ἔφη ὁ ἀπόστολος· Σοὶ τὴν ἐπιστήμην τῆς ὑγείας χαρίσομαι καὶ πᾶσι τοῖς προσδεξαμένοις τὸ χάρισμα τοῦ βαπτισματος. Πρωτὰς ἀναστᾶσα, ὦ κόρη, τῷ πάσχοντι ὀφθαλμῷ τὸν Χριστὸν ὀνομάσασα τὴν χεῖρα ἐπιθεῖς, καὶ ἄρτιος ὁ βεβλημμένος ὀφθαλμὸς γενήσεται.

Τὴν δὲ Ἱεράπολιν καταλαβὼν ὁ ἀπόστολος Φίλιππος, ἐδίδασκε τοὺς συνεπομένους αὐτῷ μὴ ἐκκακεῖν τοῖς πειρασμοῖς. Καὶ ἐπὶ τούτῳ οἱ ἐγγύριοι δολοφονῆσαι τοῦτον ἐβούλοντο ὡς ἀπατεῶνα, προφάσει μὴ καὶ τὰς αὐτῶν γυναῖκας ἀπατηθῆναι, ὥσπερ καὶ ἄλλων πολλῶν. Ἦρωσ δὲ τις, τῶν πολιτῶν τὴν τύχην αἰδεσιμώτερος, ἐξᾶραι θέλων τοῦ λιθασμοῦ τὸν ἀπόστολον, πρὸς τοὺς σὺν αὐτῷ πιθανολογούμενος, οὕτω πως ἔφη· Ἄνδρες πολῖται, τὸ ὑπ' ἐμοῦ βουλευόμενον μάθετε. Μηδὲν ἡμῖν ἀδικον καὶ τῷ ξένῳ ἀνδρὶ· ἀλλ' εἰ δοκεῖ, τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν δοκιμάσωμεν, εἴγε εἰς ψυχικὴν περιποίησιν ἔσται. Καὶ ὡς ἐπισήμῳ τῷ Ἠρωῖ ἀντειπεῖν οὐκ ἐτέλμησαν, καὶ αὐτὸς πρῶτος τῶν ποδῶν τοῦ ἀποστόλου δραξάμενος, ἐδυσώπει τὸν ἅγιον εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ καταλῦσαι. Καὶ ἀμφοτέρων ἀφικομένων, Μάρκελλα ἡ τοῦ Ἠρωὸς γαμετὴ ἐδυσφόρει κατὰ τοῦ συνεύνου, λύσιν τοῦ συνοικεσίου ζητοῦσα (42),

qui licet, in re sic antiqua, nulloque præterea certo teste comprobata: quanquam favet illud de Philippo diacono, qui sic baptizato in via eunucho Candacis reginæ Æthiopum, dum rediret Azotum, a Spiritu raptus est, Act. viii, 27; quod argumento est, fuisse loca satis vicina, quæ sic continue Philippus apostolus potuerit divina prædicatione lustrare.

(42) Λύσιν τοῦ συνοικεσίου ζητοῦσα. Quan-

καὶ τὴν ἀντιστροφὴν τῆς προικῆς, εἰ μὴ τῆς οἰκίας ἔξω βάλλει τὸν Φίλιππον. Ἐπεὶ δὲ ἐναγώνιον ὁ ἀπόστολος τὸν Ἡρώα ἐωράκει, αὐτὸν παρεθάρρυνεν ἐπιμένειν τῇ πίστει. Αὐτὸς δὲ γονυκλίνας καὶ προσευξάμενος, τὴν πρὸ μικροῦ χαλεπαίνουσαν, ἰκέτιν τοῦ ταύτης ἀνδρὸς παρεσκεύασεν, Ὡ ἄνερ γλυκύτατε, λέγουσα, πόθεν ὁ θαυμαστὸς οὗτος ἐγένετο ἄνθρωπος; Ὡς ἡδὺς ὁ τούτου λόγος καὶ ἡ τῶν ἡθῶν κατάστασις! Μεγάλου Θεοῦ, ὁ Ἡρῶς ἔφησε, καταγγελεύς οὗτος, ὦ γύναι, καὶ αἰωνίου βασιλείας προξενητής· καὶ εἰ δοκεῖ, ἀνενδοιάστως προσέλθωμεν τῷ τούτου Θεῷ· καὶ ἄμφω προσπεσόντες ἀποστόλῳ, πανοικί λαμβάνουσι τὴν ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος ἀναγέννησιν. Ἐκ δὲ τούτου, πολλοὶ τῆς περιοικίδος πρὸς Κύριον μετετάξαντο.

Ἄλλ' ὁ τῆς κακίας ἐφευρετής, ὡς ἑαυτὸν ἠττώμενον εἶδε, καὶ τοὺς ἑαυτοῦ ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου ἐζωγρημένους, πυρπολῆσαι τὴν οἰκίαν τοῦ Ἡρώος ἤγειρε. Καὶ γνῶς τῷ πνεύματι ὁ ἀπόστολος, ἀτρόμως ἔξεισι πρὸς αὐτούς· ὃν ἀνημέρως ἐπικαυχῶντες, εἰς τὸ δικαστικὸν βουλευτήριον ἤγαγον. Ἐμβριθῶς δὲ τῷ ἀποστόλῳ Ἀρίσταρχος ὁ ἑξαρχὸς τοῦ βουλευτηρίου προσχὼν, Οἶδά σε ταῖς μαγείαις ἐναδρυνόμενον, ἔλεγε· ἀλλ' εἰ μὴ ἀποθέμενος ταύτας ἔσθῃ, λιθασμῷ πικρῷ σε ἀπολέσω. Τὰ γὰρ περὶ τοῦ σταυρωθέντος Θεοῦ σου εὐκαίρως ἐπιζητήσομεν, λέγει, καὶ τῆς ἀποστολικῆς δραξάμενος κόμης, ὡθῶν αὐτὸν προσεπηλάκιζεν. Ἀριστάρχου δὲ τὸ ἀτακτὸν ἐπιτεχνευσάμενος σωφρονῆσαι ὁ μακάριος Φίλιππος, ἔσωσεν καὶ διὰ τοὺς παρατυγχάνοντας, ἵνα γνῶσιν ὅτι δυνατοῦ Θεοῦ ἐστὶν ὑπηρέτης, εἰς ἐπήκοον πάντων οὕτω πως ἐξεφώνησεν, Ὁ τὰς καρδίας ἡμῶν πλάσας καταμόνας, καὶ τὰς κινήσεις αὐτῶν πρὸς ὀπωσανοῦν τρεπόμενος, τὸν ἐκ τῆς ἐμῆς καρδίας ὡς ὀργῆς ἀμέτοχον ἀναγόμενον λόγον ἔργῳ πλήρωσον, Κύριε, καὶ γενέσθω πᾶσι σωφρονισμός. Ἡ προταθεῖσα χεὶρ ἐπὶ τὴν κόμην, ἧς ἠγλάσας κεφαλῆς, παρεθήτω. Ἐπηκολούθει δὲ τῷ λόγῳ ἡ τοῦ ἀτάκτου διαστροφή τῶν μελῶν. Παρευθὺ γὰρ ἡ τούτου ἀπεξηράνθη χεὶρ καὶ ὁ πρὸς αὐτὴν ὀφθαλμὸς ἀπετύφλωτο, καὶ κατ' ἄμφω κεκώφωτο τοῖς ὠσὶ. Τοῦτο τοὺς συνειλεγμένους ἐξέστησε, καὶ μετὰ δέους ἰκέτευον δοῦναι συγγνώμην τῷ πλημμελήσαντι. Καὶ ὁ ἀπόστολος πρὸς αὐτούς· Αἱ τῶν μελῶν διαστροφὰι ἀνθρωπίνης βοήθειας ἐπαποροῦσιν. Ὁ γὰρ τούτων διορθωτής εἰς ἐστίν, ὁ ἐκ χόδου κατάρχας διαρθρώσας τὸν ἄνθρωπον. Ὡς εἰ μὴ προσέλθητε, καὶ αὐτὸς ὁ παθὼν, οὐ τεύξετε τῆς ἰάσεως.

Καὶ πρὸς τούτῳ, τεθνεῶς τις ἐξεχομίζετο πρὸς ταφήν· καὶ κατασχόντες τὴν κλίνην οἱ συμπρόντες

quam apostoli consilium erat, ne susceptæ fidei causa uxores a viris discederent, vel etiam viri uxores relinquerent, I Cor. vii, 12, *Cæteris ego dico, non Dominus* : Si quis frater uxorem habet infidelem, etc., plures tamen simul suscepta fide, castitatis propositum amplectebantur, quibus nunquam apostoli annuebant : quandoque etiam ipsi infideles, suscepto fidei odio, divortium faciebant, ut hic Marcella tentasse describitur, nisi vir apostolica vestigia domo ejiceret. Proinde veneri poterant Hierapolitæ, ne illorum uxores Phi-

itaque apostolus inde animo anxium, ut in fide constans perseveraret excitabat. Tum ipse positus genibus orans, eam quæ paulo ante indignans obstrepebat, viro supplicem fecit. *O vir dulcissime, aiebat, unde venit mirabilis hic homo? Quam suavis illius sermo morumque constitutio! Magni Dei, aiebat Heros, o mulier, nuntius est ac præco, regniq̄ cælestis parandi auctor. Ac, si libet, citra omnem dubitationem accedamus illius Deo;* amboque procedentes apostolo, regenerationem quæ ex aqua est et Spiritu, accipiunt cum tota domo. Quo factum est, ut et vicini multi ad Dominum transirent.

καὶ Πνεύματος ἀναγέννησιν. Ἐκ δὲ τούτου, πολλοὶ

Verum malitiæ auctor, ut se vinci vidit, suosque apostolicis captos cassibus cognovit, ut Herois domum incenderent excitavit. Tum apostolus spiritu rem intelligens, ad eos intrepidus iit : quem immaniter insultando, ad curiam tribunalque duxerunt. Aspereque ac minaciter apostolo Aristarchus præfectus curiæ præses : *Novi te, aiebat, magiæ virtutibus gloriari; at, nisi eas abjeceris, acerbo te imbre lapidum perdam. Quæ enim ad Deum tuum crucifixum spectant, opportune examinabimus, inquit, comaque apprehensum apostolum, trudens suggillabat. Studens autem vir beatus Aristarchi insolentiam castigare, forte vero etiã propter eos qui aderant, ut intelligerent potentis Dei eum ministrum esse, cunctis audientibus in hunc modum vocem extulit. Qui omnium nostrum sigillatim corda formasti, eorumque in quosvis vertis motus, ex meo erumpentem corde sermonem, quippe iræ expertem, Domine, opere adimple, sitque omnibus justæ ultionis exemplo. Quæ in comam ejus capitis, quod sanctificasti, extensa manus est, dissolvatur. Dixerat, virique insolentis membrorum distortio actutum verba secuta est. Statim enim ejus manus exaruit; positum ad eam oculum invasit cæcitas, auresque ambæ obsurduerunt. Ea res, eos qui congregati erant in stuporem egit, metuque ac tremore delicti reo veniam præstari supplicabant. Ad quos Apostolus : *Distorta membra, humana ope non valent reparari. Qui enim restituat atque instauret, unus est, qui a principio ex pulvere hominem sic membris instructum fabricatus est. Quamobrem nisi accesseritis, isque ipse qui laborat, sanitatem non consequimini.**

Interea, defuncti cujusdam funus efferebatur; tenentesque feretrum qui sodales Aristarcho ad-

lippus seduceret, adducendo ad fidem, unde illa divortia fierent. Sic nimirum venit Dominus gladium mittere, Matth. x, 35, nec est illo dignus, qui vel uxorem, vel alium quemquam plus illo amat; quod utique facit, qui consentit cum infideli cohabitare cum injuria Salvatoris, quæ plane in proclivi est, cum alter conjugum errori pristino ac superstitioni manet addictior. Moduli ac canon præter apostolorum communes laudes et labores, ac Philippi crucem, quod historiæ lucem ullam afferat, nihil habent.

erant, illudentes apostolo dicebant: *Hunc si suscitaveris, omnes cum Aristarcho, Deo tuo cultum adhibebimus.* Sanctus vero intentis in cœlum oculis, proluxe orans, leni demum voce jacentem in feretro his alloquitur, *Theophile.* Statimque resedit et aperuit oculos. Adjiciensque apostolus, dixit: *Christus tibi jubet: surge, omnisque impedimenti liber, loquere.* At ille excussus e feretro, apostolo procidit, dicens: *Gratias habeo, sancte Dei, quod ex multis malis hora hac liberabor.* Duobus enim obscuris sædoque aspectu, ac immitibus violenter trahentibus, jamjam, nisi prior venisses, in tetrum exitiosumque tartarum projiciendus eram. Tum res inaudita cunctos in stuporem egit, dicentes: *Quomodo quem nunquam viderat, ex nomine vocans, suscitavit? Vere quem Deum fortem et dicit et prædicat ac annuntiat, potens ac verus est; nosque indubitanter accurramus atque credamus.* Exinde apostolus indicto manu silentio tumultum sedans, jubet Heroi, ut manu crucis signum exprimens super Aristarcho, sanctæ Trinitatis invocato nomine, oblæsa membra illius satuitate, sana componeret. Quo facto Heros Aristarchum membris omnibus integrum sanumque reddidit. In hoc euncti apostolo prociidunt, in quibus et præfectus (illius pater qui a mortuis fuerat suscitatus, primus inter eos qui convenerant) cum conjugæ apostolo accessit, facileque suscepta fidei doctrina ac institutione, ac fidei suæ firmum specimen, quos colebat duodecim deos aureos in egenos apostolicis distribuendos profert. Sed et his quæ erant reliqua probe dispensatis, rectæ fidei regulam constanter tenebat.

τοῦ σεβομένουσ δώδεκα χρυσοῦσ θεοῦσ τῶν ἐνδεῶν εἰσ διανομὴν τῷ ἀποστόλῳ γενέσθαι προτίθησιν. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τὰ περιλειφθέντα καλῶσ οἰκονομήσασ, τῆσ ὀρθῆσ ἀδιστάκτωσ εἶχετο πίστεωσ.

Apostolus vero cunctis ibi in recta fide perfectis Heroe illis ordinato episcopo, creatisque ex illis presbyteris et diaconis: cumque ad hæc templa construi mandasset, ipseque erexisset, atque omnes fidei doctrina imbuisset, beneque illis precatus esset, in Phrygiam venit et Lycaoniam atque Asiam, prædicans ac evangelizans Christum; cui gloria in sæcula. Amen.

ORATIO X.

Laudatio sancti ac celebratissimi Bartholomæi apostoli.

Accensum desiderium, at mens tenuis: fervens amor. at vilis oratio. Etenim spiritus quidem

(43) Cum Græci duplici festo colant Bartholomæi apostoli memoriam, altero ejus natalis 11 Junii, altero miraculosæ advectionis ipsius reliquiarum ad Liparim insulam, die 25 Augusti, qui unus Latinis solemnus est, sive etiam pridie ejus pro vario Ecclesiarum ritu, Nicetas totus in exornando Bartholomæi natali est, ac ne meminit quidem illius stupendi miraculi, in quo tamen ex antiquioribus et emendatioribus ejus Actis referendo, multus est Theophorus Studita paulo Niceta antiquior, cujus sermonem Anastasius reddidit, et D. Lucas Dacheri in *Spicileg.* t. III representavit; adjectis etiam

A Ἀριστάρχῳ, χλευάζοντεσ ἔλεγον τῷ ἀποστόλῳ· Ἐὶ τοῦτοσ ἔγερεις, πάντεσ σὺν Ἀριστάρχῳ προσκυνήσομεν τῷ Θεῷ σου. Ὁ δὲ ἅγιος πρὸσ οὐρανὸν τοῦσ ὀφθαλμοῦσ ἀτενίσασ, προσήύξατο ἐπὶ ἱκανόν· καὶ πρὸσ τὸν βεβλημένον τῇ κλίνῃ, πρασίῃ τῇ φωνῇ λέγει, Θεοφίλε. Καὶ εὐθὺσ ἀνεκάθισε, καὶ τοῦσ ὀφθαλμοῦσ ὑπανέωξε. Καὶ προσθεὶσ ὁ ἀπόστολοσ, εἶπεν· Ὁ Χριστόσ σοὶ κελεύει· Ἀνάστηθι, καὶ ἀκωλύτωσ προσομίλει. Ὁ δὲ ἀποθὰσ τῆσ κλίνησ, τῷ ἀποστόλῳ προσέπεσε, λέγων· Εὐχαριστῶ σοὶ, ἅγιε τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐκ πολλῶν κακῶν ἐρρύσω με τῇ ὥρῃ ταύτῃ. Ὑπὸ δύο γὰρ ἰσζοφωμένων καὶ δυσειδῶν καὶ ἀσπλάγγων ἐξελευόμενοσ βιαίωσ, ἐτι μικρόν, εἰ οὐκ ἐφθασασ, ἀπερρίφην ἂν εἰς τάρταρον δυσειδῆ καὶ ὀλέθριον. Τότε τὸ παράδοξον τοῦτο ἐξέστησε πάντασ λέγοντασ· Πῶσ δὲ οὐδέποτε εἶδεν, ἐξ ὀνόματοσ φωνήσασ ἀνέστησεν; Ἐπ' ἀληθείασ δὲ ἰσχυρόν καὶ λέγει καὶ κηρύττει καὶ Θεὸν καταγγέλλει, δυνατόσ καὶ ἀληθῆσ ἐστί, καὶ ἡμεῖσ ἀδιστάκτωσ προστρέχωμεν καὶ πιστεύομεν. Καὶ τῇ χειρὶ ὁ ἀπόστολοσ κατασιγήσασ τὸν θόρυβον, διακελεύεται τῷ Ἡρωὶ· Ἐπὶ Ἀριστάρχῳ τῇ χειρὶ σου σταυροῦ τύπον ἐπιχαράξασ, τῷ τῆσ ἁγίασ Τριάδοσ ὀνόματι, τῶν μελῶν τὰ βλαθέντα ἐκ τῆσ αὐτοῦ ἀφειλείασ ἀνόρθωσον· καὶ τοῦτο ποιήσασ ὁ Ἡρωσ, τὸν Ἀριστάρχον ἀπετέλεσεν ἄρτιον. Ἐπὶ τούτῳ πάντεσ τῷ ἀποστόλῳ προσπίπτουσιν, ἐν οἷσ καὶ πρέφεκτοσ, ὁ τοῦ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντοσ γενέτησ, τὰ πρῶτα ἐπὶ πᾶσι φέρων τοῖσ συνειλεγμένοισ, σὺν τῇ γαμετῇ προσῆλθε τῷ ἀποστόλῳ, καὶ τῆσ κατηχήσεωσ εὐμαρῶσ τὸν λόγον δεξάμενοσ, εἰσ βεβαλασ τῆσ ἑαυτοῦ πίστεωσ ἐνδειξίην, τοῦσ ὑπ' αὐτοῦ

B δοξον τοῦτο ἐξέστησε πάντασ λέγοντασ· Πῶσ δὲ οὐδέποτε εἶδεν, ἐξ ὀνόματοσ φωνήσασ ἀνέστησεν; Ἐπ' ἀληθείασ δὲ ἰσχυρόν καὶ λέγει καὶ κηρύττει καὶ Θεὸν καταγγέλλει, δυνατόσ καὶ ἀληθῆσ ἐστί, καὶ ἡμεῖσ ἀδιστάκτωσ προστρέχωμεν καὶ πιστεύομεν. Καὶ τῇ χειρὶ ὁ ἀπόστολοσ κατασιγήσασ τὸν θόρυβον, διακελεύεται τῷ Ἡρωὶ· Ἐπὶ Ἀριστάρχῳ τῇ χειρὶ σου σταυροῦ τύπον ἐπιχαράξασ, τῷ τῆσ ἁγίασ Τριάδοσ ὀνόματι, τῶν μελῶν τὰ βλαθέντα ἐκ τῆσ αὐτοῦ ἀφειλείασ ἀνόρθωσον· καὶ τοῦτο ποιήσασ ὁ Ἡρωσ, τὸν Ἀριστάρχον ἀπετέλεσεν ἄρτιον. Ἐπὶ τούτῳ πάντεσ τῷ ἀποστόλῳ προσπίπτουσιν, ἐν οἷσ καὶ πρέφεκτοσ, ὁ τοῦ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντοσ γενέτησ, τὰ πρῶτα ἐπὶ πᾶσι φέρων τοῖσ συνειλεγμένοισ, σὺν τῇ γαμετῇ προσῆλθε τῷ ἀποστόλῳ, καὶ τῆσ κατηχήσεωσ εὐμαρῶσ τὸν λόγον δεξάμενοσ, εἰσ βεβαλασ τῆσ ἑαυτοῦ πίστεωσ ἐνδειξίην, τοῦσ ὑπ' αὐτοῦ

C Καταρτίσασ δὲ ὁ ἀπόστολοσ τοῦσ ἐκεῖσε πάντασ, πρὸσ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, τὸν Ἡρωα τούτοισ χειροτονήσασ ἐπίσκοπον, καὶ πρεσβυτέρουσ καὶ διακόνουσ ἐξ αὐτῶν· ἐτι δὲ καὶ ναοῦσ προστάξασ γενέσθαι, καὶ τούτουσ καθιδρύσασ, καὶ πάντασ κατηχήσασ καὶ ἐπευξάμενοσ, αὐτόσ ἐν Φρυγίῃ προσέθαλε ἅμα τῇ Λυκαονίῃ καὶ τῇ Ἀσίῃ, κηρύττων καὶ εὐαγγελιζόμενοσ τὸν Χριστόν· ᾧ ἡ δόξα εἰσ τοῦσ αἰῶνασ. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ Γ'.

D Εἰσ τὸν ἅγιον καὶ πανεύφημον ἀπόστολον Βαρθολομαῖον (43).

Θερμόσ ὁ κόθοσ, ἀλλ' ἀδρανῆσ ὁ νοῦσ· ζέον ὁ ἔρωσ, ἀλλ' εὐτελήσ ὁ λόγοσ· καὶ γὰρ προθυμεῖται

quæ spectant ad alteram inde translationem Beneventum, desolata per Saracenos Lipari insula. Atque utinam in manibus esset Græcum exemplar hujus sermonis Theodori Studitæ, vel Sirmundo licuisset eum ipsum ejusque omnia (etiam majores Catecheses) juris publici facere, quibus plurimum Christiana pietas profecisset, novoque clypeo et armatura, Ecclesia catholica adversus hostes suos tuta fuisset, dum cum blattis et tineis pugnant manu exarati codices, futuri et ipsi injuria temporis excedentis omnia, non ita post prorsus inutiles. Bene tamen est, quod antiquiora illa

μὲν τὸ πνεῦμα καὶ ἵεται, καὶ σφύζει τῶν ἀποστόλων ἅκαστον τὴν ὀφειλὴν ἀποδοῦναι τῆς ὑμνήσεως ἀνεί-

A promptus est ac gliscit, salitque ac micat, ut cuique apostolorum debitum laudationis reddat: verum

Acta ac emendatoria, quæ refert Theodorus, nobis servarunt Menæa, ex quibus, sequentibus repræsentabo. Quod ait Nicetas, vocasse Dominum, τὸν ἀληθινὸν τοῦτον Ἰσραηλίτην Βαρθολομαῖον, videri forte possit existimare esse ipsum Nathanaelem, quod quidam Latinorum, etsi non adeo antiqui, senserunt. Græci tamen, et ipse Nicetas, existimant Nathanaelem esse Simonem Cananitem, ipsumque nuptiarum sponsum; nec abnuat Baron. Sed conjectura potius hæc dicuntur, quam ut ex certis ullis monumentis sint explorata: nec quod Nathanael ipse ex Cana Galilææ erat, teste Joan. xi, firmum argumentum est, ut Simon Cananites existimetur, quem nec liquet Cana oppido esse oriundum, vel inde cognomen illud traxisse. Potuit etiam S. Maria alios ibi necessarios aut cognatos habere; nec ulla ratio probat, sponsum illum ab uxoris complexu a Christo avocatum esse, et invitatum ad discipulorum album, qui illi assidui essent, ac reliquissent omnia, implendum. [Fuit certe magnus Joanni Nathanael, quod sic a Christo vocatus, tantumque ab ipso testimonium innocentiae retulerit; quod item cum præcipuis discipulis, Simone, Petro, Thoma, filiis Zebedæi, electus sit testis Dominicæ magnæ apparitionis, et miraculi piscium, et promotionis Petri in Christi vicarium summumque sub illo Ecclesiæ pastorem, ipsisque prior filiis Zebedæi et post magnum Thomam nominatus sit: nec sicut aliorum discipulorum, tanquam minorum, illius nomen suppressum sit, facta hinc conjectura, esse primi ordinis apostolum, quem alii alio nomine vocaverint, sive Simonem Cananitem sive Bartholomæum, quæ nomina Joannes non habet; quanquam Augustinus existimat, quod erat legisperitus, non fuisse a Christo in apostolum electum, qui tantum simplices et rudes ad illud munus delegerit. Atqui Hieronymus in ii Matth. prophetas, sapientes, scribas in lege doctissimos agnoscit Christi discipulos, Petrum crucifixum, aliosque in Actibus flagellatos: nec Andreas Joannis discipulus non studebat divinæ legi, aut non erat legisperitus, ut quidam etiam indignant. Aut unde tanta Nathanaeli legis peritia supra reliquos apostolos, quod dubitavit Messiam esse a Nazareth, quem vulgatissimus rumor apud Judæos, vel a facto Herodis et seiscitatione ejus ex Scribis et Phariseis, a Bethleem Juda venturum perhibebat? Fuisse et ipsum piscatorem insinuare videtur Joannes, cum Petro eunti ad piscationem eum adjungit, et quidem inter primos, ante ipsos filios Zebedæi, quos liquet piscatores a Christo vocatos, haud secus ac Petrum. Sequebantur autem, inquit Chrysostomus hom. 86, διὰ τὸ συνδεῖσθαι λοιπὸν ἀλλήλοις, καὶ ἅμα βουλόμενοι θεάσασθαι τὴν ἀλεῖαν, καὶ τὴν σχολὴν εὖ θεῖσθαι, quod deinceps alii aliis devincti erant, simulque piscationem videre, et otium suum bene ponere volebant. Nempe bene illas horas collocare, et operis aliquid facere: pristinum denique laborem innocuum, quo vitam ante honeste toleraverant, per ejus temporis inducias, et cum nondum prædicationis onus incumberet, repetere, quemadmodum insinuavit Greg. in hom. Certe non videtur iturus Nathanael, si paulo liberalioris instituti fuisset, et ut quasi sola ductus curiositate Petro comes esset, non ut etiam cum eo operam præstaret. Quod etiam ita Petro cum primis illis præsto fuit, indicio est, perinde assiduum Christo hæsisse, ac scholæ illius domesticum: sive alias implebat primum ordinem τῶν β', sive secundum τῶν οβ'.

Quod etiam Nicetas narranda Bartholomæi passione ac cruce, sic urget quæ Joan. i, 51, habentur Domini de seipso ad Nathanaelem verba, de ange-

lis descendentibus et ascendentibus, animi sui sensum de Bartholomæo subindicat, qui ipse Nathanael ac Jesus alter, ut ante dixerat, summa cum Jesu similitudine et διὰ τὸ Χριστοειδές, existat. Quæ omnia conjecturam faciunt, non certo remevident, ac nec ipsam clare Nicetæ mentem ostendunt.

Quod Nicetas sic Οὐρβανούπολιν dicit Majoris Armeniæ, Menæa nostra Tiliana ἐν Ἀρβανουπόλει habent; edita paulo remotius ἐν Ἀθαρνουπόλει, ut facilis est Græcis in nominibus propriis mutatio, prout varie pronuntiant, illaque aures feriunt: ipsa tamen 25 Aug. etiam Οὐρβανούπολιν habent; ubi Theodorus Studita *Albani*: ex quo videntur facta elementorum mutatio, sive illorum confusio, ex soni potius vicinitate quam ex litterarum aliqua affinitate. Hippol. quoque ἐν Ἀλβανῶ τῆς μεγάλης Ἀρμενίας. Atque hi omnes, ex certioribus monumentis, ut videtur, habent crucis martyrio sublatum, et quidem capite in terram verso, ut habet Hippolyt., κατακεφαλῆς. Quod capite cæsus dicitur, postquam fuerat fustibus contusus, Abdiam auctorem habet. Secuti Romanum paulo antiquius Martyrol. et Ado. *Natalis beati Bartholomæi apostoli: qui apud Indiam Christi Evangelium prædicans, decollatione martyrium complevit.* Ubi quod India, pro Armenia, Abdianum; etsi Œcumenia Synopsis Ἰνδιχῆς Ἀρμενίας dicit: quasi dicat, *Armeniæ quæ spectat aut vergit ad Indiam.* Auxerunt Romanas tabulas alia traditione novi earum compositores, excoriati Bartholomæi, quam perinde Beda habet. *Sancti Bartholomæi apostoli, qui apud Indiam Christi Evangelium prædicans, vivens a Barbaris decoratus est: atque jussu regis Astyagis decollatus, martyrium complevit.* Hæc totidem verbis Rom. tabulæ, nisi quod ex India in Majorem Armeniam profectum, sic dicunt martyrium fecisse. Quanti hæc traditio, aliorum esto judicium. Isidorus majori consequentia, vivum excoriatum dicit, et sic sepultum. Erat hoc vulgare apud Persas Armenis finitimos supplicium, et quo rei passim plectebantur: sic tamen a Barbaris, et quasi tumultuaria coitione excoriatum, principis deinceps jussu capite plexum esse, ut hæc insinuant, hæc difficile: nec tam absurda ipse Abdias decoxit, vel credibile putavit, ut homo sic excoriatum ab Astyage capitis damnaretur, eoque plecteretur. Quod is utrumque jusserit, et per suos carnifices fecerit, sicque excoriatum decollaverit, nihil absurdi habeat, sed hoc veterum auctoritate probandum, quæ præscribat illis, qui tanto consensu, ac quasi re explorata, crucis supplicio eum sublatum dicunt; cum et antea cruci affixus fuisset cum Philippo apostolo: sed ea liberatus divino miraculo, longæva deinceps vivens ætate, plus fere omnibus apostolis laborasset: adeo ut non immerito Nicetas dicat, parem summis apostolis Petro et Paulo honorem consecutum, apud summum omnium Regem: a quo nec Joseph illius laudator apud Métaphrastem abluat, parem Romæ Liparim ex illius corpusculi hospitio perhibens, et quod illa vicissim apostolorum Petri et Pauli sacra pignora contineret: quam ipsam felicitatem nec Dominus Romæ invidit, eam forte ob rem devecto Romam, Othone imperatore, Bartholomæi sacro sarcophago, et ipsa quandoque Roma, magni ipsius Bartholomæi exuviis ditata, novo pietatis sensu convivisceret, ejusque cultu ferventior fieret; omnisque, qua late patet, velut ex arce Roma, novis fidei igniculos, Romana diocesis atque Occidens, in tantum apostolum hauriret; verebarque ne extincta nuper in populis natalis illius πανηγυρίς, sive etiam translationis, quovis tandem magni præsulis destinata animo, huic plusculum majorum pietati, ac apostoli in nos jubari, officeret.

mens fatiscit, impar scilicet, quam ut dignam argumento intelligentiam sufficere valeat: sed et oratio debilis fractaque languet, quod rerum laudis argumento propositarum præstantiam assequi nequeat. Ac quidem dum dicendorum magnitudini intendit, manum ori imponit, ac velut quid aliud eorum quæ convenientissima sunt, surdi sibi ac muti silentium indicit. Cum vero spiritus fervore velut igni intus depascente succenditur, suæ velut imbecillitatis oblita, non excitari pro facultate ad laudationem defungendam non patitur. Undenam igitur hæc solvenda perplexitas, nisi hoc uno, si ab his ipsis qui laudandi sunt, orationi opem imploraverimus? Nam in reliquis quidem argumentis, nihil inde opis accedit ac nisi orator a se ipse instructus accesserit; in sacris vero sanctisque Dei filiis, secus apparet. Quippe ipsa mens sapientissima inops consilii fit, disertissimaque perplexa cedit oratio, nisi ab ipso cui laudandus est, gratia large provenierit.

Quandoquidem igitur nos magnus hodie Bartholomæus, ad ipsius gratiæ claritatem laudibus celebrandam, annua recurrente memoria convocavit, suæque is sanctitatis magnificentia, variisque miraculis et perpersionibus, cruceque crucifixi causa tolerata, prolatis, nostri in ipsum vim amoris accendit, inflammataque etiam ad illius exornanda miracula, gratiæ ab ipso illustrationem invocemus, veraque fide ac intentis precibus ab illius spiritu virtutem attrahamus, atque ita sanctissime ac Christiana vere pietate sacrum caput ac Christi gratias reverendum, tanquam floribus, laudibus coronantes, in eum puto modum tantisper desiderium so-

sed timorem abstulit, quod idem magnus antistes, Romani summi antistitis nutu, pristinam Bartholomæo, ac reliquo choro duodenario, celebritatem auxit, majoribusque animis plebs omnis devota colit.

Bartholomæi sententia, quam citat, ex Dionysio petita, 1 De Myst. Theol., ubi sunt paulo alia verba, nempe Θεολογίαν πολλὴν εἶναι καὶ ἐλαχίστην· καὶ τὸ Εὐαγγέλιον πλατὺ καὶ μέγα, καὶ αὐτὸς συντεταγμένον· *Theologiam et copiosam esse, et summe exiguam; Evangeliumque et amplum et magnum, ac rursus concisum.* Ubi in Maximi scholio error irrepsit, emendandus ex ipsa serie et ex Pachimere. Probat Maximus esse genuinum opus Areopagitæ, ex simplicitate, qua in superioribus citavit auctoritates, χρήσις, quorumdam qui cum apostolis vixerunt; et νῦν παραπλησίως τοῦ θεοῦ Βαρθολομαίου χρήσιν ἀγεί, ὡς δηλοῖ τὸ, φησὶν. Et ἀγράφως ἦν διδάξας, εἰρήκει ἄν, Ἔφη. Ubi Cord.: *Modo similiter D. Bartholomæi sententiam adducit, uti verbum Ait declarat. Nam si absque scripto id tradidisset, utique dixisset, Dixit.* Quasi nimirum velit Maximus, Bartholomæum aliquid scripsisse, atque id sibi videatur ex Dionysio ipso colligere. Nec aliter Lancel.: quod ita sensisse, vel inde voluisse colligere Maximum virum sapientissimum, perridiculum est; unde Pachim. non magis Dionysii, quam ipsius Maximi fidissimus paraphrastes: Μετὰ ταῦτα, καὶ ἀγράφως παραδοθεῖσαν χρήσιν τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Βαρθολομαίου τίθησι, πολλὴν καὶ ἐλαχίστην τὴν θεολογίαν λέγοντος. Deinde traditionem quamdam non scriptam sancti Bartholomæi apostoli ponit, nullam esse theologiam; etc. Sic ergo et Max.: Χρήσιν ἀγράφως ἀγεί, ὡς δηλοῖ τὸ, φησὶν. Et γὰρ ἐγ-

ται δὲ ὁ νοῦς, οὐκ ἔχων ὄθεν ἀξίαν ἔννοιαν τῆς ὑποθέσεως πορίσαστο· κάρσεται δὲ καὶ ὁ λόγος, ἐφικέσθαι τῶν ὑμνουμένων ἀπορούμενος. Καὶ ὅταν μὲν ἀτενίζει πρὸς τὸ μέγεθος τῆς ὑποθέσεως, χεῖρα τίθησι τῷ στόματι, καὶ ὡσπερ τι ἄλλο τῶν εὐλογωτάτων, τὴν κόφουσιν ἑαυτῷ παρεγγυᾷ. Ὅταν δὲ τῆ ζέσει τοῦ πνεύματος, ὡς ἀπὸ πυρὸς ἔνδον καταφλέγεται, τῆς οἰκείας ὡσπερ ἀδρανείας ἐπιλελησμένος, οὐκ ἀνέχεται μὴ οὐχὶ πρὸς τὸν ἐνδιδόμενον αἶνον διαγείρεσθαι. Τίς οὖν ταύτης ἡ λύσις τῆς ἀμηχανίας, εἰ μὴ τὴν ἀπὸ τῶν ἐπαινουμένων αὐτῶν συνεργίαν ἐξαιτησαίμεθα τῷ λόγῳ; Ἐπὶ τῶν ἄλλων μὲν γὰρ ὑποθέσεων, οὐδεμία παρ' αὐτῶν ἐφήκει βοήθεια, εἰ μὴ οἴκοθεν ὁ λέγων ἀποχρώντως ἦκοι παρεσκευασμένος· ἐπὶ τῶν ἱερῶν δὲ καὶ ἁγίων τοῦ Θεοῦ τέκνων, ἔμπαλιν ὁράται. Ἐξηπορησθαι γὰρ καὶ τὸν φιλοσοφώτατον νοῦν, καὶ τὸν ῥητορικώτατον ἀμηχανεῖν λόγον, εἰ μὴ παρ' αὐτοῦ θαυσιλῶς ἡ χάρις ἐπιθραβεύοιτο ἐπαινουμένου.

Οὐκοῦν ἐπειδὴ Βαρθολομαῖος ἡμᾶς σήμερον ὁ μέγας, πρὸς ἐπαινον δόξης τῆς αὐτοῦ χάριτος, κατὰ τὴν ἐτήσιον μνήμην συνεκάλεσεν, καὶ τῆς ἀγιωσύνης αὐτοῦ τὴν θεοπρέπειαν, καὶ τὰ ποικίλα θαύματα καὶ παθήματα, καὶ τὸν ὑπὲρ τοῦ ἐσταυρωμένου προβαλλόμενος σταυρὸν, ἀνέκαυσε μὲν ἡμῶν τὸ φίλτρον τὸ πρὸς αὐτόν· ἀνάπτει δὲ καὶ πρὸς τὴν τῶν αὐτοῦ θαυμασίων ἀνακλήρῳξιν, ἐπικαλεσώμεθα τὴν ἀπ' αὐτοῦ τῆς χάριτος ἑλλαμψίν, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ δύναμιν δι' εἰλικρινοῦς πίστεως καὶ συντεταμένης ἐπισπασώμεθα προσευχῆς· καὶ οὕτω πανευαγῶς τὴν ἱεράν ἐκείνην καὶ Χριστοπρεπῆ τοῖς ἐπαίνοις ὡς ἄνθεσιν ἀναδησά-

γράφως ἦν διδάξας, εἰρήκει ἄν, Ἔφη. *Sententiam non scriptam adducit, uti verbum, Ait, declarat: Nam si scripto id tradidisset, utique dixisset, Dixit.* Est id quidem subtilius quam verius, aliquid tamen momenti-habens ad conjecturam; ut quod viva voce, quasi de præsentī, et rumor volans significetur; quod vero scriptum est, de præterito, quasi ratum, eo quod libris et chartæ seu tabulis insertum est. Promiscue tamen τὸ, φησὶ, et ἔφη usurpantur, citandis vel Scripturis, vel aliorum etiam non scriptis sententiis. Vel certe quod magis putem, et ne sic leviter existimemus Iussisse Maximum, pro ἔφη (in quo vix aliquid discriminis est a voce φησὶ) scripserit γράφει, in quo subtiliter venatur mentem Dionysii. Nempe si sententiam scriptam Bartholomæi citasset, dicturus erat γράφει, scribit, ut in ejusmodi solet, non φησὶν, ait. Argumento est *De divin. nom. c. 4, § 12*, ubi Γράφει δὲ καὶ ὁ θεῖος Ἰγνάτιος, « Ὁ ἐμὸς ἔρωσ ἐσταύρωται. » Scribit divinus Ignatius: « Amor meus crucifixus est; » quod agnoscit Maximus non posse intelligi, ni i de scripta sententia; sed vel subditivum putat, et ex margine in textu illatum, a quo nullo hiatu abesse posset: vel aliis scripsisse Ignatium quam Romanis, allisque epistolis ab iis quas proxime martyrium facturum pluribus scripsit. Ut quasi solemne hoc effatum habuerit, ac pro re nata, verus Joannis amorisque discipulus, et ore et scripto usurpaverit. Hæc pro mea in Maximum observantia, quandiu levissimi æris penuria non satis mihi licet votis illi defungi, ac quod cœpta adultaque editio, ad umbilicum mature satis perducere: tanta nostratium in rem litterariam sacramque munera!

μενοι κεφαλὴν, μετρίως ἂν οὕτως, οἶμαι, παραμυθησάμεθα τὸν πόθον. Οὐδένι γὰρ οὕτω ὁ θεὸς τῶν θείων ἔρωσ, ὡς ἐπαίνῳ τῶν ἐπιθυμημένων καὶ παρακαλεῖται καὶ παραμυθεῖται.

Δεῦρο δὴ οὖν, ὦ σεβασμιώτατε καὶ λαμπρότατε· δεῦρό μοι, πάρεσθ πνεύματι, ὡς πνεῦμα καθαρώτατον καὶ παναγέστατον ὢν, καὶ τοῦ ἁγίου καὶ θεαρχικοῦ Πνεύματος γέννημα καὶ ὁμοίωμα. Ἐμπνευσον νοῦν, ἔμπνευσον λόγον· νοῦν, θεωρητικὸν τῆς σῆς ἁγιοπρεπείας καὶ θεότητος· λόγον, τῆς ὑμετέρας ἐκφαντορικῆς θαυμασιότητος, ἐν ἁμφοτέροις καὶ νοῦς καὶ λόγος ἡμῖν ἁγιάζεται καὶ λαμπρύνεται, τὰ σὰ θαυμάσια καὶ διανοουμένοις καὶ διηγουμένοις· ἐπεὶ καὶ τὸ ἐπὶ μνήμης μόνον λαβεῖν, ἁγιασμός τε καὶ φοιτισμός, οὐχ ἦττον ἡμῖν τοῖς μόνῳ κατοπτριζομένοις τῷ πνεύματι, ἢ τοῖς πρὶν μετὰ τοῦ ἱεροῦ σκήνου ὁρῶσιν ἀναστρεφόμενον ἐπὶ γῆς.

Καὶ γὰρ νηπιόθεν ὅλος ἀφιερῶμένος τῷ Θεῷ, καὶ σχήματι εὐλαβείας καὶ πράγματι θεοσεβείας καὶ τοῦ νόμου μελέτη καὶ τῶν ἐντολῶν φυλακῆ, πρὸς τὴν τελειοτέραν προπαρασκευαζόμενος θεογνωσίαν· οἶδεν γὰρ Κύριος ἀπὸ γαστρὸς ἁγιάζειν τοὺς οἰκείου, καὶ ἅμα τῇ πρώτῃ συνεισέναι πλάσει καὶ ἀοράτως ἐφέπεσθαι, καὶ πρὸς ἑαυτὸν κατευθύνειν καὶ ποδηγεῖν, ἐπειδὴ ὁ τῆς πίστεως ἀρχηγὸς καὶ τελειωτὴς ἐπεφάνη Χριστὸς, καὶ πᾶσαν μὲν τὴν Ἰουδαίαν καὶ Γαλιλαίαν ἐπεφόιτα, τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν εὐαγγελιζόμενος· καὶ θαυμασιότις μὲν λόγοις, θαυμασιωτέροις δὲ ἔργοις, τὴν τῶν Εὐαγγελίων ἀλήθειαν πιστούμενος, τὰ ἀπολωλότα πρόβατα πρὸς ἑαυτὸν ἐπισυνῆγε τοῦ Ἰσραὴλ· τότε δὴ, τότε καὶ τὸν ἀληθινὸν τοῦτον Ἰσραηλίτην ἐκάλεσεν Βαρθολομαῖον.

Τί οὖν οὗτος; Ἄρ' ἀπηνήγατο τὸν κεκληκότα; ἢ πιστεύει μὲν, οὐχ ἔπεται δέ; ἢ ἔπεται μὲν, ἄχρι καιροῦ δέ; ἢ μέχρι μὲν τέλους, ὡς εἰς δὲ τοῦ πλήθους καὶ τῶν πιστῶν; ἢ τοῖς μαθηταῖς μὲν συνηριθμεῖτο, τῆς δευτέρας δὲ τάξεως παρὰ τῷ διδασκάλῳ καθεστῶσιν; Οὐδαμῶς. Ὁμοῦ δὲ τὸν ποιμένα τὸν καλὸν εἶδεν, καὶ οὗτος αὐτὸν κατὰ τὸ βῆθος ἐπέγνω διανοίας, ἐπεγνώσθη τε παρ' αὐτοῦ, ὡς τῆς ἀνωτάτω καὶ πρώτης ἐκλογῆς κατηξιῶσθαι, καὶ τοῖς κορυφαίοις τῶν ἀποστόλων συντετάχθαι, καὶ τὴν ἱεράν καὶ τιμίαν δωδεκάδα συμπληροῦν· ἐντεῦθεν ὅλην ἀπανηνάμενος τὴν κτῆσιν τῶν ἐπὶ γῆς, πατρίδι, γονεῖς, συγγενεῖς, φίλους, πᾶν ὅ τι καλὸν ἀνθρώποις καὶ περισπούδαστον· ἔτι δὲ καὶ τὴν αὐτοῦ ψυχὴν ὁ θαυμάσιος ἀπηνήγατος· πᾶσαν τοῦ σώματος ἐπιθυμίαν, καὶ πᾶσαν θέλησιν τῆς ἰδίας καρδίας ἀπερρίψατο, ἵνα τῆς Ἰησοῦ φιλίας, καὶ τελειότερας γνώσεως ἐν μετουσίᾳ καταστή.

Ἐντεῦθεν κατὰ σκοπὸν διώκων καὶ καταλαμβάνων, ἅτε πνεύματι ζῶν ἀκραιφνῶς, καὶ πνεύματι

labimur. Nulla enim adeo re divinus divinorum amor, ac eorum laude qui amori habentur, lenimen atque solamen nanciscitur.

Adesto igitur, o venerabilissime ac clarissime; adesto, præsto sis spiritu, ut qui purissimus ac sanctissimus spiritus sis, sanctique ac divini Spiritus soboles ac simulacrum. Aspira sensum, aspira orationem: sensum mentisque intelligentiam, ad sanctitatis ac deitatis tuæ contemplandam magnificentiam; orationem, ad mirabilem oris sermone explanandam vestram præstantiam; quo scilicet utrumque (sensus pariter atque mens, et oratio) cogitantibus nobis ac loquentibus tua mirabilia, sanctificetur ac splendet: quippe cum vel ipsa duntaxat animo assumpta tui memoria, sanctificationem præstet ac illuminationem, tum nobis qui solo spiritu velut in speculo relucens formam contuemur, tum iis qui olim cum sancto corpusculo versantem in terra viderunt.

A puero namque totus Deo consecratus, pietatisque forma ac indole; et vera religione et legis meditatione et mandatorum observantia, ad perfectiorem Dei scientiam fidemque institutus cum esset (novit enim Dominus ex utero qui sui sint ac necessarii, ex utero sanctificare, atque a prima statim formatione illis illabi, seque eis inaspecta ratione comitem præstare, atque ad seipsum dirigere et ducere), quod fidei auctor et consummator Christus apparuerat⁹⁰, omnemque Judæam et Galilæam, evangelizando regnum cælorum peragrabat, admirandisque sermonibus majoremque admirationem facientibus operibus Evangelio fidem astruens, ovesquæ perierant Israelis ad se congregabat⁹¹; tunc plane, tunc quoque verum hunc Israelitam Bartholomæum vocavit⁹².

Quid igitur ille? Num vocantem respuit? aut credit quidem, non tamen sequitur? aut sequitur quidem, verum ad tempus; aut in finem usque, velut tamen unus e vulgo ac turba fidelium? aut relatus quidem est in discipulorum album, verum illorum qui secundi ordinis erant apud magistrum⁹³? Nequaquam; quin simul atque bonum pastorem vidit, sicque eum alta mente cognovit et ab eo agnitus est, ut supremæ primæque electionis dignus haberetur, ac inter apostolorum principes accenseretur, sacrumque ac venerabilem duodecim chorum compleret; exinde omni terrena spreta substantia, patria, parentibus, cognatis, amicis; quidquid hominibus pulchrum videtur ac studiis prosequendum; ad hæc vero etiam abnegata vir admirandus anima sua, omnem corporis libidinem, omnemque cordis proprii voluntatem projecit, ut Jesu amicitia, ac scientiæ perfectioris participus fieret⁹⁴.

Inde juxta destinatum persequens ac comprehensens, velut qui sincere spiritu viveret, spiritu in-

⁹⁰ Hebr. xii, 2. ⁹¹ Matth. xv, 24. ⁹² Joan. i, 47.

⁹³ Joan. x, 11. ⁹⁴ Philipp. iii, 14.

cederet et ambularet, Dei quidem amicus ac filius adoptione, gratiæ vero dono Unigeniti frater constituitur. Qui autem Christo non domesticus foret et contubernalis ac commensalis, viæque ac institutionis socius? fandorum omnium ac nefandorum mysteriorum, omniumque Dei operum ac sermonum, quæ Patri luminum placuit ut mortalibus aperiret, conscius.

Beatos igitur prædico tuos oculos, o Verbi ipse lis spectator et mysta divineque discipule, quod inaccessi decoris supercælestis pulchritudinis speciosi forma præ filiis hominum⁹², aspectu potitus es. Beatas prædico aures, quod Dei oris vocibus ac Christi mystico auditu alloquioque impletus es. Circumfundor spiritu beatissimis tuis labiis orique; osculor et genas et linguam, velut divinissimum illum haud raro osculata, ac quæ illius impleri dulcedine imbuique sanctitate meruerunt. Beatum prædico tuum gustum olfactumque et tactum; priorem quidem, quod ejusdem ac Verbum mensæ particeps fueris eosdemque sales perceperis; nec dici potest quoties eodem cum Servatore sensibili pariter ac spiritali saturatus epulo sis. Alterum, quod intemeratis unguentis; ac spiritali summi omnium Regis scientiæ fragrantia impletus sis. Tactum denique, quod sæpius intemeratissimum corpus intemerate contrectaveris, tremendumque Cherubim ac Seraphim etiam atque etiam venerandum, tuis ipse manibus ministrans, ut par est, propior factus apprehenderis, cunctisque penitus sensibus, accessu ad eum qui omnem excedit sensum, eoque familiaris utens, sanctificatus sis.

Adhuc autem magis æmulor ac beatum prædico, quod mente non concideris, nec in tentationibus animo dissisus sis aut cogitatione vacillaveris; sed immotus cum magistro manes, parique opprobrio subjiceris, atque condemnato socius condemnationis existis: patienti compateris, eique condoles qui in dolore agit. Etenim cum crucifixo pene cruci mente crucifixus es, et cum moriente mortuus, et cum sepulto animi voluntate sepultus: quo et factum est, ut et cum resurgente resurgeres et convivificareris. Atque ejus tecum testamentum, contubernalem cum principibus in regno cælorum; sed et plane pari eis solii dignitate sublimem in regenerationem fore assumendum.

Quemadmodum igitur Jesu tum passionis, tum resurrectionis, tum ejus in cælum recepti, una cuiu primis ipse oculis spectator sociusque fuisti, sic quoque cum eis pari munere vitali Spiritus dono adimpletus es. Etenim cum prius Verbo Domini velut spiritale cælum ac mundo superius firmatus esses⁹³; eaque victus ratione quæ sanctos deceat purgatus, atque claris animo representationibus eximie illustratus, diviniioribusque mente illustrationibus supersubstantialiter deificatus, velutque sublimis quidam thronus gloriæ ac sanctitatis

λοισῶν καὶ περιπατῶν, φίλος μὲν Θεοῦ καὶ Θέσει υἱός, ἀδελφός δὲ τῇ χάριτι καθιστῆται τοῦ Μονογενοῦς· καὶ πῶς οὐκ ἂν ὁμοδαίτος ὑπῆρχε Χριστῷ καὶ ὁμόροφος, σύσσιτος, συνόμιλος, τῆς αὐτῆς ὁδοῦ καὶ ἀγωγῆς τῆς αὐτῆς· κοινωνὸς πάντων ῥητέων καὶ ἀπορρήτων μυστηρίων· κοινωνὸς ἔργων Θεοῦ καὶ λόγων, ὧν εὐδόκησεν ἐκφᾶναι τοῖς βροτοῖς ὁ τῶν φῶτων Πατήρ;

Τοίνυν μακαρίζω σου τὴν ὄρασιν, ὧ αὐτόπτα τοῦ Λόγου καὶ μύστα, καὶ θεηγόρε μαθητά, ὅτι τοῦ ἀπροσίτου κάλλους τῆς ὑπερουρανίας ἀγλαίας, τοῦ ὠραίου κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, τῆς θείας κατετρύφης, Μακαρίζω σου τὴν ἀκοήν, ὅτι φωνῶν στόματος Θεοῦ, καὶ μυστικῆς ἀκροάσεως καὶ ὁμιλίας ἀμέσως ἐνεπλήσθης Χριστοῦ. Περιπτύσσομαι σου τῷ πνεύματι τὰ μακαριώτατα χεῖλη καὶ στόμα· ἀσπάζομαι καὶ τὰς σιαγόνας καὶ τὴν γλῶσσαν, ὡς τὸν θεαρχικώτατον πλεονάκις ἀσπασάμενα, καὶ τῆς ἐκείνου τερπνότητος ἐμπεπλησμένα, καὶ τῆς ἀγιότητος ἤξιωμένα. Μακαρίζω σου τὴν γεῦσιν καὶ τὴν ὄσφρησιν καὶ τὴν ἀφήν· τὸν μὲν, ὅτι τραπέζης τῷ Λόγῳ κεκοινωνήσας τῆς αὐτῆς, καὶ ἄλλων τῶν αὐτῶν· αἰσθητῆς τε καὶ νοητῆς ἐστιατορίας, οὐκ ἔστιν ὀσάκις εἰπεῖν, τῆς αὐτῆς ἐνεφορέθης τῷ Σωτῆρι· τὴν δὲ, ὅτι τῶν ἀχράντων μύρων καὶ τῆς νοητῆς εὐωδίας τῆς γνώσεως τοῦ Παμβασιλέως ὑπερενεπλήσθης· τὴν ἀφήν δὲ, ὅτι πλεονάκις τοῦ παναχράντου σώματος ἀχράντως ἤψω· καὶ τὸ φρικτὸν μὲν τοῖς Χερουβείμ, αἰδέσιμον δὲ σφόδρα τοῖς Σεραφίμ, ταῖς ἰδίαις χερσὶν ὑπηρετούμενος, κατὰ τὸ μέτρον, ἐγγίζων ἐπέλαβου· καὶ ὅλας δι' ὅλου τὰς αἰσθήσεις, τῷ ὑπὲρ πᾶσαν αἰσθησὶν πελάζων, καὶ σώματι συναναστρεφόμενος, καθηγιασθης.

Ἔτι δὲ μᾶλλον ζηλῶ καὶ μακαρίζω σε, ὅτι οὐκ ὠκλασας τὸν νοῦν, οὐ τὴν ψυχὴν διεκρίθης ἐν τοῖς πειρασμοῖς, οὐδὲ τὴν διάνοιαν ἐδίστασας· ἀλλ' ἀπερίτρεπτος μετὰ τοῦ διδασκάλου μένεις, καὶ τὸν ἴσον ὀνειδισμόν ὑφέξεις· καὶ κατακρινομένῳ τῆς κατακρίσεως κοινωνεῖς· καὶ πάσχοντι συμπαθεῖς· καὶ ἀλγυνομένῳ συναλγείς. Καὶ γὰρ σταυρουμένῳ τρόπον τινὰ τῇ διανοίᾳ συνεσταύρωσαι· καὶ θανόντι συναπέθανες· καὶ γε προθέσει ψυχῆς συνετάφης θάπτομένῳ· ὄθεν καὶ ἀνισταμένῳ συνανέστης καὶ συνέζησας. Καὶ ἡ διαθήκη τούτου μετὰ σοῦ, συνέστιον μετὰ τῶν κορυφαίων εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν· ναὶ δὴ καὶ συγχάθεδρον ἅμα τούτοις, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ προσληφθήσεσθαι.

Ὡσπερ οὖν τοῦ τε πάθους Ἰησοῦ καὶ τῆς ἀναστάσεως καὶ ἀναλήψεως, ἅμα τοῖς πρώτοις αὐτόπτης ἔγένου καὶ κοινωνός, οὕτω μετ' αὐτῶν ὁμοίως καὶ τῆς ζωαρχικῆς τοῦ Παρακλήτου πεπλήρωσαι δωρεᾶς. Καὶ γὰρ τῷ Λόγῳ Κυρίου πρότερον οἶα δὴ νοερὸς καὶ ὑπερκόσμιος στερεωθεὶς οὐρανός, καὶ τὸ σῶμα διαίτη ἀγιοπρεπεῖ καθαρθεὶς, καὶ τὴν ψυχὴν καθαραῖς ἐμφάσεσιν ὑπερφυῶς φωτισθεὶς, καὶ τὸν νοῦν θειοτέrais ἐλλάμψεσι ὑπερουσίως θεωθεὶς· καὶ οἶα τινα θρόνον δόξης ὑπερφερῆ, καὶ ἀγιότητος κατάπαυσιν τὸν ἐντὸς ἀνθρώπων κατασκευασθεὶς, οὕτω

⁹² Psal. XLIV, 5. ⁹³ Psal. XXXII, 6.

δὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐρανὸθεν κατιὸν ἐν εἶδει A
 πυρίνων ὑπεδέξω γλωσσῶν· καὶ σὲ ὄλον δι' ὅλου
 πεπληρωκός, καὶ τῶν θεουργικῶν αὐτοῦ χαρισμά-
 non sit videnda a beatis, sed duntaxat gloria et
 majestas, seu splendor quidam sub Deo et συ-
 κατάβασις, non ipsum Dei κρύφιον et ἀκραιφνές.
 Qua in re laborant nostri theologi explicandis Græ-
 corum quorundam, Chysost., Theodor., etc., in
 speciem difficilibus, locis ac dictis.

Placet omnino Nicetæ modestia et sobrietas, qui
 missis omnibus apocryphis atque dubiis, vel etiam
 fabulosis et commentitiis, quæ de Matthæo male
 scriatorum hominum temeritas invexit, una sua
 Ecclesiæ ac veterum traditione contentus fuit, ejus
 scilicet consummationis ac martyrii Hierapoli Asiæ,
 sive (ut alii) Parthiæ, ubi in ea urbe et metropoli,
 vicinisque, ac paulo etiam remotioribus regionibus
 (si has Æthiopiam Asiaticam volumus) strenue
 operam Evangelio posuisset, ac Ecclesias fundas-
 set; ne explorato quidem ejus mortis genere aut
 supplicii, quod nescio an ulli veterum prodiderint;
 exceptis apocryphis, qui sic omnia referunt, ac si
 cuncta oculis coram usurpassent: quod sane scri-
 ptorum genus Ecclesiæ valde invidiosum, ac pene
 hæreticorum fabrica, ut agnoscit papa Gelasius in
 cap. Sancta Romana.

Evangelii conscriptionem animum adiecit; primusque Novum nobis Testamentum enarravit. Ac sicut ille olim Moses primam mundi originem, ac deinceps omnium Dei operum magnificentiora scripto consignavit: sic nimirum et iste, Christi Dei ortu recensito, illius exinde miraculorum omnem magnificentiam, divinis scripto prædicationibus tradit. Matthæus scilicet, fidelis ac prudens dispensator Patris, sapiens magnusque Verbi evangelista; Paracleti denique splendidus prædicator ac scriba velox.

Matthæus, cujus si nomen interpreteris, donatus (49^o) dicitur: e mundo quidem velut pulcherrima delibatio, donatus Christo ac divino Spiritu genitus Verboque veritatis perfectus, ab ipso rursus in lucem et salutem gentium donatus est, usque ad extremum terræ. Hic nos hodie convocans, suamque ipsius memoriam splendidissimæ celebritatis argumentum præstans, lætam maxime ac admirandam desiderabilis convivii computationem indixit; solidam quidem ac perfectam escam, conscriptum ab eo Evangelium apponens, gratiæque sermonem ex ejus ore procedentem⁷ velut sacratissimum quemdam craterem miscens, Christique amantes animos omnes lætificans.

Sed videamus quali ex vita, ac instituti prius genere vir beatus, ad quem evaserit finem: excellentemque mutationem summeque inauditam in melius transmutationem admirantes, mirabilem Deum in justitia, mirabilem in bonitate magnificemus.

Publicanus prius fuit, Christi postea discipulus; ac pecuniarum ratiocinator, Evangelii interpres et enarrator. Publicanus nempe institutum quod piis maxime abhorrendum, religiosæque mentis hominibus scelestissimum habeatur. Quid enim violentius aut magis tyrannicum, quam pecunias conflare earumque exactorem esse? Quid vero vitæ ex Evangelii rationibus institutæ magis adversum, quam opprimere viduas, pauperumque animas injuste trahere atque vexare, sive etiam juste, ut existimatur? Utrunque enim attentæ naturæ æquitate vere locus injuriæ est, tametsi lex humana, sancita olim tyrannide, actionem innoxiam dictet. Non enim hæc lex Dei est, non naturæ, ut nempe alii tyrannidem exerceant, alii tyrannide premantur; atque alii quidem adversus humiliores supercilium tollant ac efferantur, alii mancipentur atque ærumnis conflantur: alii lasciviant ac deliciis adversus pauperes temulenti diffluant, prætextoque publico debito, supremam tolerandæ vitæ rationem auferant; alii graventur ac cædantur, donec novissimum obolum reddant; a quibus sicut spiraculum, sic et tributum austere exigatur. Non sic Deus ab initio, non sic hominibus, cum primo conditi sunt, lege sanxit. Sed sicut universorum unus est flector, sic et natura

Α τος Ματθαῖος ἐπὶ τὴν ἱερὰν τοῦ Εὐαγγελίου ἤκε συγγραφὴν, πρῶτος ἡμῖν τὴν Καινὴν Διαθήκην εἰσηγήσατο· καὶ ὡς περ Μωσῆς ἐκείνος τὸ παλαιὸν, ἄνωθεν τὴν κοσμογένειαν, καὶ ἐξῆς τῶν ὅλων ἔργων Θεοῦ τὰ μεγαλοπρεπέστερα λογογραφῶν· οὕτω δὴ καὶ οὗτος τὴν γένεσιν θεολογῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ πάντων ἐξῆς τῶν αὐτοῦ θαυμάτων τὴν μεγαλωσύνην, ταῖς ἐγγράφοις θεορῆμοσύναις παραδιδούς· Ματθαῖος, ὁ πιστὸς καὶ φρόνιμος οἰκονόμος τοῦ Πατρὸς, ὁ σοφὸς τοῦ Λόγου καὶ μέγας εὐαγγελιστὴς· ὁ λαμπρὸς τοῦ Παρακλήτου κήρυξ καὶ ὀξυγράφος γραμματεὺς.

Β Ματθαῖος, ὁ δεδωρημένος ἐρμηνευόμενος· ὃς ἐκ τοῦ κόσμου μὲν οἷά τις ἀπαρχὴ καλλίστη δεδώρηται Χριστῷ, ἰΠνεύματι δὲ θείῳ γεννηθεὶς, καὶ Λόγῳ ἀληθείας καταρτισθεὶς, αὐθις τοῖς ἔθνεσιν εἰς· φῶς παρ' αὐτοῦ καὶ σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου δεδώρηται τῆς γῆς. Οὗτος ἡμᾶς σήμερον σύγκαλῶν, καὶ λαμπροτάτης ἑορτῆς ὑπόθεσιν, τὴν αὐτοῦ παναγῆ μνήμην ποιούμενος, φαίδραν ὅτι μάλιστα καὶ θαυμασίαν ὑπέτεινε φιλοτησίαν· στερεὰν μὲν καὶ τελείαν τροφήν, τὸ κατ' αὐτὸν Εὐαγγέλιον προτιθεὶς· τὸν λόγον δὲ τῆς χάριτος, τὸν διὰ τοῦ στόματος αὐτοῦ πορευόμενον, οἷά τινα κρατῆρα μυστικώτατον ἐγκιβρῶν, καὶ πάσας καρδίας εὐφραίνων Χριστοφιλεῖς.

Γ Ἄλλ' ἴδωμεν οἷου βίου, καὶ οἷας πρότερον ὁ μακάριος πολιτείας τετυχηκώς, εἰς οἷον κατανατᾶ τέλος· καὶ τὸ τῆς μεταβολῆς ὑπερβάλλον, καὶ τὸ καινοπρεπέστατον τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐκτεθαυμακότες ἀλλοιώσεως, τὴν θαυμαστὴν ἐν δικαιοσύνῃ, θαυμαστὸν ἐν χρηστότητι μεγαλύνωμεν Θεόν.

Δ Τελώνης ἦν πρότερον, ὁ Χριστοῦ μαθητὴς ὕστερον· καὶ χρημάτων λογιστῆς, ὁ τοῦ Εὐαγγελίου ὑφηγητῆς. Τελώνης, τὸ ἀπευκτότατον τοῖς εὐσεβέσι, τὸ ἀμαρτητικώτατον τοῖς εὐλαβέσιν ἐπιτήδευμα νομισθέν. Τί γὰρ τοῦ χρήματα πράττειν βιαιότερον ἢ τυραννικώτερον; τί δὲ πρὸς τὴν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ἐναντιώτερον ζωὴν, τοῦ χερῶν κατάρχειν, καὶ σύρειν καὶ θλίβειν πενήτων ψυχὰς ἀδίκως, εἴτ' οὖν δικαίως, ὡς ἡ ὑπόληψις; Ἐκατέρως γὰρ ἴξεται κατὰ τὸ φύσει δίκαιον ἀληθῶς ἀδικεῖν, εἰ καὶ νόμος ἀνθρώπων ἄνωθεν ἐπισφραγιζόμενος τὴν τυραννίδα, τὸ ἀνεύθυνον τῆς πράξεως ὑπαγορεύει. Οὐ γὰρ τοῦ Θεοῦ τοῦτο νόμος, οὐ φύσεως, τοὺς μὲν τυραννεῖν, τοὺς δὲ τυραννίσθαι· καὶ τοὺς μὲν κατωφρυῶσθαι τῶν ταπεινοτέρων καὶ ὑπεραίρεσθαι, τοὺς δὲ καταδουλοῦσθαι καὶ κατατρίβεσθαι· καὶ τοὺς μὲν ὑπερμαζᾶν καὶ μεθύειν κατατρυφῶντας τῶν πτωχικῶν καὶ δημοσίας πρόφασιν ὀφειλῆς, τὴν ἐσχάτην ἀποστερεῖν τῆς ζωῆς ἀφορμὴν· τοὺς δὲ κατακάμπεσθαι καὶ μαστιγοῦσθαι, μέχρις ἂν καὶ τὸν ἐσχάτον ἀποδοῖεν ὀβολόν· ὡς περ τὴν ἀναπνοὴν, οὕτω καὶ τὴν τοῦ τέλους ἀπόδοσιν εἰσπραττομένους· οὐχ οὕτω Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς, οὐχ οὕτως ἀνθρώποις ἄνωθεν ἐνομοθέτησεν· ὡς περ δὲ πλάστης ἀπάντων εἰς, οὕτω καὶ φύσις μία, καὶ ὁρὸς καὶ νόμος ζωῆς ἅπασιν ὁ αὐτὸς· ἐλευθερία τε

⁶ Isa. XLIX, 6. ⁷ Luc. IV, 22.

(49) τῆς Συριακῆς *donum a radice*.

πᾶσιν ὁμοίως, καὶ κατάστασις καὶ πολιτεία ἡ αὐτὴ διατέτακται τὴν ἀρχήν.

Ἄφ' οὗ δὲ λογισμὸς ἀγέρωχος, καὶ τῶν ὑπὲρ φύσιν ἀλόγιστος ἐπιθυμία, καὶ ὄρεως μὲν ἐπιβουλὸς συμβουλή, ἐντολῆς δὲ ἀγίας ἀθέτησις καὶ παρακοή τῆς φύσεως καταδραμόντα, διέστησε μὲν καὶ μακρὰν ὥσεν θεοῦ, τῷ βασκάνῳ δὲ προσεγγίσει παρεσκεύασεν, ἐντεῦθεν τὸ συγγενὲς καὶ ὁμόφυλον εἰς ἀλλοτριότητα γνώμης καὶ βίου κατεμερίσθη τομήν. Ἐντεῦθεν τὸ δυναστεῦον, καὶ τὸ δυναστευόμενον · τὸ τυραννοῦν, καὶ τὸ τυραννούμενον · καὶ τὸ μὲν ἀπαιτεῖν φόρους, τὸ δ' ἀπαιτεῖσθαι · καὶ τὸ μὲν ὑπερῆρθαι θράσει, καὶ τῶν ὁμοτίμων ὡς δούλων κατεξανίστασθαι, τὸ δὲ καταπτῆσαι τὴν τυραννίδα, καὶ ὡς ἀπαραίτητον τὸ ἐτήσιον τέλος, καὶ τὴν δουλείαν ἀποτινύειν ὡς ὀφειλήν.

Ταύτης ἀεὶ πράκτορες τῆς κακῆς ἐπιτιμήσεως οἱ θερμότεροι μὲν τὴν φύσιν καὶ ὀξύτεροι · τουτέστιν, συνιέναι καὶ λογίσασθαι τὴν δασμοφορίαν ἰκανώτατοι · ἀσυμπαθέστεροι δὲ πάντων, καὶ τὴν γνώμην ἐπίπαν ἱταμώτεροι, ὥστε μηδενὶ τῶν ὀφειλόντων παραχωρεῖν ἔχειν μηδέν. Ταύτης Ματθαῖος ἐπήβολος τῆς πολιτείας πρότερον ἦν. Τούτου βίου, ἅτε φύσεως ἀγγινοῖα καὶ νοδὸς ἐντρεχέια κατευμεγεθῶν, τὴν πρώτην ἐν τελώναις ἐπέιχε τάξιν.

Ἐπειδὴ τοίνυν δι' αὐτοῦ πράγων ὁ Κύριος, τῷ τῆς καρδίας βάθει προσέβλεψεν, καὶ κεκρύφθαι μὲν ἐν αὐτῷ τῆς ἀρετῆς θησαυρὸν, ἔξωθεν δὲ κατὰ σύμθεσιν τῇ πονηρίᾳ διοχλεῖσθαι τῇ κοσμικῇ · καὶ τὸ μὲν, ἐκούσιον εἶναι καὶ ἔμφυτον ἀγαθόν · τὸ δὲ τύχης ἐπήρειαν μάλλον, ἢ γνώμης ἐκουσιότητα κατανενόηκεν, καλεῖ μὲν αὐτὸν, ἐντελλόμενος ἀκολουθεῖν · ὁ δὲ ἀναστάς, εὐθύς ἐπηκολούθησε. Οὐ μακρῶν ἐδέησε λόγων τῷ Κυρίῳ, οὐ χρόνου τριβῆς, οὐ τελωτέρας συνουσίας · ἀλλ' οὔτε θεολογίας συχνῆς, οὐ συμβουλίας πιθανῆς, οὔτε δὲ θαυμάτων ἐπιδείξεως, ὥστε τὴν ἀρχιτελώνην τῆς κατ' αὐτὸν ἀφαρπίσθαι σχολῆς, παριῶν δὲ, καὶ μιᾷ μόνῃ καλέσας, ἐπεσάσατο φωνῇ · Ἀκολουθεῖ μοι. Ὁ δὲ οὐκ ἀπήρεισε πρὸς τὰ χρήματα τὸν λογισμὸν · οὐ τὴν ἀπὸ τοῦ κέρδους ἐνενόησεν ἡδονήν · οὐ πρὸς τὴν δόξαν τῶν συγκαθημένων αὐτῷ διατραπεῖς, τὴν κλήσιν ἀπείσεύσατο · ὁμοῦ δὲ τῇ φωνῇ τοῦ πεφωνηκότος γεγονώς διος, καὶ ὡσπερ ἀστραπῆς ἀθρόα λαμπρότητι τὴν καρδίαν καταλαμφθεὶς · καὶ τῶν ἐν χερσὶ μὲν χρημάτων καὶ πραγμάτων εὐθύς ἀλλοτριωθεὶς, τῆς θείας δὲ κλήσεως (ὡ τῆς πίστεως!) ἠττηθεὶς, καταλείπει μὲν τοὺς συμπράκτορας, καταλείπει δὲ τὸ τελώνιον, καὶ πᾶσαν τὴν ἐν αὐτῷ πραττομένην ἀποβρίπτεται φορολογίαν · χρυσοῦ δὲ παντὸς καὶ ἀργύρου τὸν πολῦτιμον ἀντωνεῖται μαργαρίτην · καὶ τῶν γηϊνῶν τὴν ἀρπαγὴν ἀφείς, τὴν οὐράνιον τρέχει διαρπάσων βασιλείαν · μάλλον δὲ, χρυσοῦ μὲν καὶ ἀργύρου παντὸς τιμαλφεστέραν ἔχων ψυχὴν, οἷα δὲ λίθον τίμιον καὶ ἀξίεραστον θεῶν προΐσχων τὸν νοῦν, ἀλίσκεται τούτῳ καὶ πηθεῖται καὶ ζητεῖται · καὶ πρὸς

est, ratioque ac vitæ lex eadem omnibus; cunctisque similiterque libertas, status et vitæ ratio eadem primum constituta fuit.

Ex quo autem superba ratio, rerumque natura superiorum inconsulta cupiditas; ac serpentis quidem insidiosum consilium, sanctique mandati spreto, et inobedientia naturæ ingruentia, divisam illam procul a Deo depulerunt, atque invidio adjungi præstiterunt; inde jam cognati ac tribules, in alienas scissi voluntates sunt ac vitæ studia. Inde factum ut alii dominantur, alii dominio subiciantur; alii tyrannide regant, alii regantur: atque alii quidem tributa exigant, ab aliis autem exigantur: alii audacia efferantur et adversus eos qui pari honore sunt quasi adversus servos insurgant; alii tyrannidis metu paveant, ac tanquam indeprecabile, tributum annuum solvant velutque debitum, servitutem pendant.

Hujus semper malæ auctionis censusque quæstores, qui calentiori ac acriori ingenio sunt; hoc est, callentissimi tributorum ratiocinatores, inque rem maxime idonei. Hi vero omnium inclementiores, et qui nulla iniseratione moveantur; ubique procaciores majorique improbitate, ut nihil quidquam debitores habere sinant. Hujus Matthæus prius compos disciplinæ erat. Hujus instituti, tanquam solerti vir ingenio mentisque agilitate præpollens, inter publicanos principem locum obtinebat.

Quod igitur per eum transiens Dominus, illius animi imo inspecto sinu, latentem in eo virtutis thesaurum deprehenderat, etsi tum exterius ex accidenti, sæculi pravitas ac nequitia obtundebat: atque alterum quidem, bonum esse spontaneum atque innatum; alterum vero, fortunæ potius injuriam, quam spontanæ mentis sententiam intellexerat, eum vocat ac jubet sequi: qui surgens, statim secutus est. Non longis Domino opus sermonibus fuit, non temporis mora, non majori consuetudine; at neque crebra divinorum doctrina, non probabili consilio et suasionem, non miraculorum exhibitione, ut principem publicanorum a suo illo studio institutoque abriperet; sed transiens, unaque duntaxat commonitum voce cum traxit: *Sequere me.* Ille porro, non pecuniis attendit animum; non quæ ex lucro est, voluptatem cogitavit: non eorum opinionem qui pari instituto ad telonei lucra considerabant, pudore repressus vocationem respuit; sed mox voce audita, totus vocanti devotus, velutque repentina fulguris coruscatione animo illustratus, atque a pecuniis rebusque quas manibus versabat alieno statim factus animo, ac vocationis (o fidem!) in eo victoria, socios quidem quæstores relinquit, relinquit vero portorium, collectaque in eo tributa omnia projicit: anroque omni atque argento pretiosum margaritum commutat: missaque terrenorum rapina cælorum regnum raptum currit. Quinimo, cum anima auro omni et argento pretiosiore præditus esset, dum velut lapidem pretiosum digneque amabilem, Deo obtendit animum, ejus ille illecebris

capitur, et amori habetur atque quæritur; et ad incorruptam beatissimamque vocatus atque electus aulam, ad extremum assumptus est.

Eum in modum mutatis mirabiliter Levi moribus, in Matthæum etiam nomen commutavit: ac sicut antea publicani arte, portoria e subditis legendo, illi qui genti imperabat, aurum quæsierat, sic et postea eadem Christum sibi addixerat, qui invitante ad spiritale ac mysticum sermonum convivium sequeretur, rursusque domum ipse invitaret, magnificeque acciperet, atque duplici cibo recrearet; ut quidem hominem, illis dapibus quæ ex corporis usu forent; ut autem Deum, pœnitentia placando, fidemque charitate afflatam (pulcherrimum scilicet eorum, quæ a nobis ille exigit) offerendo. Quamobrem etiam proclive telonei quasi jure a se exigi sinit, qui se esurientibus magnificus largitor præberet; esuriens ipse esuriri, et eos qui accipere dapibus viderentur, pascens.

Cum igitur vir beatus se totum publicani illa functione vitæque expedisset, ad Christum apte suscipiendum comparatus est; nempe abjecto sæculi spiritu, Dei que Spiritu assumpto, inde omni mundo crucifigitur, ac cunctis mundi cupiditatibus evacuatur pariter et emundatur; atque a vanitatis rationibus velut sæcibus prorsus depurgatus, solique Jesu vivens atque illius vestigia premens, in dolis omnem solertiam omnemque animi sagacitatem ac mentis acumen, illius contuendæ veritati addixit: cunctisque ipsius sacris atque mysticis divinis prædicationibus intelligentem auditum ac morigerum adhibens; admirandisque cunctis Christi operibus simplicem oculum atque lucidum admovens; ac præterea salutarium passionum, crucis mortis, sepulturæ, resurrectionis, omniumque reliquorum ipse spectator sociusque effectus, mirandum in modum ipse seipso (o omni admiratione prosequende inaspectabilium spectator!) excedis, totusque Dei excessu rapiens efficeris, Dei que Spiritu nascens, divinus plane spiritus evadis. Quamobrem etiam Paracletus e cœlo effusus, quasi cum propria prole consuescit: ipsaque substantia illapsus et versans, divinisque illustrationibus ac muneribus replens, sapientia adimplet et intellectu, impletque fortitudine et scientia; pari denique coryphæis antiquissimisque munere, signorum prodigiorumque virtutibus liberaliter donavit.

Quid igitur? Num Spiritum quidem in ignis specie e cœlo descendentem pari reliquis munere suscepit, non pari vero conatu gratiam quæ in illo est, gentibus annuntiavit? aut a Petri ac Pauli divina pro apostoli partibus sapientia, id est, magniloquentia, defecit? Nequaquam. His namque per omnes nationes ac terræ oras discurrentibus, prout cuique obtigerat, aut Paracletus discernebat, verbumque vitæ oris ipso officio, his in quos incidebant enarrantibus; hic, ferventi Dei æmulatione succensus, animis gliscebat, discruciabatur, ægre molesteque habebat, cordis parturiginem ferre non

Α τὰ ἀφθάρτα βασίλεια καὶ μακαριώτατα κληθεὶς τε καὶ ἐκλεγείς, ἐπὶ τέλους ἀνελήφθη.

Οὕτως Δεσφίς θαυμασίως τὸν τρόπον μεταποιηθεὶς, εἰς Ματθαῖον καὶ τὴν προσηγορίαν μετελλόξατο· καὶ ὡσπερ ἐτελώνησε πρότερον τὸν χρυσὸν, τῷ βασιλεὶ τοῦ ἔθνους τὸ ὑπήκοον φορολογούμενος, οὕτως ἐτελώνησεν ὕστερον τὸν Χριστόν· ἐπόμενος μὲν πρὸς τὴν πνευματικὴν πανδαισίαν τῶν λόγων καλοῦντι καὶ μυστικὴν· καλῶν δὲ καὶ αὐτὸς αὐθις αὐτὸν εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ φιλοφροσύνη δεξιούμενος, ἐδέσμασί τε θεραπεύων διττοῖς· ὡς ἄνθρωπον μὲν, τοῖς τοῦ σώματος ἐπιτηδεύοις· ὡς θεὸν δὲ, ἰεζούμενος τῇ μετανοίᾳ, καὶ πίστιν προσάγων ἐνεργουμένην δι' ἀγάπης, τὸ κάλλιστον, ὧν ἐκεῖνος αἰτεῖ παρ' ἡμῶν. Διὸ καὶ τελωνεῖται προθύμως, ἑαυτὸν τοῖς πεινώσιν ὁ μεγαλόδωρος δυδούς· πεινῶν τὸ πεινάσθαι, καὶ τρέφον τοὺς ἐστιᾶν νομίζοντας.

Ὅλον οὖν ἑαυτὸν ὁ μακάριος τῆς τελωνικῆς πράξεως ἀνακαθάρας, πρὸς ὑποδοχὴν εὐθετον κατεσκευάσθη τοῦ Χριστοῦ· ἀποβαλόμενος μὲν τὸ πνεῦμα τοῦ πῆσμου, προσλαβόμενος δὲ τὸ τοῦ Θεοῦ. Ἐντεῦθεν σταυροῦται μὲν κόσμῳ παντὶ, καὶ πάσαις ταῖς κοσμικαῖς ἐπιθυμίαις, καὶ ἀνακενοῦται καὶ καθαίρεται· καὶ τῶν τῆς ματαιότητος παντάπασιν ἀποδιυλίζεται λογισμῶν· μόνῳ δὲ τῷ Ἰησοῦ ζῶν, καὶ τούτῳ κατ' ἔχνος ἀκολουθῶν, ὅλην μὲν τὴν ἐκ φύσεως ἀγχνόσιαν καὶ τῆς διανοίας τὴν ἐντρέχειαν καὶ τὴν ὀξύωπιαν τοῦ νοῦ, πρὸς ὄρασιν τῆς κατ' αὐτὸν ἀληθείας ἀπησχόλει· πάσαις δὲ ταῖς ἱεραῖς αὐτοῦ θεολογίαις καὶ μυστικαῖς συνετὸν παραβάλλον καὶ εὐήκοον οὖς· καὶ τοῖς θαυμασίοις δὲ τῶν ἔργων Χριστοῦ πᾶσιν ἀπλοῦν ὀφθαλμῶν ἐπιβάλλον καὶ φωτολαμπῆ· καὶ πρὸς τούτοις τῶν σωτηρίων παθῶν, τοῦ σταυροῦ, τοῦ θανάτου, τῆς ταφῆς, τῆς ἀναστάσεως, καὶ τῶν ἐπομένων αὐτοῖς πάντων αὐτόπτης καὶ κοινῶς γεγεννημένος, ἐξίστασαι μὲν ἑαυτοῦ θαυμασίως, (ὡ θαυμασιώτατε τῶν ἀθεωρήτων θεωρητά!) ὅλος δὲ τοῦ ἐξιστῶντος γίνῃ Θεοῦ· καὶ Θεοῦ Πνεύματι γεννώμενος, πνεῦμα θεῖον ἀτεχνῶς γίνῃ· οἷς δὲ καὶ ὁ Παράκλητος ἀνωθεν ἐκχεθεὶς, ὡς οἰκείῳ γεννήματι προσομιλεῖ· καὶ κατ' οὐσίαν ἐμφιλογωρῶν, καὶ τῶν θεαρχικῶν ἐλάμφσεων καὶ δωρεῶν ἐμπιπλῶν, πληροὶ μὲν σοφίας καὶ συνέσεως, πληροὶ δὲ ἰσχύος καὶ γνώσεως· ἐν σημείων δὲ καὶ τεράτων δυνάμεσιν, ἴσα τοῖς κορυφαίοις καὶ πρᾶστυτάτοις ἐφιλοτιμήσατο.

Τί οὖν; Ἄρα τὸ Πνεῦμα μὲν ἐν εἶδει πυρὸς οὐρανόθεν καθιέμενον ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ὑπεδέξατο, οὐχ ὁμοίως δὲ τὴν ἀπ' αὐτοῦ χάριν τοῖς ἔθνεσιν ἀπήγγειλεν; ἢ Πέτρου καὶ Παύλου τῆς ἀποστολικῆς θεοσοφίας, ἤτοι μεγαλοφωνίας, ἀπελείφθη; Οὐδαμῶς. Καὶ γὰρ, τῶν μὲν κατὰ πᾶν ἔθνος καὶ πᾶν κλίμα τῆς γῆς διατρεχόντων, ὡς ἔλαχεν ἕκαστος, ἢ ὡς ἀφώριζεν ὁ Παράκλητος, καὶ τὸν τῆς ζωῆς λόγον τοῖς παρατυγχάνουσι διὰ στόματος ἐξηγουμένων, οὗτος, ζήλου Θεοῦ πυρπολούμενος θερμότητι, ἐσφάδαζε μὲν καὶ κατετρύχετο καὶ ἠσχαλλε, τὴν ὠδίνα τῆς καρδίας ὑπέχειν οὐχ οἶός τε ὧν· καὶ πᾶσαν τὴν

οἰκουμένην, ὅσον εἰς τὴν αὐτοῦ πρόθεσιν ἤχον, τοῦ ἁ
τῆς χάριτος λόγου πληρῶσαι προθυμούμενος.

Ἀνακοπτόμενος δὲ τῆς ἱερᾶς ἐπιθυμίας φυσικῆ
, οἰοῦ ἀγίου σώματος ἀδυναμία, οὐκ ἀναπέπτωκε τῇ
βραθυμίας· οὐ βρασιώνη ἑαυτὸν ἀπέδοτο καὶ τρυφῇ·
οὐδὲ σωματικαῖς ἀνεκλήθη διαίταις καὶ ἀνέσεσιν·
ἀλλὰ δευτέραν ἤλθεν ὁδὸν, ἐπίτομον καὶ ἀμοχθον,
καὶ πάσαις ἀνθρώπων σωτηριώδη γενεαῖς. Συν-
αγαγὼν ἑαυτὸν ὡς οἶόν τε ἦν, καὶ τὴν θεανδρικὴν τοῦ
Λόγου πρὸς ἀνθρώπους ἐπιφάνειαν καὶ πᾶσαν τὴν
θεουργὸν οἰκονομίαν διὰ μνήμης σαφοῦς ἀνατυπωσά-
μενος τῇ διανοίᾳ, καὶ οἶον ὑπ' ὄψιν λαβῶν, λογογρα-
φεῖ τὴν εὐσέθειαν· καὶ ἄπερ ἀγράφως τοῖς ἔθνεσι
διὰ γλώσσης αἱ ἄλλοι παρεδίδουσαν, ταῦτα Ματθαῖος
ὁ μέγας διὰ συγγραφικῆς θεωρίας συγκεφαλαιούμε-
νος, ὄλον τοῦ Λόγου τὸ μυστήριον ἱερᾶς ἀνατέταχε
θεηγορίαις.

Ἄνωθεν γὰρ τῆς γενεαλογίας ἀπὸ Ἀβραάμ τὴν
ἀρχὴν καταβαλόμενος, καὶ καθεξῆς, προῶν,
τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν εὐαγγελίζεται τοῦ Χρι-
στοῦ· εἶτα, τὴν ἀνάδειξιν, τὴν βάπτισιν αὐτοῦ
καὶ τὸν πειρασμόν· εἶτα, τῶν ἀποστόλων τὴν ἐκ-
λογὴν, τὰς ἱερὰς μυσταγωγίας, ὅσας τε διὰ πα-
ραβολῶν, καὶ ὅσας ὁ Κύριος ἐν παύρησιζ τοῖς
ὄχλοις ὠμίλει καὶ τοῖς μαθηταῖς· εἶτα, τὰς ὑπερ-
φυσεῖς θαυματουργίας, τὰς τῶν νοσοῦντων θεραπείας,
τῶν δαιμόνων τὰς καθάρσεις, τῶν πολυτρόπως πα-
σχόντων τὰς ἰάσεις, τὴν τῶν ἄρτων εὐλόγησιν, τὸν
ἐν θαλάσῃ περίπατον, τὴν ἐπὶ τοῦ ὄρους ἀλλοίωσιν.
Καὶ πᾶσαν ἀπλῶς τερατουργίαν ὑπερφυσῆ, καὶ πᾶ-
σαν πρᾶξιν τοῦ Ἰησοῦ, καὶ πᾶσαν ἐνέργειαν ἀξιο-
λογωτάτην, Θεοῦ φωναῖς, ὁ τοῦ Πνεύματος ἀριστος
μυστογράφος ὑφηγεῖται. Ναὶ δὴ καὶ τὰ τῆς δευτέ-
ρας αὐτοῦ παρουσίας, ἐξέφρασε μυστήρια· πρὸς δὲ,
καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ πύλου καθίζησιν, καὶ τῶν παίδων
τὴν ὕμνησιν, καὶ τῶν Ἰουδαίων τὴν βασκανίαν· καὶ
τὸν δειπνὸν τὸν μυστικόν, καὶ τὴν Ἰουδα προδοσίαν,
καὶ τὴν ὑποκεκριμένην τοῦ Πιλάτου κρίσιν καὶ κατὰ-
κρίσιν τὸν κάλαμον, τὸν στέφανον, τὸν ἐμπαιγμὸν,
τὸν σταυρὸν, τὴν ταφὴν, τὴν τριήμερον ἀνάστασιν
καὶ ἐμφάνισιν. Καὶ πᾶσαν συνόλως φάναι τοῦ Λόγου
τὴν οἰκονομίαν, ὁ τοῦ Λόγου λογιώτατος ἐν γραφῇ
διηγησάμενος ὑπογραφεὺς, κοινὸν προῦθηκε πᾶσιν
ἔθνεσιν πρόγραμμα θεοσεβείας, ἐχέγγυον πίστεως,
ἀγάπης ἐμπύρευμα, τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας
ἀπόδειξιν, τῆς βασιλείας ἀνακήρυξιν, τῆς οἰκονομίας
βεβαίωσιν, ἀληθείας στηριγμὸν, ψυχῶν φωτισμὸν,
ἀρχὴν ἤτοι πηγὴν ἀγιασμοῦ καὶ ἀκραιφνοῦς σω-
τηρίας ὑπόθεσιν, τὸ κατ' αὐτὸν Εὐαγγέλιον τοῖς
πέρασιν ἐκδεδωκώς.

Οὕτως οὐκ ἐνὶ μὲν ἔθνει Ματθαῖος ἐπιδημεῖ· τῶν
ἄλλων δὲ κατὰ σώματος ἀναγκασίαν περιγραφὴν καὶ
ἀδυναμίαν φύσεως ἀπολείπεται· οὐδὲ πᾶσι μὲν ἔθνε-
σιν ἐπιφοιτᾷ· ὀλίγοις δὲ τῶν ἀνθρώπων ὀμιλῶν, τὸν
τῆς θεογνωσίας ἐπιλάμπει πυρσόν· οὐδὲ πᾶσι μὲν
ὀμιλεῖ, μόνοις δὲ τοῖς κατὰ τὴν αὐτοῦ περιοῦσι γε-
νεάν· ἢ πάσαις μὲν ἐφεξῆς γενεαῖς τὸν Ἰησοῦν, καὶ
τὴν αὐτοῦ βασιλείαν καὶ τὴν σάρκωσιν εὐαγγελίζεται·

valens; ac orbem universum, ad ejus animi propo-
situm quod attinebat, verbo gratiæ implere sata-
gens.

Obstante vero sacro desiderio, quod corpúculo
imbecilliore natura præditus erat, non ignavia
concidit, non se mollitici ac deliciis deditum voluit,
non corporali exquisito victu ac delicatiore resiliit;
sed alteram inivit viam, eamque compendiarium, nec
quidquam morosam, cunctisque hominum ætatibus
salutarem. Quinimo ipse seipsum, quoad licebat,
colligens, Deique virilem Verbi ad homines appa-
ritionem, omnemque divinam dispensationem clara
mente memoria informans, ac velut ob oculos
ponens, scripto consignat pietatem: quæque adeo
reliqui gentibus linguæ munere non scripta tradi-
derant, hæc magnus Matthæus scripta commenta-
tione summa colligens, totum Verbi mysterium sa-
cris prædicationibus intexuit.

Sursum enim ab Abrahamo generationum seriem
orsus, ac deinceps procedens, quæ secundum car-
nem est, Christi generationem annuntiat: tum
ejus ostensionem, baptismumque et tentationem;
deinde apostolorum electionem, sacrasque institu-
tiones, quæcunque Dominus in parabolis, et quæ-
cunque palam turbis ac discipulis loquebatur. Ad
hæc eximia miracula, curatos ægrotos, a dæmoni-
bus mundatos, variis languoribus sanatos, panum
benedictionem, ambulationem supra mare, immu-
tationem in monte; omnem denique simpliciter
prodigiorum stupendam vim, omnemque Jesu actio-
nem, ac omnem præcipui momenti operationem,
Dei vocibus, optimus mysteriorum Spiritus scriba
et interpres exponit. Quin et ea, quæ ad secundum
adventum spectant mysteria, exsecutus est. Ad hæc
etiam sessionem super pullum, et puerorum lau-
dem, Judæorumque invidiam: item cœnam mysti-
cam et Judæ proditionem, ac Pilati simulatum judi-
cium et condemnationem: arundinem, coronam,
illusionem, crucem, sepulturam, triduanam resur-
rectionem et apparitionem. Omnem denique, ut
universim loquar, Verbi dispensationem, Verbi
desertissimus scriba scripto enarrans, cunctis gen-
tibus pietatis proposuit titulum, fidei pignus, dile-
ctionis fomitem, bonitatis divinæ ac clementiæ de-
clarationem, regni prædicationem, mysterii Christi
confirmationem, veritatis fulcimentum, animorum
illuminationem, sanctificationis originem si e sou-
tem veræque salutis argumentum, abs se scriptum
Evangelium orbis finibus edens.

Sic Matthæus non ad unam proficiscitur gentem;
reliquis autem naturali corporis circumscriptione,
ac naturæ ipsa imbecillitate deest: neque ad omnes
quidem se confert, cum paucis vero hominum ser-
monem miscens, divinæ eis cognitionis atque fidei
facem accendit: nec cum omnibus quidem, cum
iis vero duntaxat quos illa superstites serebat ætas:
aut omnibus quidem deinceps ætatibus Jesum

annuntiat, ejusque regnum ac Incarnationem, non similiter tamen vera scientiæ fulgores cunctis affundit : quintimo solis instar lucidos Evangelii radios in omnem simul terrarum orbem, omnemque nationum linguam emittens, atque omnem hominum mentem secundum ætatum successionem ad proprium theologiæ lumen illiciens, pari cunctos indulgentia, largo velut fonte, beneficio impartit : iis quidem qui simplicem atque fidelem animi oculum adhibeant, vera lux et salutaris existens; iis autem qui prave nec in fide in eum intendant, Spiritus scilicet judicii ardorisque^a.

Scriptio hæc Lycurgi leges et Solonis nugas esse ostendit. Hæc Platonis non vere existentes respublicas longasque verborum ineptias, silentio damnavit : tantoque omni Aristotelica obscuritate ac argumentis non concludentibus, omnique apud Græcos facundissimorum lucubratione ac scripto divinior est ac sapientior, quanto cælum terra sublimius, solque, ejuscemodi lucerna, quæ nobis accenditur, lucidior est ac splendidior : quin, si lubet, quanto Deus homine nobilior, atque veritas umbra expressior.

Satis enim fuit omnium loco beatissimus publicanus ad orbis terrarum eruditionem. Satis fuit, iis qui vellent pietatem colere, ad pietatem : ad sapientiam et scientiam, his qui sapientiæ ac scientiæ amatores essent : ac quidem actioni deditis, ad disciplinam vitæque normam : contemplationi autem studentibus ac supernæ Dei claritatis avidis, ad theologiam errorisque omnis expertem mentis ad cœlestia subductionem. Satis fuit cunctis gentibus Græcorum illius loquacitatis vice, compendiaris Evangelii doctrina ad supernam philosophiam doctrinamque et illuminationem.

Hinc neglectæ academix, Stoicorum et Peripateticorum scholæ : neglectæ vero Athenæ et Thebæ, eorum domicilia et sedes qui videbantur philosophiam colere : ridiculumque supercilium, ac despicienda inani fastu tumentium jactantia spreta; cujus etiam merito a vera sapientia excidentes, discipuli doctoresque impiorum deorum impie, vatesque et sacerdotes execrabilium mysteriorum, exstiterunt : turpem scilicet turpis cupiditatis demetentes fructum, dignamque mercedem erroris reportantes.

Cuncta hæc abolita sunt et exsufflata, velutque fumus soluta ac sicut pulvis sublata, ex quo tu, o beate, animo incorrupto menteque e terra in cælum extensa, velut tuba ductili, tuba cornea^b, divinos a te conscripti Evangelii sonos clangis. Id commodi ex tua sapientia consecuti sumus. Hunc tuis ex laboribus sempiterna dignum memoria ac indeficientem fructum decerpimus^c, quem in vera vite manens atque a spiritali purgatus agricola tanquam fertilis palmas multiplicem edidisti; coque impleti, mortis abjicimus tenebras, ac induimus vitæ lucem^d.

Α οὐχ ὁμοίως δὲ πάσαις τὰς τῆς ἀληθογνωσίας ἐπαυγάζει μαρμαρυγὰς· ἡλίου δὲ τρόπον τὰς φωτοδόλους ἀκτῖνας τοῦ Εὐαγγελίου κατὰ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν οἰκουμένην, καὶ πᾶσαν ἔθνῶν διάλεκτον ἐπαφίεις· καὶ πᾶσαν ἀνθρώπων διάνοιαν κατὰ γενεὰν καὶ γενεὰν πρὸς τὸ οἶκλον τῆς θεολογίας ἐπισπώμενος φῶς, ὁμοτίμως τοῖς πᾶσιν ἐπιβλύζει τὴν εὐεργεσίαν· τοῖς μὲν ἀπλοῦν αὐτῶν καὶ πιστῶν τὸν ὀφθαλμὸν τῆς καρδίας ἐπιβάλλουσιν, ἀληθινὸν καὶ σωτήριον γινόμενος φῶς· τοῖς σκολιῶς δὲ καὶ οὐκ ἐν πίστει πρὸς αὐτὸν ἀτενίζουσι, πνεῦμα κρίσεως καὶ πνεῦμα καύσεως καθιστάμενος.

Β Τοῦτο τοὺς Λυκούργου νόμους καὶ Σόλωνος βασιτολογίαν ἀπέφηνεν. Τοῦτο Πλάτωνος τὰς ἀνυποστάτους πολιτείας, καὶ τὰς μακρὰς κατεσίγασεν ἀδολεσχίας· καὶ πάσης Ἀριστοτελικῆς ἀσαφείας καὶ ἀπεραντολογίας, καὶ πάσης τῶν παρ' Ἑλλήσι φιλολογωτάτων συγγραφῆς κατὰ τοσοῦτον ἐνθεώτερόν τε καὶ φιλοσοφώτερον, ὅσῳ γῆς μὲν οὐρανὸς ὑψηλότερος, ἡλῖος δὲ τοῦ παρ' ἡμῖν λύχνου φανότερος καὶ περιλαμπέστερος· εἰ βούλει δὲ, καὶ ὅσῳ θεὸς ἀνθρώπου τιμιώτερος, καὶ ἀλήθεια ἐκτυπώτερα σκιᾶς.

Γ Ἦρχεσε γὰρ ἀντὶ πάντων ὁ τρισμαχαριώτατος τελώνης τῇ οἰκουμένῃ πρὸς παιδαυσι· ἤρχεσε τοῖς εὐσεβεῖν ἐθέλουσι, πρὸς εὐσέθειαν· πρὸς σοφίαν καὶ γνῶσιν, τοῖς γνῶσεως καὶ σοφίας ἐρασταῖς· καὶ τοῖς πρακτικοῖς μὲν, πρὸς νομοθεσίαν· τοῖς θεωρητικοῖς δὲ καὶ τῆς ἀνω Θεοῦ λαμπρότητος ἐφιεμένοις, πρὸς θεολογίαν καὶ ἀναγωγὴν ἀπλανῆ· τοῖς πᾶσιν ἔθνεσιν ἤρχεσεν, ἀντὶ τῆς Ἑλληνικῆς πολυλογίας, τῷ συντετμημένῳ τοῦ Εὐαγγελίου λόγῳ πρὸς τε φιλοσοφίαν τὴν ἀνωτάτω καὶ διδασκαλίαν καὶ φωτισμόν.

Δ Ἐντεῦθεν ἡμέληνται μὲν αἱ ἀκαδημαῖαι, καὶ στοαὶ καὶ περίπατοι· ἡμέληνται δὲ Ἀθηναὶ καὶ Θῆβαι, τῶν φιλοσοφεῖν οἰομένων αἱ διατριβαί· καὶ ἡ καταγέλαστος ὄφρυς, καὶ ἡ κατάπτυστος οἴησις τῶν κατοιομένων περιεώρεται, δι' ἣν καὶ τῆς ἀληθινῆς σοφίας ἀμαρτάνοντες, μύσται καὶ μυσταγωγοὶ θεῶν ἀθέων ἀθέως, ἐκφάντορες τε καὶ τελετουργοὶ μυστηρίων κατέστησαν ἐναγῶν· αἰσχροὺς αἰσχροῦς ἐπιθυμίας τρυγῶντες καρπὸν, καὶ τὴν ἀντιμισθίαν ἀξίαν τῆς πλάνης κομιζόμενοι.

Πάντα ταῦτα κατήργηται καὶ ἠφάνισται, καὶ ὡς καπνὸς ἐλύθη, καὶ ὡς κονιορτὸς ἐξήρθη, ἀφ' οὗ σὺ, ὦ μάκαρ, ἀκηράτῳ ψυχῇ, καὶ γῆθεν εἰς οὐρανὸν ἐκτεταμένη διανοία, οἷα σάλπιγγι ἐλατῇ, σάλπιγγι κερρατίνῃ, τὸ κατὰ σὲ θεόφθογον Εὐαγγέλιον σαλπίζεις. Τοῦτο τῆς σῆς ἀπανάμεθα σοφίας. Τοῦτον δρεπόμεθα τῶν σῶν πόνων ἀείμνηστον καὶ ἀνέκλειπτον καρπὸν, ὃν ἐν τῇ ἀληθινῇ μένων ἀμπέλω, καὶ πρὸς τοῦ νοητοῦ καθαιρόμενος γεωργοῦ, καθάπερ εὐφορον κλῆμα, πολυπλάσιον ἐκαρποφόρησας· καὶ τούτου πληρούμενοι, ἀποτιθέμεθα μὲν τὸν σκότον τοῦ θανάτου· ἐνδύομεθα δὲ τὸ φῶς τῆς ζωῆς.

^a Isa. iv, 4. ^b Psal. xcvi, 6. ^c Joan. xv, 8. ^d Rom. xiii, 12.

Πάντα μὲν οὖν τοῦ μακαριωτάτου εὐαγγελιστοῦ τὰ Ἀ κατορθώματα, ὅσα τε λόγοις τοῖς διὰ χειλέων προλοῦσι θεοπρεπῶς θεολογῶν ἐδοξάζετο Χριστόν· ὅσα τε διὰ τοῦ πανουργοῦ Πνεύματος ἐνεργῶν, καὶ τοὺς λαοὺς ἐξιστῶν, ἐφ' οὗς αὐτὸν ἡ χάρις ἀπήγαγεν, ἐμεγάλυνε τὸν Θεόν· καὶ ὅπως δὲ τελευταῖον κατὰ τὴν ἐν Συρίᾳ γενόμενος Ἱεράπολιν, καὶ ἐν μέσῳ πολλῶν αἰνέσας τὴν Ἰησοῦν, καὶ θεοῶρημοσύναις θεοτελέστοις ὑπερφυῶς δοξάσας Χριστόν, καὶ τοὺς πεπιστευκότας δι' αὐτοῦ τῷ Κυρίῳ προσαγόμενος, καὶ Ἐκκλησίαν αὐτοῦς ἀγίαν, ἄμωμον κατασκευασάμενος· καὶ οὕτω δὴ τὸ τοῦ Θεοῦ μαρτύριον ἱερῶς καὶ ἀξίως τῆς αὐτοῦ κλήσεως τετελεχῶς, ἀνέλυσε ἐνδόξως πρὸς τὸν αὐτοῦ Βασιλέα καὶ Κύριον καὶ Θεόν· οἷα μὲν χιτῶνιον, τὸ ἄγιον δέμας καὶ τίμιον ἀποθέμενος· οὐράνιον δὲ δόξαν ἐνδοθεν ἀμφιέσάμενος καὶ τιμὴν, καὶ ἐν χαρᾷ ἀνεκλαλήτῃ καὶ δεδοξασμένῃ, πάσης οὐρανίας ἱεραρχίας ὑπερκοσμίως αὐτὸν παραπεμπούσης καὶ δορυφορούσης, τῷ προσώπῳ τῆς μεγαλοπρεποῦς δόξης κατενώπιον Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐφανισθησόμενος εἰσφει· ὅν καὶ στέφανον δόξης καὶ περιβολὴν ἀφθαρσίας καὶ ζωὴν αἰώνιον, καὶ βασιλείαν ἀσάλευτον κεκλήρωται.

Ταῦτα πάντα ταῖς ἱστορίαις καὶ ταῖς κρείττοσιν ἢ κατ' ἐμὲ θεολογίαις κίρεις, προσαγορεύω σε τὴν κεχαρισμένην Θεῷ καὶ λίαν πεφιλημένην κεφαλὴν. Χαῖρέ μοι, τῶν ἀποστόλων σεβασμιώτατε καὶ ἀξιωμακαριστότατε. Χαῖρε, ὅτι τὸ τῶν χρημάτων τελώνιον ὡς ἄγος, ὡς μίασμα καταλιπὼν, τὴν τῶν χαρισμάτων Θεοῦ πεπλοῦτηκας περιουσίαν, καὶ ὡσπερ ὑποδείγματι τῶν νοουμένων, τῇ τῶν ὀρωμένων χρησάμενος ἀρπαγῇ, εὐθυδόλως πρὸς τὴν ἐκείνων λῆψιν, εἶπ' οὖν ἐπαινετὴν ἔδραμες ἀρπαγῆν· καὶ τοσοῦτω τὴν ἀμεμπτον ἐπλεονέκτησας πλεονεξίαν, ὅσῳ τῆς μωμητῆς ὑπερανέστης· ἐκείνης δὲ τοσοῦτον ἀπηλλοτριώθης, ὅσον ταύτῃ σαφῶς προσφκειώθης.

Χαῖρε, μάκαρ, αὐτόπτα τῆς ἀληθείας καὶ θεόπτα· ὁ τὸν ἀτίμητον θησαυρὸν ἐβρών, ὡς ἐν ἀγρῷ τῇ καρδίᾳ κρυφίως κατακεχωσμένον, καὶ ἀπὸ τῆς χαρᾶς ἀπελθὼν, καὶ πάντα ὅσα εἶχες πεπραχῶς, καὶ τὸν ἀγρὸν ἐωνημένος, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ κεκρυμμένον θησαυρόν· καὶ οὐ μόνος τοῦ ἀμιάντου καταπολαύων πλοῦτου, ἀλλ' ἐκ τοῦ τῆς καρδίας περισσεύματος τὰς ὅλας πλουτίζων τῶν ἀνθρώπων γενεάς.

Χαῖρε, ὅτι πρῶτος αὐτὸς τοῦ Παρακλήτου κατέστης ὑπογραφεύς· πρῶτος τὴν ἀλήθειαν ὧν ἀκήκοας θεοῶρημοσυνῶν, ὧν ἐώρακας ἱεροτελεστιῶν, οὐ μόναις ἐκρίνας πιστεῦσαι τῶν ἀνθρώπων ἀκοαῖς· ἀλλ' εὐλαβήθης, μὴ τῷ χρόνῳ τὰ θεῖα νοθευθῇ, καὶ τὰ καθαρὰ βυπωθῇ, καὶ τὰ ἅγια βεβηλωθῇ· διὸ καὶ βιβλίους ἐγγραφῆναι, καὶ τῇ οἰκουμένῃ παρακεμφθῆναι, καὶ εἰς ἀπαντας εὐτως ἐλθεῖν τὸ ὑψηλὸν εὐαγγέλιον ἀγαθοπρεπῶς καὶ ἀφθόνως, ὡς τοῦ ἀγαθοῦ μόνου πιστοῦς ὑπηρέτης, ἐδοκίμασας, ὡς ἂν πᾶν-

Cuncta quidem beatissimi evangelistæ præclara gesta, quantaque sermonibus labiorum munere prodeuntibus divine augusteque docens Christum clarificaverit, ac quanta per Spiritum omnium conditorem operans, eosque ad quos eum gratia amandaverat in stuporem agens, Deum magnificaverit: quemadmodum etiam ad extremum Hierapolim Syriæ veniens, confertaque hominum concione Jesum laudans, divinisque prædicationibus eximie Christum celebrans, atque eos qui per ipsum credidissent, Domino adjungens, sanctamque et immaculatam Ecclesiam exstruens; inque eum modum sancte, et ut ejus dignum erat vocatione, Dei functus martyrio, ad Regem suum et Dominum Deumque profectus sit; velut quidem tunica sancto ac venerabili deposito corpore, cœlestem vero intus indutus claritatem atque honorem; inque gaudio inenarrabili et glorificato, omni cœlitum sacro principatu pompa mundo superiori deducente ac stipante, vultui magnificæ gloriæ coram Deo in Christo Jesu appariturus, ingressus sit: quem et coronam gloriæ et indumentum incorruptionis, vitamque æternam ac regnum inconcussum adeptus est¹⁰.

Hæc nimirum omnia historiarum monumentis, ac potioribus, quam pro mea facultate divinis exornata sermonibus sinens, in tui desinam salutationem, Deo gratum ac valde amicum caput! Salve sis, apostolorum venerabilissime, ac merito beatissimi titulo prædicande. Gaude, quod tanquam piaculo ac contaminatione relicto pecuniarum portorio, donorum Dei substantia locuples evasisti, velutque eorum quæ animo intelliguntur exemplo, rerum in aspectum cadentium rapina usus, recta ad illa capienda (laudabilem scilicet eorum rapinam) cucurristi: tantoque innoxia illa plus habendi libidine vicisti, quanto culpabili emersisti: tantoque ab hac magis alienatus avaritia es, quanto te illi aperte devinxisti.

Salve sis, beate, qui ipsis oculis veritatem spectasti, ac Deum vidisti: qui longe pretiosissimum thesaurum velut in agro, in corde occulte defossum invenisti, ac præ gaudio vadens, quæ habebas omnia vendidisti, agrumque propter latentem in eo thesaurum coemisti¹¹: nec solus incontaminatis divitiis frueris, sed ex cordis abundantia cunctas hominum ætates illis impartiris.

Salve sis, quod primus ipse Paraclito a secretis exstitisti. Primus divinorum, quos audieras, sermonum veritatem, ac, quæ videras, sacramentorum fidem, solis hominum auribus condendam haud putasti; sed veritus es ne divina temporis lapsu adulterarentur, ac pura contaminarentur, sanctaque profanarentur. Quamobrem etiam ut libris conscriptum in orbem transmitteretur, atque in eum modum ad omnes veniret sublime Evangelium, boni indole ac sine invidia, tanquam illius qui solus

¹⁰ 1 Petr. i, 8; Hebr. ix, 24. ¹¹ Matth. xiii, 44.

lous est, fidelis minister, operæ prelium existimasti; quo scilicet omnes illuminentur et erudiantur, et ad religionis cultum provocentur.

Salve sis, quod et reliquorum deinceps evangelistarum probum exemplar existitisti, tuaque æmulatione etiam illos ad sacri Evangelii conscriptionem movisti, et ut omnes Ecclesias ædificarent, incitamento fuisti.

Gaude et exulta, amice Dei fidelissime, Verbi minister probatissime, ac Paraclæti scriba sacratissime: memorque tui memorum, ac eos benedicens qui te benedicunt, ac sanctificans qui sanctificant, ducas nos, o beate, et dirigas in Christo Jesu, immaculatosque Paraclæto exhibeas, unius principatus et sanctitatis ac vitæ auctori, Trinitati, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XII.

Laudatio sancti ac celebratissimi apostoli Simonis Zelotæ.

Quam læta hodie dies, insignisque festivitas ac jucunditatis plena! Etenim omnes quidem dies, fe-

(50) Simonem Cananitem, Lucas, Hebraicam vocem interpretatus, Zelotem vocat, Luc. vi, 15, et Act. i, 13; quo cognomine distinguunt evangelistæ a Simone Petro. Fædo errore Synax. nostrum Tilian. εἰς τῶν σ' ὧν· cum esset unus de septuaginta, voluit scribere τῶν ιβ', unus de duodecim, nec enim aliter de illo loquitur quam Menæa edita: cunctaque apostolorum primi ordinis officio sonant; nec de eo cuiquam aliud, sic clara Evangelii luce, in mentem venit, aut venire potuit. Græci in Menæis editis eundem faciunt cum Nathanaelo, qui legitur Joan. i a Philippo adductus ad Jesum. Volunt etiam edita fuisse sponsum, quando Jesus vocatus ad nuptias, aquam in vinum vertit; quo miraculo inter familiares discipulos, illi adhæserit. Sed hæc minus certa, carentque majorum auctoritate. Nec liquet Nathanaelem inter apostolos fuisse cooptatum; etsi alii, minori fundamento, eum ipsum Bartholomæum putent: sponsum vero, Joannem evangelistam. Falluntur etiam, qui quasi ab oppido Cana, Cananitem dictum volunt, et non potius a κάρ, quod sic bene Lucas, ζῆλωτής interpretatus sit; quomodo et LXX eam vocem reddiderunt Exod. xx, 5, et alibi. Ac vel hinc ruit commentum illud de Simonis nuptiis in Cana Galilææ, quasi domi et in propria urbe carum convivium dederit. Drusius existimat, aliunde forte dictum Cananitem, aliunde Zelotem; et primum quidem a patria (Cana scilicet), alterum ab alio quopiam. Verius tamen apparet idem esse nomen, undecunque Simoni hæserit, sive erat ex illorum numero qui ζῆλωτῆς vocabantur, de quibus Theophyl. in Acta, Suidas et alii; qui alio modo Ἐσσαῖ dicebantur; sive istud a familia cognomen habuit, vel potius a virtute ejusque præstantia illud nactus est, uti in Petro et filiis Zebedæi se res habuit, quos sic Dominus certa mysterii ratione novo nomine auxit, ut scite Nicetas exponit: ob fidei scilicet firmam immobilemque constantiam, et ob magnificentiam prædicationis. Excelluisse verbi præconio vereque Evangelii tonitruum existisse Jacobum argumento est, ipsa illius maturata passio, ac qua apostolis reliquis, Herodis Agrippæ et Judæorum æmulatione, velut prædicationis munere atque vi cunctis antistes, præiit: quæ certe singularis laus est nostri Simonis, sic Luca interprete, quartum in apostolis esse, quem Dominus sic novo titulo atque nomine auxerit.

Α τὰς φωτίζονται, καὶ πάντες παιδεύονται καὶ πρὸς θεοσέβειαν παρακαλῶνται.

Χαῖρε, ὅτι καὶ τῶν μετὰ σὲ εὐαγγελιστῶν ἀρχέτυπον γέγονας ἀγαθόν· καὶ ὁ ἐκ σοῦ ζῆλος κάκεινους πρὸς τὴν ἱερὰν τοῦ Εὐαγγελίου κερκίνηκε γραφὴν, καὶ πρὸς οἰκοδομὴν τῶν ὅλων ἠρέθισεν Ἐκκλησιῶν.

Χαῖρε καὶ ἀγαλλία, φίλε Θεοῦ πιστότατε, ὑπηρέτα τοῦ Λόγου δοκιμώτατε, καὶ τοῦ Παρακλήτου μυστικώτατε γραμματεῦ· καὶ μεμνημένος τῶν μεμνημένων σου, καὶ τοὺς εὐλογοῦντάς σε εὐλογῶν, καὶ ἀγιάζων τοὺς ἀγιάζοντας, ὀδηγήσαις ἡμᾶς, ὦ μακάριε, καὶ κατευθύναις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· καὶ ἀμώμους τῷ Παρακλήτῳ παραστήσαις, τῇ μοναρχικῇ καὶ ἀγιαρχικῇ καὶ ζωαρχικῇ Τριάδι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ ΙΒ'.

Εἰς τὸν ἅγιον καὶ πανεύφημον ἀπόστολον Σίμωνα τὸν Ζηλωτὴν (50).

Τί παιδρὰ σήμερον ἡ ἡμέρα, καὶ εὐσημος ἑορτὴ, καὶ θυμηδίας μεστή· καὶ γὰρ πᾶσαι μὲν ἡμέραι,

Nusquam Nicetas aut Græcorum Menæa vel Nicephor. Dominicæ affinitatis seu cognationis, in eo meminerunt: proinde alium censent, nedum a Juda Thaddæo vel Lebbæo; sed etiam a Simone Cleopha, vel, ut alii, Simeone, qui Jacobo fratri in sede Hierosolymitana successit, ac crucis supplicio, Trajano imperatore, cum centum viginti annorum esset, Davidici generis invidia sublatus est, ut ex Hegesippo refert Eusebius l. iii, c. 11 et 32. Abdias tamen, germanum fratrem facit, cum Juda, qui et Thaddæus, et cum Jacobo; vultque omnes ex Cana Galilææ oriundos, parentibus Alphæo et Maria Cleophae filia: solum vero Jacobum, Josepho patre natum, eamque ob rem fratrem Domini peculiariter vocitatum: quæ multa implicant, aliis non satis consona, aut pluribus recepta: quamvis fere nostrates, quidquid de Simone, ejusque præcipue in Perside exitu dixerunt, ex cœnoso hoc fonte accepisse noscantur. Orig. Matth. xiii, 55, ubi de fratribus Domini sic nuncupatis, *Et fratres illius Jacobus et Jose et Simon et Judas*, laudata Judæe epistola paucorum quidem versuum, sed plena efficacibus verbis gratiæ cælestis (quod illius grave testimonium est), de Josete et Simone subdit, *nihil se compertum habere*: sive alias ipsum Simonem Cananitem seu Zelotem existimavit, sive, quod Hegesippus prodidit, longe ab eo diversum putavit; nec apostolum ex duodecim, sed communem discipulum. Rosweidi vetus martyrologium Romanum, quo brevius ac simplicius, hoc verius: v Kal. Novembr. *Simonis et Thaddæi apostolorum*. Voluitque Corbeïense Dacherii eadem simplicitate, etsi in eo aliquid luxatum est, dum *Zelotis* cognomen, non Simoni, sed Judæe ascribit: ac si duo cognomina, Cananæus et Zelotes, alterumque Simonis sit, et Judæe alterum; *Et alibi sanctorum apostolorum Simonis Cananæi, et Judæe Zelotis*. Quod alibi dicit, nec certum locum assignat, ut illi moris est, indicat ejus auctor ignotum habuisse, quo loco fuerint consummati, ac vel non legisse Abdiam, vel illius commentum de apostolorum simul in Perside martyrio, quale narrat, respuisse; quod sic avide hauserunt Ado Romanæque tabule, nedum recentiores, sed et paulo antiquiores, sæpius Lugd., Parisiis, etc.; ante novam recensioem, recusa. Et sane consensit gentium illarum traditio, qui sibi Judam Thaddæum seu Lebbæum vindicant apostolum, ejusque

ἐορταί Κυρίου, καὶ πᾶσαι πλήρεις ἀγαλλιάσεως καὶ A πνευματικῆς χαρᾶς αἷτιαι, τοῖς Πνεύματι Θεοῦ ἀγομένοις· πάσαις γὰρ ἡ σοφία τὰς τῶν ἀγίων αὐτῆς ἐπιμερισμένη μνήμας, καὶ τούτοις ὡσπερ ἄστρων ἐπιτελεῖς τὸν ὅλον τοῦ ἐνιαυτοῦ στέφανον εὐλογοῦσα καὶ κατακοσμοῦσα, πάσης ὅσαι ἡμέραι τερπνότητος, καὶ χαρμολύνης τὰς τῶν εὐσεβῶν ἀναπίμπλησι ψυχάς· μάλιστα δὲ τῶν ἡμερῶν αὐταὶ φαῖδρα, καὶ χαρίεσσα ἐνείσαι τοῖς φιλοθέοις τὴν τερπωλὴν, καθ' ἃς τῶν ὑψηλῶν ἀποστόλων ἕκαστος τὴν γῆν ἀφείλ, ἀνέπτη πρὸς τὸν οὐρανόν· καὶ τῶν ὑπὲρ τοῦ διδασκάλου πόνων ἀπαλλαγίς καὶ τοῦ θανάτου, πρὸς τὴν ἀνώδυνον καὶ τὴν μακαρίαν ἐν αὐτῷ μετέστη ζωὴν.

Ὅσπερ γὰρ οἱ κατ' οὐρανὸν ἀστέρες, πάντες μὲν λαμπροὶ τὴν φύσιν καὶ διαυγεῖς, οὐ πάντες δὲ ὁμοίως φωτὶ λάμπουσιν· Ἄστηρ γὰρ, φησὶν, ἀστéρος δια- B φέρει ἐν δόξῃ· οὕτω δὲ καὶ αἱ ἡμέραι πᾶσαι μὲν ἐπίσημοι καὶ εὐφρόσυνοι, διὰ τοῦς μνημονευομένους ἐν αὐταῖς ἁγίους· οὐ τῆς ἰσῆς δὲ πᾶσαι χάριτός εἰσι μεταδοτικά. Κατὰ τοσοῦτον δὲ τῶν ἄλλων αἱ τῶν δωδεκα μῆμαι τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν, τῷ τε μεγέθει τῆς δόξης καὶ τῇ τῆς λαμπρότητος ὑπερβαλλούσῃ παρουσίᾳ, καθόσον καὶ αὐτοὶ τῶν ὄλων ἀγίων τῇ μεγαλειότητι τῆς ἁγιότητος ὑπερανέβησαν.

Ὁὐκοῦν ἀγαλλιασώμεθα σήμερον καὶ εὐφρανθώ- μεν, καὶ τῆς ἀποστολικῆς μνήμης καὶ χάριτος κα- τατροφῶντες, τῆς ἡμέρας πνευματικὴν ἐορτὴν συ- στησώμεθα καὶ δημοτελῆ· καὶ πᾶσαν μὲν ἐργασίαν σωματικὴν, πᾶσαν δὲ μέριμναν καὶ βιωτικὴν ἀφέ- C μενοι φροντίδα σχολάσωμεν καὶ γνῶμεν τίς ὁ τῆς ἡμέρας ταύτης φωστὴρ καὶ τῆς θαυμασίας χάριτος ἀρχηγός· γνῶμεν τίς ὁ τῆς ἐορτῆς ἑξαρχος, καὶ ἐν τινι σήμερον ὁ τῆς δόξης εὐδόκησεν ἐνδοξασθῆναι Θεός.

Βούλεσθε ἀνακηρύξω τὸν ἡμᾶς ἐπὶ τὴν αὐτοῦ ξε- ναγωγούντα μνήμην; ἢ πᾶσι καταφανές, ὅτι Σίμων ὁ μέγας ἀπόστολος, ὑπόθεσιν ἑαυτὸν λαμπροτάτης πανηγύρεως ταῖς Ἐκκλησίαις παρασχόμενος, τῆς πνευματικῆς ἡμῶν εὐφροσύνης καθηγεῖται καὶ χαρ- μονῆς. Σίμων, ὁ τῆς ὑψηλῆς δωδεκάδος τῶν μαθη- τῶν εἷς. Ὁ πᾶσαν μὲν τῶν κορυφαίων ἀρετῆν, πᾶ- σαν δὲ χάριν τοῦ Πνεύματος ὁμοίως ἐκείνοις καὶ

sta Domini; omnesque exultationis pleni, ac spiri- talis gaudii causa, his qui aguntur Spiritu Dei¹². Cunctis enim sanctorum suorum memorias disper- sita sapientia, iisque velut astris orientibus om- nem anni benedicens et perornans coronam, omni quotidie voluptate et gaudio piorum animos adim- plet¹³. Inter reliquos tamen dies illi maxime læti, ac qui gratam religiosi animis jucunditatem inji- ciant, per quos sublimium quisque apostolorum di- missa terra, in cœlum evolavit; laboribusque ma- gistri causa desudandis ac morte liberatus, ad do- loris nesciam atque beatam in illo vitam commi- gravit.

Quemadmodum enim quæ cœli axem ornant, cunctæ quidem natura splendida ac pellucidæ stellæ; non omnes tamen pari fulgent radiorum jubare; *stella enim, inquit, differt a stellu in cla- ritate*¹⁴; sic etiam omnes quidem dies insignes et læti, ob sanctorum illis consignatas memorias: at non ita comparatum, ut eadem omnes impartiant gratia. Tantum autem duodecim Christi discipulo- rum memoriæ, tum claritatis magnitudine, tum splendoris abundantia præstant, quantum et illi sanctos reliquos sanctitatis magnificentia supera- runt.

Igitur exultemus hodie et lætemur, apostolicæque memoriæ atque gratiæ munere perfruentes, spiri- talem populique omnis conventu celebrem diei fe- stivitatem constituamus: omnique corporali opere omnique sæculi sollicitudine curaque posthabitis, vacemus ac intelligamus, quodnam hujus diei si- dus ac admirandæ gratiæ auctor. Intelligamus quis solemnitatis auspex, ac in quonam hodie Deus glo- riæ voluit glorificari.

Vultis prædicem, quis non recolenda sua memo- ria hospitio excipit? Annon omnibus liquet, ma- gnum Simonem apostolum esse, qui seipsum splen- didissimæ solemnitatis argumentum Ecclesiis præ- bens, spiritalis nobis lætitiæ atque gaudii auctor et auspex existit? Nempe Simon unus e sublimi duodecim choro; qui omni quidem coryphæorum virtute, omnique Spiritus gratia consimili illis ra-

¹² Rom. viii, 14. ¹³ Psal. lxiiv, 12. ¹⁴ I Cor. xv, 41.

hactenus exuviis glorientur, non sic Simonis, quod D et Patrum nostrorum Majoris Armeniæ domi com- munerantium testimonio mihi confirmatum est. Quæ monumenta habeant Britannicæ Ecclesiæ, Simonis apud eos apostolatus et consummationis, sive illius crucis, quæ sic Græcorum traditioni respondeant, me latet. Et certe bene est, quod tanto Græci con- sensu Simonein Occidentis apostolum scribunt, ejusque res ac itinera, nihil fere minora quam Thomæ per Orientem ad Indiam usque, Nicetas exornat. Utque peragrata Cyrene et Africa in Bri- tanniam venerit, tantaque in ea apostolica virtute patravit, haud putandus non salutasse Gallias, ni- hilque illis contulisse; aut eas solas, quæ nobil- lissima portio erant imperii Romani, primorum apostolorum vestigia non meruisse. Undecunque vero orta Græcorum hæc traditio, liquet antiquis

ignota fuisse; nec ejus quidquam Bedæ comper- tum fuisse, qui etiam minus accuratus Act. i, in Jacobo, Simone et Juda; de quo plura, ac de illius retractatione, ad nostram S. Hippolyti Synopsin; ex qua Sophron. alique sua hauserint de Simone Cananita filio Cleophæ, qui successit Jacobo in episcopatu Hierosolymitano, ibique sepultus est, martyrio functus sub Trajano; quod plane stramineum est, et ecclesiasticæ historiæ adversum, serioque Adoni improbatum. Ignota etiam Africanis illa Simonis in Africa peregrinatio et prædicatio, nulliusque veterum testimonio prodita, cum Do- natistæ post apostolos accepisse fidem Afros con- tenderent; nec Augustinus aliud posset opponere, quam Roma illos accepisse episcopos. Vide Bar. an. 44, 38.

lione, nulloque discrimine polleat; qui tamen ab una cum primis celebretur ac innotescat, qua reliquis abundantius fulsit; Simon cognomento Zelotes, pari nimirum primis pietate in Domium nobilitatus, qui tamen majori reliquis fervore ornatus, rite Zelotes (id est, æmulator) audiat. Id enim est zelus seu æmulatio, nempe fervor cum ratione sanoque consilio honoris Dei causa accensus, ac fidei tutamen certumque præsidium præstans. Hic nos hodie claro præconio lenique ac placido ad mysticas invitât epulas: seque ipse tanquam opiparam ac splendidam mensam apponens, suamque crucem, ac quibus crucifixi causa functus est, cruciamenta recteque facta ac virtutes velut immortales dapes offerens, convivas suos quam lautissime accipit ac habet.

Quis non igitur præsto ad solemnitatem occurrat? Quis ita segnis, ita negligens ac morosus; quisve sic mollis animique solutus, ut delicias ejusmodi, ut tantam jucunditatem talemque convivatorem contempserit? qui siempe [filius hominis cum esset, ac bonam animam sortitus fuisset, usque adeo tantaque diligentia seipsum excoluit, legisque documentis ac gratiæ placitis absolvit, ut Dei filius efficeretur ac existimaretur ¹⁰.

Vultis et disciplinæ modum, quo ad Patrem suum proventus est, discere? Præsto sum ut paucis referam: ac quæso aurem solertem atque animum accommodate. Ille nimirum morigero auditu ac fideli mente divina edoctus, intelligensque Domini oracula, atque hæc a puero in animum congerens, hactenus quidem cen rudimento lege instituebatur; carnalibusque justificationibus ac litteræ imperfectioni navans operam, inque illis exercens, ad gratiæ perfectionem præparabatur.

Quia vero qui litteram abrogaret et spiritum consummaret, venerat: ac lucernæ quidem lucendi tempus excesserat, justitiæ autem Sol illuxerat; atque noctis se moestitia subducente, jam oriens summos montium vertices illustrabat; non amplius figuris umbrisque distineri sustinuit: non ut deinceps pædagogus affixus illique assiduus esset, operæ pretium duxit: sed gravi illo jugo humeris excusso, jugum magistri suave imposuit; spretoque circumcisionis modesto onere, leve gratiæ onus elegit; ac relicto Mose, vocantem Jesum secutus est: qui nimirum suæ illi gratiæ radios affundens, propriæque gloriæ ac majestatis sensum immittens, atque sursum ducente spiritualiorique amore subvehens, ac indubia confirmans fide, regni que prædicati spe desiderioque contendens, sibi totum addixisset ac devinxisset, subtilissimæ mentis elevationibus abstrusissimisque contemplationibus sibi eum concilians aptausque.

Duplici vero jam ratione, vir beatissimus illi animum attendens, ac corpore quidem, quodque

A ἀπαράλλακτως καταπλουτών, ἀπὸ μιᾶς δὲ ἦν ἐκεῖνος τῶν πάντων περισσοτέρως κατωρθώσατο γνωρίζομενος. Σίμων ὁ καλούμενος Ζηλωτής· ἐπίσης μὲν τοῖς πρώτοις τῆ εἰς τὸν Κύριον εὐσεβείᾳ σεμνυνόμενος· πλείονι δὲ τῶν ἄλλων θερμότητι κοσμούμενος, εὐστόχως κέκληται Ζηλωτής· τοῦτο γὰρ ζῆλος, θερμότης κατὰ εὐλογιστίας ὑπὲρ τῆς τοῦ Θεοῦ τιμῆς ἀναπομένη, καὶ τῆ πίστει τὸ ἀσφαλὲς παρεχομένη. Οὗτος ἡμᾶς σήμερον διαπρυσίῳ κηρύγματι καὶ ἡσυχίᾳ πρὸς μυστικὴν πανδαισίαν συγκαλεῖ· ἑαυτὸν δὲ πολυτελῆ καὶ νοερὰν τράπεζαν προτιθεῖς· τὸν αὐτοῦ δὲ σταυρὸν, καὶ τὰ ὑπὲρ τοῦ ἐσταυρωμένου παθήματα καὶ ἀνδραγαθήματα ὡσπερ ἀκήρατα προβαλλόμενος ἐδύσματα, ἐν τούτοις τοὺς αὐτοῦ δαιτύμονας λαμπρῶς ὅτι μάλιστα δεξιῶται καὶ φιλοτιμεῖται.

B Τίς οὖν οὐκ ἀπαντήσῃ πρὸς τὴν πανήγυριν; Τίς οὕτως ῥάθυμος, οὕτως ἀμελής τε καὶ ὑπεροπτικός; τίς δὲ ἄχαυνος οὕτω καὶ ἐκκελυμένος, ὡς τοιαύτης τρυφῆς, τοιαύτης τερπνότητος καὶ ἐστιάτορος τοιούτου παραμελεῖν; ὡς Υἱὸς ὢν ἀνθρώπου, καὶ ψυχῆς λαχὼν ἀγαθῆς, ἐπὶ τοσοῦτον ἑαυτὸν δι' ἐπιμελείας ἐξησχέσατο, καὶ τοῦ νόμου τοῖς παραγγέλμασι, καὶ τοῖς τῆς χάριτος δόγμασι κατήρτιστο, ὡς Υἱὸν καταστῆναι καὶ λογισθῆναι Θεοῦ.

C Βούλεσθε καὶ τὸν τρόπον τῆς ἀναγωγικῆς αὐτοῦ πρὸς τὸν Πατέρα πολιτείας μαθεῖν; Ἐτοιμος ἐπιτεμεῖν ἐγὼ· καὶ μοι συνετὸν οὐς καὶ διάνοιαν ὑποσχεῖν. Ἐκεῖνος ἀκοῇ μὲν εὐπαθεῖ, διανοίᾳ δὲ πιστῆ, τὰ ἐνθεα λόγια τοῦ Κυρίου συνιεῖς, καὶ νηπιόθεν αὐτὰ συμβάλλων τῆ καρδίᾳ, τέως μὲν ἐστοιχειοῦτο τῷ νόμῳ, καὶ τοῖς τῆς σαρκὸς δικαιώμασι παιδοτριβούμενος, καὶ τῆ ἀτελείᾳ τοῦ γράμματος ἐγγυμναζόμενος, πρὸς τὴν τῆς χάριτος τελειότητα παρεσκευάζετο.

lissimi Dei amici, qui mentis agitatione, nullaque temporis mora orbem terrarum percurratis, vosque invocantibus divina affluenter munera tribuatis; gaudete, ut qui vero ac in se consistenti sanctorum gaudio convivatis. Gaudete, ut qui in regione, ac luce viventium, Deo vitæ placeatis. Gaudete, quod ita timueritis Dominum, ac sicut habent divina oracula, in ejus viis ambulaveritis; quamobrem etiam labores palmarum vestrarum comedetis; beati eritis et bene vobis erit. Gaude et lætare, cui a constantia nomen est, exque nominis ratione vere constantia enites, quia uxor tua sicut vitis abundans, Dei gratiarum botris, in lateribus, id est devexis, nulla in hominibus manum opera facti thflami tui, quia filii tui sicut novellæ olivæ, sanctissimi Spiritus pinguedine virentes, in circuitu spiritalis, prorsusque intemeratæ mensæ tuæ.

Verum nos quoque, o beatissime martyr, tuæ nos lætitiæ, benedictionis, ac felicitatis socios assume; ingruentiumque calamitatum molestias avertens, vitam mihi præcatam, religiosamque ac tranquillam largire, in Christo Jesu, cui est gloria, honor, adoratio in sæcula. Amen.

arbitrabantur. Cumque eduxissent, humi straverunt. Cepit vero eos qui præsentēs erant admiratio ac stupor, quod nec pilum unum ignis vis læsisset, eorumque cadavera nive candidiora essent. Territus itaque impiissimus imperator, recessit. Vulgus autem ac turba clamabat: Vere magnus est Deus Christianorum, unus solus verus Deus Christus, neque ullus alius est, qui sanctos suos servavit.

Porro Christiani clam furati sanctorum cadavera, in insigni ea loco deposuerunt: ac cum cessasset persecutio, exstructa oratoria domo hæc in ea collocarunt, sanctorum martyrum indicta memoria, ad 12 Kalendas octobris.

Hæc sanctorum ac inelytorum martyrum vita atque institutio: hic divini illorum ac gloriosi certaminis exitus. Quotquot igitur in animum inducunt, ut eorum agant memoriam, atque adiutores illos invocent, promissa bona consequuntur; quæ utinam nos omnes iis intercedentibus consequamur, gratia ac benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et potestas, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XIX.

Laudatio S. Hyacinthi Amastreni (1).

Acta Sanctorum Bolland., Julii tom. IV, die 17, ex editione Combefisii in Christi martyrum lecta Trias, Agarenico pridem mucrone sublatorum. Paris., 1668, 8.

CAP. I. — Prologus, Sancti patria, adhortatio ad suos populares, ut idololatriam deserant.

α'. Ἐπρεπεν ἄρα, πολλῶν καὶ τιμίων λίθων εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ Πνεύματι συνοικοδο-

1. Sane decebat, cum multi iique pretiosi lapides in Dei habitaculum in Spiritu coædificentur,

(1) Amastris, inelyta olim Paphlagoniæ civitas, de cujus origine, situ et episcopatu fuse actum est 21 Februarii in commentario prævio ad vitam sancti Georgii episcopi Amastreni, primam lucis usuram et gloriosam martyrii palmam sancto

Hyacintho dedit, sacrosque civis sui cineres postmodum religiose venerata est, uti in ipsis Actis huic commentario subjungendis legimus. Ex sacris Græcorum monumentis patet quam celebris quondam fuerit hujus martyris cultus: nam Menolo-

atque in eo celebri gloria habeantur (talibus enim A
 intelligens vitæque Dei civitas ipsa perfecta
 constructur atque conflatur) sacrum pariter divi-
 namque Hyacinthum una assumit; tantum scilicet
 spiritalibus sanctorum gratiis latisque fulgoribus,
 cunctorum fere sanctorum palam splendores viu-
 centem, illisque præmicantem, quantum et gratius

gium a Genebrardo editum, Horologium, Epitome
 Menologii, Typicum sanctæ Sabæ, Menæum Chiffle-
 tianum, aliæque Græcorum Synaxaria die 18 Julii
 annuam illius memoriam celebrant. Unde mirum
 est, martyrem adeo illustrem a Menæis impressis
 et Maximo Cytherorum episcopo prætermitti. Transit
 tamen ejus commemoratio in Menologium Slavo-
 Russicum, quod a prænobili Barone Sparwenseldio
 Latine versum eodem die sic eum annuntiat. « Sancti
 martyris Hyacinthi Amastridensis, qui post
 multa tormenta et dentium effractiones moritur
 in carcere. » Aliud vero Synaxarium Ruthenorum,
 a Georgio David societatis nostræ missionario
 Moscuæ anno 1688. Latine versum, hac eadem
 die sic habet: « Sancti martyris Hyacinthi in Vol-
 mastria. » Puto legendum « in Amastride; » nisi
 forte hæc urbs ita Russice appelletur, quod ignoro.

Synaxarium, jussu Basilii imperatoris col-
 lectum, prolixiori sanctum Hyacinthum ornat elo-
 gio, quod post nostrum tomum I Julii Græce edi-
 tum sic Latine reddo: « Hyacinthus Christi mar-
 tyr, piis ortus parentibus, filius fuit Theoclitii et
 Neonillæ sub Heraclio episcopo Amastridis. Qui
 quidem nomen ab angelo accepit, ac triennis
 Christi invocatione puerum mortuum excitavit.
 Crescente vero per ætatem virtute, usque ad sene-
 ctatem pervenit, cum interim fecisset multa mira
 opera; videns idololatrias arborem superstitiose
 colentes (erat autem ulmus inanis et quasi exhausta),
 excidit eam. Comprehensus igitur ad principem
 et Amastrenæ urbis magistratum ductus fuit,
 illique vehementer verberato evulsi sunt dentes:
 etiam ligatus funibus extra urbem tractus, acutis-
 que arundinibus punctus est. Postea in carcerem
 conjectus spiritum Deo tradidit. Reliquiæ illius
 collocatæ sunt in ipsa urbe, scatentes perpetuo
 medelis. » Brevi hoc elogio quædam continentur
 quæ in prolixioribus Actis non leguntur. In iis
 enim nomina parentum non exprimentur. Nulla etiam
 fit mentio de Heraclio Amastreno episcopo, vii
 nec de miraculo quod sanctus Hyacinthus triennis
 petrasse hic dicitur. Præterea arbor quæ in hoc
 elogio vocatur ulmus inanis et quasi exhausta,
 in Actis nostris nuncupatur lotus pulchra aspectu
 et grata frondium compositione luxurians.

Huic elogio serme consonant Excerpta nostra
 mss. ex Menæis bibliothecæ Ambrosianæ, quæ
 matrem sancti martyris Theonilam, et episcopum
 Amastrenum vocant Heracitum; principem vero
 Amastridis Canstricum. In fine autem adduntur
 sequentia: λέγεται παράδοξον καθ' ἕκαστον χρόνον
 ἐν τῇ μνήμῃ αὐτοῦ συμβαίνειν αὐτῷ. Ὑπὸ γῆν
 γάρδοντος τοῦ τάφου, ἐν ᾧ τὸ τρίμιον αὐτοῦ ἀπόκει-
 ται λείψανον, ὁμνῶντας παρὰ των συνελθόντων καὶ
 δεήσεως γινομένης, ἀναδίδονται χουῖς, ὅνπερ ὁ ἐπι-
 σκοπος ἐν τινι σκεύει δεχόμενος ἱερῶ τοῖς συνελ-
 θούσιν διανέμει εἰς ψυχῶν καὶ σωμάτων θεραπείαν
 καὶ ἰασην. Id est: « Dicitur singulis annis in illius
 commemoratione mira res per ipsum evenire: nam
 intra terram existente tomulo, in quo venerandæ
 illius jacent reliquiæ, dum ab iis qui convenerunt
 hymni et preces canuntur, egeritur pulvis, quem epi-
 scopus in sacro quodam vase suscipiens distribuit ad-
 vens ad animarum ac corporum medelam ac sanatio-
 nem. Ejusdem miraculi meminerunt Acta nostra.
 num. 20. Posteriori huic elogio seu Vitæ compendio
 simile admodum est supplementum ms. ad Menæa ex-

μουμένων, καὶ ἐν αὐτῷ δοξαζομένων· καὶ γὰρ τοῖς
 τοιοῦτοις ἡ νοερά τοῦ Χριστοῦ πόλις καὶ ζωσα κατ-
 αρτίζεται καὶ συγκροτεῖται· καὶ τὸν ἱερόν τε καὶ θεῖον
 Ὑάκινθον συμπαρσιλήθῃαι· τοσοῦτον ταῖς νοηταῖς
 τῆς ἀγιότητος χάρισι καὶ ἀγλαῖαις τῶν δλων σχεδὸν
 ἀγίων σαφῶς ὑπεραστράπτοντα, ὅση καὶ χαριστέ-
 ρας ἀπάντων τετύχηκε προσηγορίας· παντοίας γὰρ

cusa et Synaxario Sirmondi et ms. Chiffletii col-
 lectam, in quo episcopus Amastridis appellatur
 Heraclides, et præfectus ejusdem urbis Canstridius.
 Præter alias quasdam levioris momenti discre-
 pantias isti elogio præmittuntur hi duo versiculi:

Ὡς δὲ σπράδιον ὑάκινθινον, Ἄδης,
 Δέξει τὸν Ὑάκινθον αὐτῷ καλᾶμφ.

Ut gratum odorem floris hyacinthi, turm

Sic, Christe, in ipsa arundine Hyacinthum accipis.

Satis manifesta hic est allusio ad nomen sancti et
 florem hyacinthum. Dum autem de calamo vel
 arundine fit mentio, arbitror significari scapam
 seu caulam floris hyacinthini, et poetam Græcum
 voluisse alludere ad supplicium acutarum arundi-
 num, quibus idololatrae sanctum martyrem pu-
 pugerunt.

Quamvis in præcedentibus Græcorum fastis
 hic sanctus martyr die 18 Julii referatur, tamen
 in Menologio quod ex bibliotheca et interpreta-
 tione cardinalis Sirleti vulgavit Cangius tom. II.
 Antiquæ lectionis, sic legitur 17 Julii: « Eodem
 die sancti martyris Hyacinthi apud Amastridem.
 Illic ad Castrisium præsidem et Amastridis urbis
 magistratus eum ductus esset, Christianam fidem
 professus verberatur vehementer, evulsisque den-
 tibus per median urbem funibus trahitur, et acutis
 calamis vulneratur; postea conjectus in carcerem.
 Deo ipsi spiritum commendavit. Ex hoc Menologio
 haud dubie transit in martyrologium Romanum,
 quod hac die sic habet: « Amastride in Paphlago-
 nia sancti Hyacinthi martyris, qui sub Bastridio
 præside multa passus, quievit in carcere. Ad hæc
 martyrologii Romani verba notat Baronius, quod
 de eo agant: « etiam Græci hac die in Menologio,
 ubi et ejus passio describitur. » Id autem intelli-
 gendum videtur de Menologio Sirletiano, cum
 superius citata Græcorum monumenta, et additones
 Usuardinæ secunda ac tertia vice a Molano editæ
 die 18 Julii consignent. Nihilominus nos Romanum
 Martyrologium secuti, hac die eum collocavimus.
 Nunc de ipsius Actis pauca præfabimur.

Nicetas, cognomento Paphlago, qui post
 medium sæculi noni vixit, in laudem sancti Hy-
 acinthi martyris Amastreni orationem panegyricam
 composuit, in qua quidem gesta fortissimi athlete
 rhetorica facundia exornat, sed nullam vitæ aut
 passionis epocham indicat. Posset ea utcumque
 colligi ex elogiis supra relatis, si de episcopi vel
 præfecti Amastreni, illic memorati, ætate constaret.
 Sed cum eam hactenus frustra quæsiverim, nihil
 certi statuere possum, nisi quis me felicior illam
 alicunde eruerit. Castellanus quidem in suo Marty-
 rologio universali martyrem nostrum hac die an-
 nuntians notat in margine sæculum iv. Sed cum
 nullum suæ assertionis argumentum afferat, et in
 hujusmodi epochis figendis non raro hallucinetur,
 ei sine testibus pronuntiamini fidere non ausim.
 Quare martyrii tempus cogor indeterminatum re-
 linquere, donec quis, ut dixi, illud ex antiquis mo-
 numentis probatum ostenderit. Nihil jam superesse
 video, nisi ut orationem panegyricam, a Niceta
 Paphlagone Græce conscriptam, et a fratre Fran-
 cisco Combefisio Dominicano ex ms. codice cardi-
 nalis Mazarini una cum interpretatione Latina
 Parisiis anno 1666 editam, hic denuo prelo sub-
 jiciamus.

νηπιόθεν ὁ θαυμασιώτατος ἀναγόμενος ἀρεταῖς, πᾶσι δὲ θεοῖς τοῦ Πνεύματος συγκροτούμενος χαρίσματι, ἐν πολιᾷ δὲ βαθεῖα λαμπρὸν καὶ περιφανὲς τὸ μαρτύριον ἀποδοῦς τῷ Θεῷ, λαμπρῶς ὅτι μάλιστα καὶ τῆς ἀναρρήσεως καταξιοῦται.

β'. Τοιγαροῦν ἐπαινέσωμεν καὶ ἡμεῖς τὸν ἀξιοπαί-
νετον τοῦ Θεοῦ παῖδα τὸν ἀξιόθεον, τὸν ἀξιοπακά-
ριστον Ἰακίνθον, τὸν νοητὸν, καὶ τίμιον τοῦ Θεοῦ
λίθον, τὸν ἐμφυχον, τὸν ζῶντα, τὸν νοερὸν, τὸν οὐρανίῳ
τοῦ Πνεύματος φρονήματι οἷα λαμπρῶ καὶ οὐρανοθα-
φει χρώματι κατακόρως οὕτω χρωρνύμενον καὶ
κλειζόμενον, ὡς μέρος καὶ αὐτὸν τοῦ στεφάνου τῆς
δόξης τοῦ τῷ Παμβασιλεῖ πλακέντος ἀναδείκνυσθαι.
Τοῦτον σήμερον κατὰ τὴν ἐτήσιον αὐτοῦ καὶ ἱερὰν
μνημοσύνην, εἰς ὑμνησιν ταῖς Ἐκκλησίαις προσιθέ-
μενον τοῖς τῶν λόγων ἀνθεσι, κατὰ δύναμιν καὶ
ἡμεῖς ἀναδησώμεθα· καὶ τῶν μαρτυρικῶν ἀγῶνων
γενναίως αὐτὸν μακαρίσαντες, καὶ τῶν τῆς μαρτυ-
ρίας ἐπάθλων· διὰ ταῦτα κοινωνήσαντες, αὐτῷ τε
χρέως χαριέστατον ἀποδώσομεν, καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ
Ἐκκλησίᾳ τὴν ὀφειλομένην προσοίσωμεν οἰκο-
δομήν.

γ'. Ἐκείνῳ πατρὶς μὲν ἡ ἀνω Σιών, ἡ λαμπρὰ
πάντων ἀγίων νοερά τε μητρόπολις καὶ πιστὴ· πα-
τήρ δὲ ἀληθὴς ὁ Θεός· μήτηρ δὲ ἡ χάρις τοῦ Πνεύ-
ματος· ἡ τοσοῦτον δι' ὑδάτος ἀναγεννώμενον ἀνωθεν
ἐνδύσα, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ φυσικὴν εἰς ὑπερφυῆ μορ-
φήν μεταποιούσα καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας Θεοῦ,
καὶ εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος προάγουσα
Χριστοῦ, δοκιμώτατον ἐπὶ τέλει μάρτυρα τοῦτον,
καὶ ἀξιολογώτατον Κυρίῳ παρίστησιν ἀθλητήν.
Ἄλλ' οὐδ' ἡ κάτω πατρὶς ἄσημος· οὐδ' ἀνώνυμοι
καὶ ἀγενναῖς τῷ Ἰακίνθῳ τοκεῖς. Ἀμάστρα δὲ
τοῦτον ἐνφύσασα καὶ τιθηνήσασα, καὶ ὑπὸ γονεῦσιν
ἐπισήμοις τε τοῦτον ἀναθρεψαμένη καὶ πιστοῖς,
ἔλαθε τὸν αὐτῆς προβαλλομένη πολιοῦχον καὶ πολι-
στήν.

δ'. Ἀμάστρα, ὁ τῆς Παφλαγονίας, μᾶλλον δὲ τῆς
οἰκουμένης, ὀλίγου δεῖν, ὀφθαλμῶς, εἰς ἣν οἱ τε τὸ
βόρειον τοῦ Εὐξείνου μέρους περιοικοῦντες ἔχουσι,
καὶ οἱ πρὸς νότον δὲ κείμενοι, ὥσπερ εἰς τι κοινὸν
συντρέχοντες ἐμπόριον, τὰ παρ' ἑαυτῶν τε συν-
εισφέρουσι, καὶ τῶν παρ' αὐτῆς ἀνειλαμβάνουσι·
πόλις, ἐφ' ἧς τε πάσης λήξεως καὶ ὁσπερίου μεταξὺ
κειμένη· οὐδενὶ μὲν τῶν ἀπὸ γῆς ἢ θαλάσσης ἀγω-
γίμων σπανίζεται· πᾶσι δὲ τοῖς ἐπιτηδείοις δαψιλῶς
εὐθηνούμενη, οἰκοδομήμασι τε λαμπροῖς καὶ τεύχεσι
καρτεροῖς, ναὶ δὴ καὶ λιμέσι καλοῖς, καὶ οἰκήτορσιν
ἀνωθεν περιφανεστάτοις κεχηρμένη, ἐνὶ ταύτῳ, τῇ
εἰς τὸν Θεὸν εὐσεβείᾳ, μικρῶ πάντων ἀνθρώπων
ἡλαττοῦτο. Καὶ σκοπεῖτε τὸ εἶδος ἐκείνων ἀγνοσίας
ἢ δεισιδαιμονίας βάθος· οὐ γὰρ ἐν ἀνθρώπων ἢ ζώων
τινῶν ὁμοιώματι τὴν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ δόξαν
ἐναλλάττοντες, ὥσπερ Ἑλλήνων καὶ Αἰγυπτίων οἱ
πλείους, τὸ σέβας τοῖς δαίμοσιν ἀφοσιοῦντο, δένδρω

omnibus nomen obtinuit. Omni enim virtutum
genere ab infantia, vir summe admirandus, pro-
vectus, cunctisque divinis Spiritus gratiis con-
fertus, alta senectute claro illustrique Deo martyrio
reddito, quam maxime splendido præconio do-
natus.

2. Itaque nos etiam dignum laude Dei famulum
laudibus prosequamur : virum scilicet Deo dignum,
digne prorsus beatificandum Hyacinthum ; spiri-
talem pretiosamque Dei lapidem ; animatum, vi-
ventem, intelligentem, cælesti Spiritus sensu,
velut claro cælestique colore saturo æther imbutum
ac collustratum, ut et ipse coronæ gloriæ, summi
omnium Regis plexæ capiti, pars eniteat. Hunc
hodie, annua ejus sacraque memoria, in laudis
argumentum Ecclesiis propositum, sermonum flo-
ribus, quoad per facultatem licuerit, nos quoque
coronemus ; quoque martyrii sincere agones de-
sudarit, beatum prædicantes, martyriique inde
præmiis communicantes, cum illi lepidissimum
reddemus debitum, tum Dei Ecclesiæ debitam
nihilominus ædificationem, gratamque offerimus.

3. Illi patria quidem superna Sion, clara san-
ctorum omnium mentiumque metropolis ac fidelis ;
verus autem pater, Deus : mater vero, gratia
Spiritus ; quæ sic per aquam denuo (seu mavis,
superne) regeneratum subierit infuderitque, na-
turalem in eo formam eximiam, ac, quam pro
naturæ rationibus nobiliorem demutans, ad Dei que
veritatis agnitionem ac mensuram saturæ ple-
nitudinis Christi provehens, ut probatissimum lau-
dem martyrem, ac spectatissimum Domino athle-
tam reddiderit. At ne terrena quidem patria igno-
billis ; nec obscuri exque plebis sæce Hyacintho
parentes exsistere : quin Amastris eum sustulit
et educavit, clarisque ac nobilibus fidelibusque
parentibus a lens nesciens pene patronum suum
auctoremque ac principem protulit.

4 Amastris nimirum, Paphlagoniæ (quin potius
orbis fere totius) ocellus ; ad quam circumvicini
Scythæ tam qui borealem maris Euxini plagam ha-
bitant, tum qui ad austrum positi sunt, velut ad
communem concurrentes emporium, tum suas ipsi
inferius aperces, tam ab ea recipiunt : Urbs scili-
cet media fere Orientis omnis ditionis Occidentis-
que constituta ; nullius terra aut mari comitatus
penuria laborans, cunctisque opportunis affluenter
abundans ; splendidisque ædificiis, civibusque olim
illustrissimis usa, uno hoc (pietate scilicet in Deum
ac religione) mortalibus propemodum omnibus in-
ferior erat. Nam, quæso, illorum ignorantiaæ seu
superstitionis altitudinem quanta foret, attendite.
Non enim in hominum aliquorumve animalium
similitudinem incorruptibilis Dei gloriam commu-
taverant ; qua ratione Græcorum plures ac Ægyp-
tiorum, dæmonibus cultum adhibebant : sed cui-

dam arbori, apud eos lotus (2) nuncupatae, pulchrae aspectu, ut par est, grataque frondium compositione eluxurianti animum attendentes, supraque modum insipienti illecti animo, atque ejus victi pulchritudine, deum ipsam vocitantes, sacerdotibus ministris hostiarumque religione placandam decreverant.

5. Sic nimirum tamque immane auctus stupor sensusque omnis absentia, omnis sensus luce carenti arbori ipsos addicebat. Id vero etiam illius manus opus, qui a principio homicida est¹. Is nempe quod a veritate, quae una solaque est, pariter secedere ac moveri praestiterat, innumeris deinceps erroribus diversissimisque generis superstitionibus noxam inferebat. Quam itaque dicebam, civitas, dira quam adverso lumine stoliditate, majorum traditione accepta, absurdaque inolito vulgi errore opinione, cultum arbori adhibens, a vera Dei cognitione ac fide eum in modum aberrabat. Non tamen futurum erat ut eam Christi providentia negligeret, vel in fine contemneret. Quia nobilem hanc Deoque satam opportune producit stirpem. Nempe stirpem vitae sanctae, perfectique animi ac Dei veritatis plenam, adversus erroris stirpem exsuscitat.

6. Sancti igitur Hyacinthi ipsam primo quasi germine editionem, ei scilicet ab infantia omnipotentis Spiritus afflatum comitem ac operationem, mirabiliumque operum exhibitionem (3): novit enim Sapiencia ex ipsa vulva qui illius necessarii sint sanctificare; ac quos suis agiles munitis fore praescivit ac industrios, liberoque animi nutu ac voluntate virtutem electuros, max ac prima formatione in rerum naturam subierint, eorum certis quibusdam iudiciis quandoque futuram gloriam designare ac claritatem) haec, velut quae non humanae voluntatis, sed Dei liquido opera existant, illis referenda relinquemus (4), quibus animo constitutum, ut ejus rerum texant historiam. Quod vero non solum divinae gratiae, sed et victricis palam athletae animi voluntatis fructus est illiusque dignum illi opus, hoc mihi visum ut laudibus celebrem, admirandisque sacri martyris fortis animi gestis factisque martyrum amantes animos mentesque laute excipiam. Quod enim prima alteraque aetate, ac deinceps omni pietate ac justitiae operibus peracta, vir beatus ad seniles jam annos evaserat; quanto ille longa aetate omnem Dei fidem virtutemque praestabat, tanto magis seculi cives, eorum more qui olim increduli fuerant, ejus, quam dicebam, arboris cultu mae-

δέ τινη τῶν παρ' αὐτοῖς, λωτῶ μὲν καλουμένῳ, ὡραίῳ δὲ τὴν θέαν, ὡς εἰκὸς, καὶ εὐθαλεῖ τὴν κατασκευὴν προσχόντες, καὶ τὸν ἀνόητον νοῦν ἀμέτρως καταθειλθέντες, καὶ ἠττηθέντες τῆς αὐτοῦ καλλονῆς, τοῦτο θεὸν νενομῆκασιν· ἱερεῦσί τε καὶ θυσίαις ἐξίλασκεσθαι ᾤοντο δεῖν.

ε'. Οὕτως αὐτῶν ἡ ἀναισθησία κατευμεγεθοῦσα, τῷ ἀναισθητῷ κατεδουλοῦτο ξύλῳ· ἔργον καὶ τοῦτο τῆς ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνου χειρὸς· ὃς ἐπειδὴ τῆς μιᾶς ἀληθείας καὶ μόνης συμπαρακινήθηται πάρεσκευάζεν, μυρίαίς λοιπὸν ἀπάταις καὶ δεισιδαιμονίαις πολυτροπωτάταις ἐλυμαίνετο. Ἡ μὲν οὖν εἰρημίνη πόλις ἐκ τινος θεοβλαβείας πατροπαράδοτου καὶ ἀτόπου προλήψεως ξυλολατροῦσα, τῆς ἀληθινῆς οὕτω διημάριε θεογνωσίας· οὐκ ἐμελλε δὲ ἄρα ὑπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ προνοίας παραμεληθήσεσθαι· οὐδ' εἰς τέλος αὐτῷ παραραθήσεσθαι· τὸ τίμιον δὲ τοῦτο καὶ θεόφυτον εὐκαίρως ἐξανίσχει φυτὸν· φυτὸν ζωῆς ἀγίας, καὶ ψυχῆς τελείας καὶ ἀληθείας θεοῦ πλήρες, κατὰ τοῦ τῆς πλάνης ἀνίστησι φυτοῦ.

ε'. Τὴν μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς Ἰακίνθου τοῦ ἀγίου βλάστην, ἔτοι τὴν νηπιόθεν αὐτῷ παρεπομένην τοῦ πανσθενοῦς Πνεύματος ἐνέργειαν, καὶ τῶν θαυμασιῶν τὴν ἐπίδειξιν· οἶδεν γὰρ ἡ Σοφία ἀπὸ μῆτρας αὐτῆς ἀγιάζειν τοὺς οἰκείους καὶ οὓς προέγνω δεξιούς αὐτῇ χρηματίζοντας, καὶ γνώμης ἐκουσιότητι τὸ βέλτιον αἰρετίσοντας, τοῦτοις ἅμα τῇ πρώτῃ συνεισιέναι πλάσει, καὶ τεκμηρίοις τισὶν ἔστιν ὅτε τὴν μέλλουσαν παρασημαίνειν δόξαν· ταῦτα μὲν, ὡς οὐκ ἀθροισμένης προαιρέσεως, θεοῦ δὲ καθαρῶς ἔργα καθεστῶτα, τοῖς ἱστορεῖν ἐθέλουσι παρήσομεν· ὁδὲ, οὐκέτι μόνης τῆς χάριτος, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀθλοφορικῆς ὁμολογουμένως προθέσεως καρπὸς, καὶ ἔργον τῆς ἐκείνου πίστεως ἄξιον, τοῦτό μοι δοκοῦν, ἐπαινετέον εἶναι, καὶ ταῖς θαυμασίαις τοῦ ἱεροῦ μάρτυρος ἀνδραγαθίαις, τὰς φιλομάρτυρας διανοίας καὶ ψυχῆς ἐστιᾶν. Ἐπεὶ γὰρ τὴν πρώτην τε καὶ δευτέραν ἡλικίαν, καὶ καθεξῆς ὁ Μακάριος ἐν εὐσεβείᾳ τε πάσῃ καὶ ἔργοις τετελεσῶς δικαιοσύνης, εἰς πρεσβυτικὴν ἤδη μεθελικίωσιν κατήντησεν, ὅσω μὲν αὐτὸς τῷ μακρῷ χρόνῳ πρὸς πᾶσαν θεοῦ πίστιν κατωρθοῦτο καὶ ἀρετὴν, τοσοῦτω μᾶλλον οἱ παρανομώτατοι τῆς πόλεως κατὰ τοὺς πάλαι ἀπειθεῖς, τῷ εἰρημένῳ ἐμοιχῶντο ξύλῳ· καὶ αὐτοὶ μὲν ὡς θεῶ, τούτῳ τὰς λατρείας ἐκτόπως θυσιάζοντες ἀνέφερον· αὐτὸς δὲ, τῷ ζήλῳ τῆς εὐσεβείας πυρπο-

¹ Joan. viii, 44.

(2) Est lotus arbor Afris familiaris, quae profert fructus adeo gratos, ut advenis incutiat patriae oblivionem. Hinc natum proverbium, Λωτοῦ ἔφαγες, id est: Lotum gustasti. Hinc Lotophagi vocantur quidam Africae populi, qui ejus fructu vesi dicuntur. De illa meminit Homerus, Ovidius, Plinius alique.

(3) Forte hic Nicetas vult alludere ad miraculum

quod S. Hyacinthus in pueritia patravit, uti in illius elogio antea vidimus.

(4) Hinc patet, Nicetam Paphlagonem tantum martyrium sancti Hyacinthi laudibus extollere, sive quod de gestis ejus ante martyrium pauca nosset, sive quod haec celebrassent alii scriptores, quorum notitia ad nos non pervenit.

λούμενος, καὶ καθ' ἐκάστην, ὡς εἰπεῖν, αὐτοῖς A
προσιῶν, παρηγγύα καὶ παρήγγελεν,

Γ. ε Ἄνδρες πολῖται, λέγων, ὅσοις ἔμφρων ἐν-
έστακται λογισμῶς, δέομαι ὑμῶν, ὀρθῇ κρίσει καὶ
διακονίᾳ λελογισμένη κεχημένοι, τοῖς ὑφ' ὑμῶν
πραττομένοις ἐπιστήσατε τὸν νοῦν· γινῶτε δὴ καὶ
σύνετε τίνι λατρεύετε· καὶ τίνι τὸ σέβας, ὡς Θεῶ,
προσαναφέρετε· τὸ ξύλον γὰρ τοῦτο, καθὰ καὶ τὰ
λοιπὰ δένδρα πάντα, τῶν μὲν ἀψύχων σωμάτων καλ-
λίονός ἐστι φύσεως, καθ' ὃ θρεπτικῆς ὄλως καὶ αὐ-
ξητικῆς δυνάμεως εὐμοιρεῖ· χεῖρον δὲ ζῶων πάν-
των, ὅτι πάσης αἰσθήσεως καὶ πάσης μεταβατικῆς
κινήσεως ἀμοιρεῖ· ὡσπερ δὴ καὶ τῶν ἀλόγων ἕκαστα
ζῶων, τῶ μὲν αἰσθήσεως ἢ κινήσεως μετέχειν, τῶν B
φυτῶν τελειότερα δεικνύμενα, τῶ ἀμοιρα δὲ λόγου
καθεστάναι, τοῦ ἀνθρώπου κατὰ φύσιν χροματίζει
χείρω· καὶ γὰρ οὐχ ὁμοειδῆς ἢ κτίσις, οὐδ' ὁμο-
ταγῶς τὰ πάντα τῇ δημιουργῶ σοφίᾳ διατέτακται·
ἀλλ' ἐν παναρμονίᾳ τὰ πάντα συστοιχίᾳ καὶ ἀκο-
λουθίᾳ, ἀπὸ τοῦ βελτιόνος ἐπὶ τὸ ἥσσον, καὶ ἀπὸ
τοῦ ὁμοίου καὶ θεοειδοῦς ἐπὶ τὸ πόρρω Θεοῦ καὶ
ἀνόμοιον προάγει τὴν δημιουργίαν· ὡς ἂν μὴ ἀμέ-
σως τοῖς τῶν ἔργων ἐσχάτοις, διὰ πολλῶν δὲ τῶν ἐν
μέσῳ θεωρηθῆ, τὰς πρεπούσας προνοίας ἐπιβάλλουσα·
τοῖς κάτωθεν δὲ πρὸς αὐτοῦ ἀνιέναι τὴν
σοφίαν διὰ θεωρίας βουλομένοις, διὰ τινος ἀναθα-
θμοῦς προὑποβάλλουσα, καὶ τούτοις τὰς πρὸς Θεὸν
ἀναβάσει; κατευθύνουσα.

η'. ε Διὰ τοῦτο πρῶτοι μὲν ἀπάσης τῆς ὀρατῆς κτί-
σεως, ὑπὸ τῆς ἀκτίστου τῶν ὄλων αἰτίας, οἱ θεοὶ
νῆες εἰς τὸ εἶναι καταβέβληνται· νόες ἀσώματοι,
θεοειδεῖς, φωτοειδεῖς, ἐν ἀρετῇ πρὸς τὸν ἀχρόνως
αὐτοῦς ὑφιστῶντα τὴν ὁμοιότητα κεκτημένοι καὶ οὐ-
κείωσιν· μετὰ τὸν νοῦν δημιουργεῖται λόγος, τῇ τοῦ
ἀνθρώπου συγκατασκευαζόμενος οὐσίᾳ· σώζων μὲν
καὶ αὐτὸς εἰκόνα τινὰ καὶ ὁμοίωσιν τοῦ πλάσαντος,
ἦττον δὲ, ἢ κατὰ τὴν τῶν νόων ἰδέαν, διὰ τὴν τοῦ
χείρονος μετοχῆν· μετὰ τὸν λόγον δὲ, αἰσθησις, ἢ
τῶν ἀλόγων ζῶων τὸ ἰδιαίτατον, ὡσπερ ἐστὶ τῶν
λογικῶν ὁ λόγος· μετὰ τὴν αἰσθησιν ἐξ, ἢ ἀπλῆ, ἢ
φυσικὴ τέτακται ζωῇ, πάσης ὑφειμένη τῆς κτίσεως· D
μόνης δὲ τῆς ἀψύχου πάντη καὶ ὕλικῆς, ὅν εἰπόντες
προέφθημεν τρόπον, καθυπερτεροῦσα.

plex, nempe vegetabilis, infimo omni creaturæ gradu; sic nimirum ut soli prorsus inanimæ terrenæque, ad eum quem superius dicebamus modum, præcellat.

θ. ε Εἰ οὖν οὕτ' αἰσθησιν, οὕτε λόγον, οὕτε δὲ νοῦν,
τὰ τῶν ποιημάτων κάλλιστα, τιμητέον ὡς θεοὺς
(ποιήματα γὰρ, καὶ πάντα πρὸς δόξαν ἰδίαν ὁ τῶν
πάντων παραγωγεὺς κατεσκευάσατο), πῶς τὰ μακρῶ
τὴν φύσιν ἐκείνων ἀτιμότερα νομισθεῖσαν θεοί;
πῶς δὲ τὸν λωτὸν τουτονί, γῆς ὄντα καρπὸν, καὶ ἐφ'
ἐνὸς μὲν ἐρριζωμένον τόπου, ἀνέμοις δὲ πᾶσι δονού-
μενον, πυρί τε καὶ σιδήρῳ κατὰ φύσιν ὑποκείμενον,

chabantur. Atque hi quidem illi, ut Deo sacri-
ficantes, hostias offerebant; ipse vero pietati;
zelo succensus, quotidieque, ut sic loquar, homi-
nes conveniens, officii monebat et adhortabatur,

7. ε Viri cives, aiebat, quotquot estis, quibus saræ
aliquid rationis inest, rogo vos, recto iudicio ac
consulto animo, his quæ a vobis geruntur mentem
attendite. Scitote, quaeso, ac intelligite, quem co-
latis, cuive, ut Deo venerationem adhibeatis. Et-
enim arbor hæc, ut et reliquum stirpium genus
atque arborum, præstantioris quidem naturæ est
quam corpora inanima, ea scilicet ratione quod
nutriendi facultate atque augendi prædita est:
deterior vero cunctis animantibus, quod omnis
sensus omnisque gradiendi motus expers est. Uti
sane etiam brutæ quæque animantes, qua sensu
motuque præditæ sunt, stirpibus plantisque præbatur
nobiliores, ipsæ, quod ratione deficiuntur, homine
natura existunt inferiores. Non enim ejusdem
generis est quidquid in rebus creatum est, eodem-
que ac pari ordine, creatrice Sapientia cuncta
constituta sunt, sed concinnissima omnia serie
aliaque aliis cohærentia, ab eo quod præstantius
est, ad id quod deterius est, atque ab eo quod simile
ac deiforme, ad id quod præcul a Deo ac dissimile,
producta illi creatio est; ne immediate extremis
operibus, sed pluribus mediis interjectis, conve-
nientem providentiam enramque adhibere intel-
ligatur, hisque adeo qui ab inferioribus ad ipsam
per contemplationem velint assurgere, quasi gradus
quosdam substernere, ascensionesque in Deum
dirigere.

8. ε Quamobrem ante omnem creaturam, in aspe-
ctum cadentem, increato universorum auctore,
divinæ mentes (5) in rerum naturam productæ
sunt: mentes scilicet incorporeæ, deiformes, lu-
ciformes, ut sic liceat loqui, virtutis partibus
cum intemporaliter producente similitudinem nactæ
ac necessitudinem: secunda a mente origine, ratio
conditur ac procreatur, ipsa hominis essentiæ
comes fabricata: quæ quidem ejus qui formavit
imaginem quamdam ac similitudinem ipsa retineat,
longe tamen quam pro mentium ratione inferio-
rem ob ejus commercium quod deterius est. Post
rationem autem, sensus, brutarum animantium
peculiarissimum munus atque dos, uti ratio eorum
qui illa præditi sunt. A sensu sequitur vita sim-
plex, nempe vegetabilis, infimo omni creaturæ gradu; sic nimirum ut soli prorsus inanimæ terrenæque, ad eum quem superius dicebamus modum, præcellat.

9. ε Cum igitur nec sensum nec rationem, ut ne-
que mentem, creatorum pulcherrimam, ut deos co-
lere liceat: quippe creaturas, ac quæ omnia uni-
versorum productor in suam gloriam fabricatus sit:
quinam fiat, ut quæ his longe natura ignobiliora
sunt, dii existimentur? Quomodo autem lotum
hanc, terræ scilicet germen, atque uno quidem ra-
dicatam loco, omni vero ventorum flatui expositam,

(5) Puto hic per divinas mentes intelligi cœlestes spiritus, quos vulgo angelos nominamus.

igni quo ac ferro natura obnoxiam, quomodo, inquam, eam Deum vocare, o viri, non perhorrescitis; nec vos pudet victimis ac libamentis omni destitutam sensu naturam venerari? Hæc enim si Deus est, erit profecto et saltus omnis Deus: cuncta enim unius naturæ sunt, arbores scilicet ac ligna. Quod si arbores dii sunt, quomodo securibus excidentibus ignique pabulum subjicientes, non impietatis, et ut Dei adversarii audiatis, aleam subitis? Res stultitiæ plena, profusi stuporis, exigue fragilique arbori ac prorsus inutili attendere animum, et ut Deo cultum illi adhibere. Si enim qui cælum ipsum, solemque et lunam ac stellarum quasdam seu siderum deitate donarunt, reliquaque elementa ac ignem ipsum venerantes, justam iram receperunt, quod non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, ejus cultu impensi qui omnia produxit conservatque, sed evanescentes in cogitationibus suis², coluerunt creaturam magis quam Creatorem; longe vos potiori ratione, dum eo omisso, qui creaturæ omnis sator est, humili huic stirpi tremendum Dei nomen falso bis contemnitur, indignationem trahitis.

10. « Si quid igitur mihi creditis, viri cives, si qua vobis cura salutis est, arborem hanc succidite et in ignem mittite, quod nulla alia ejus vobis utilitas sit (6); ipsique rerum omnium oculis subjectarum creatura mentium cogitatu superata, quam omnem nostri causa non lateat editam, naturaque deteriolem quam pro hominis præstantia; sed et superiorum nobis mentium, sanctarumque substantiarum ommissa factura, seu potius iis quasi manu ducentibus, ad ejus, qui vere Deus est, notitiam dirigamur: qui nempe semper ipse est, semperque unigenitum Verbum velut sol lucem, ex substantia sua, ac splendorem edit; semperque consistem, ut ita loquar, ac cognatum Spiritum sanctum ex suo ore indivise profert. Hic Verbo suo firmavit cælos³, vimque omnem rerum abs se conditarum Spiritu perficit atque absolvit. Hic primum hominem, ad imaginem suam et similitudinem conditum, atque in paradiso positum, cum mandati transgressione corruptioni mortique addictus esset, perditumque non prorsus despexit, sed ratione legeque ac prophetis primum erudiens, ipsum quoque demum pro nobis Filium dedit, puella inuupta natum, factum hominem, aquis intinctum, tentatum, cruci affixum, sepultum, tertia suscitatum die, atque in cælos assumptum: quippe qui inde rursus venturus expectetur, ac quidquid formatum est (humanum scilicet genus omne) suo tribunali adhibiturus, unicuique denique pro eo ac gesserit, redditurus. Hunc vos, amici, ut Deum agnoscat, admoneo. Huic ut cultum adhibeatis, eumque spiritalibus hostiis placare studea-

² Rom. 1, 21. ³ Psal. xxii, 6.

(6) Debit hæc lotus fuisse fructibus destituta, idem clarius exprimitur num. 16.

πῶς τοῦτον Θεόν, ὡ ἄνδρες, οὐ φρίσσετε καλεῖν, θυσίαις τε καὶ σπονδαῖς τὴν ἀνασθητον φύσιν οὐκ αἰσχύνεσθε τιμᾶν; Εἰ γὰρ Θεὸς τοῦτο, καὶ πᾶν ἄρα ἄλλο; Θεὸς ἂν εἴη· πάντα γὰρ ἐστὶ φύσεως μίξ· ξύλα γὰρ· εἰ δὲ τὰ ξύλα θεοὶ, πῶς ταῦτα ταῖς ἀξιναῖς ἐκκόπτοντες, καὶ τῷ πυρὶ τροφὴν ὑποβάλλοντες, οὐ κινδυναύετε θεομαχεῖν; Πολλῆς τοῦτο γέμει ἀλογίας, ὑπερβαλλούσης ἀναισθησίας, βραχεὶ καὶ ὑποσάθρῳ ξύλῳ καὶ ἄνομητῷ πάντα προσανέχειν τε καὶ λατρεύειν ὡς Θεῷ. Εἰ γὰρ οἱ τὸν οὐρανὸν αὐτὸν, καὶ τὸν ἥλιον, σελήνην τε καὶ ἀστέρων τινὰς θεοποιήσαντες, τὰ τελοικὰ στοιχεῖα, καὶ αὐτὸ σεβαζόμενοι τὸ πῦρ, ἐνδικὸν ἀπειλήφασιν τὴν ὀργὴν, ὅτι οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν ἢ εὐχαρίστησαν τὸν τῶν ἀπάντων παραγωγέα τε καὶ συνοχέα, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν λογισμοῖς ματαιωθέντες, ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα· πολλῷ μᾶλλον ὑμεῖς, οἱ τὸν τῆς κτίσεως ὅλης φυτουργὸν ἀφέντες, καὶ τῷ χαμαιζήλῳ τούτῳ φυτῷ τὸ φοβερὸν ὄνομα τοῦ Θεοῦ καταψευδόμενοι, δικαίαν ἐφ' ἑαυτοὺς ἔχετε τοῦ κατοφρονουμένου τὴν ἀπειλήν.

ascribitis, justam in vosmetipsos, ejus qui a vo-

1. « Εἰ τι οὖν ἐμοὶ πείθεσθε, ὡ ἄνδρες πολῖται, εἴ τι μέλει τῆς οικείας σωτηρίας ὑμῖν, τὸ μὲν δένδρον τοῦτο ἐκκόψατε, καὶ εἰς πῦρ βάλλετε, ὅτι μηδ' εἰς ἄλλο τι μὲν χρησιμεύει ὑμῖν· αὐτοὶ δὲ πᾶσαν τῶν ὀρωμένων τὴν κτίσιν ταῖς διανοαῖς ὑπερβαίνοντες, πᾶσαν ἡμῶν ἔνεκεν γεγενημένην εἰδότες, καὶ χεῖρῳ τοῦ ἀνθρώπου κατὰ φύσιν οὔσαν, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑπὲρ ἡμᾶς ποιήσιν τῶν νοερῶν καὶ ἀγίων ἀφέντες οὐσιῶν, μᾶλλον δὲ δι' αὐτῶν χειραγωγούμενοι πρὸς τὴν γνῶσιν τοῦ ὄντως ὄντος κατευθυνώμεθα Θεοῦ· ὁς μόνος ὢν ἀεὶ, καὶ ἀεὶ τὸν μονογενῆ Λόγον ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ἀπαυγάζων, ὡσπερ ὁ ἥλιος τὸ φῶς, καὶ ἀεὶ Πνεῦμα ἅγιον σύμφυτον, τοῦ οικείου στόματος ἀμερίστως προτέμενος. Οὗτος τῷ Λόγῳ μὲν αὐτοῦ ἐστερέωσεν τοὺς οὐρανοὺς, τῷ Πνεύματι δὲ πᾶσαν τὴν δύναμιν τῶν ὑπ' αὐτοῦ κτιζομένων καταρτίζεται. Οὗτος τὸν ἀνθρώπον πρῶτον κατ' εἰκόνα ἰδίαν ποιήσας καὶ ὁμοίωσιν, καὶ ἐν τῷ παραδείσῳ τεθεικῶς, καὶ ἐντολὴν δεδοκῶς, ἐπειδὴ τῇ παραβάσει τῆς ἐντολῆς ψυχρὰν κατακέκριται καὶ θάνατον, οὐχ εἰς τέλος αὐτὸν ὑπερσίδεν ἀπολλύμενον, ἀλλὰ λόγῳ καὶ νόμῳ καὶ προφήταις προπαιδαγωγήσας, ὑστερον καὶ αὐτὸν ἔδωκεν τὸν Υἱὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἐξ ἀπειρογάμου κόρης γεννώμενον, ἀνθρωπιζόμενον, βαπτιζόμενον, πειραζόμενον, σταυρούμενον, θαστόμενον, τριήμερον ἀνιστάμενον, πρὸς οὐρανοὺς ἀναλαμβανόμενον, καὶ αὐθις ἐκεῖθεν ἤξειν προσδεχόμενον, καὶ σύμπαν τὸ πλάσμα παραστήσειν ἑαυτῷ, καὶ ἀποδοῦναι ἕκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ. Τοῦτον ὑμᾶς, ὡ φίλοι, Θεὸν εἰδέναι παρεγγυῶ· τοῦτον σεβέσθαι, τοῦτον θυσίαις πνευματικαῖς ἰλεοῦσθαι παραινῶ, τὸν ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι

cum non nisi ad comburendum utilis dicatur.

θεωρούμενον καὶ προσκυνούμενον· τὸν μόνον δίκαιον καὶ ζῶντα Θεόν· ὃς ἀέναντον κόλασιν καὶ πῦρ ἤτολμασεν ἄσβεστον, τοῖς αὐτὸν μὲν ἀθετοῦσι, τὴν κτίσιν δὲ θεοποιούσιν· ὃς οὐρανῶν βασιλείαν ζωῆν τε καὶ ἔδραν αἰώνιον τοῖς πιστεύουσιν ἐπ' αὐτὸν, δι' ὕδατος τε καὶ πνεύματος ἀναγεννωμένοις, ἐπηγγείλατο. »

ια'. Τοιαύταις ὁ θεὸς Ἰακίνθος παραγγελάει, τοιαύταις αἰεὶ παραινήσειν, οὐκ ἀνιεῖ τοὺς ἐγγιζόντας αὐτῷ νοθετῶν, ἐλέγχων, παρακαλῶν, πᾶσι λόγοις καὶ τρόποις τῆς ἐκτόπου δεισιδαιμονίας αὐτοῦς ταύτης ἀπαλλάττειν προθυμούμενος· ἦνυσεν δὲ πλέον οὐδέν· δῆμος γὰρ ἀλόγιστος καὶ θρασύς, συνηθείαις κακαῖς καὶ πονηροτάταις προλήψεσι δεδουλωμένος, δυσσαγώνιστός τε ἔστι, καὶ τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον ἀνεπαίσθητος ἐπιστροφῆς· ὅθεν οἱ μὲν ἀναισθησία τὰ ὧτα βαρύνοντες, καὶ νῦτον διδόντες παραφρονῶντα, κατὰ τὴν Γραφήν, ὡς εἰκῆ ληροῦντος οὐκ ἠνείχοντο· οἱ δὲ καὶ μανίαις καὶ ζήλοις πικροῖς οἰστηλατούμενοι, ὑβρεσί τε τοῦτον μυρίαῖς ἠμείθοντο καὶ ἀτιμίαις· καὶ ποτὲ μὲν χλευάζοντες, ποτὲ δὲ ὀνειδίζοντες, ἔστι δ' ὅτε καὶ ἀπειθεῦντες αὐτῷ καὶ συνεπιτιθέμενοι, ἔδρυχον τοὺς ἐδόντας ἐπ' αὐτόν. Τί οὖν ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ; Οὐκ αὐταρκες οἴεται τὸ καθ' ἑαυτὸν μόνον διορᾶν, ὅπως ἂν ἔχοι καλῶς, τῶν ἄλλων δὲ κακῶς ἔχόντων ὑπερορᾶν· οὐδὲ θρηνεῖν μὲν ὑπὲρ αὐτῶν ἡσυχῆ, καὶ ποτηνίσθαι πρὸς τὸν Κύριον, παρρησιάζεσθαι δὲ ὑπὲρ ἀληθείας ὑποστέλλεσθαι· οὐδὲ λόγῳ μὲν καὶ διδασκαλίαις μόνον, ἔργῳ δὲ μὴ ἀνακόπτειν τῶν ἀφρονευσόμενων πειράσθαι τὴν δυσσέθειαν, ἀρίστης εἶναι καὶ τελείας ἔργον ἡγεῖται διανοίας.

nec ut sermone dumtaxat ac doctrinis, non vero etiam opere insipientium conetur impietatem infringere ac inhibere, optimæ atque perfectæ mentis opus esse reputat.

CAP. II. — Sancti martyris zelus in excidenda arbore, libera facti confessio, cruciatus, mors, tumulus, et auctoris epilogus.

ιβ'. Ἀλλὰ τοῖς λόγοις, ὡς εἴρηται, πρότερον ἔχκεῖνος, ἐπεὶ μὴ οἶδός τ' ἦν ἐν τούτοις τῆς πλάνης ἐκαίνης ἐπισχεῖν, ἐπομένως λοιπὸν τὴν ἐπὶ τῶν ἔργων δύναμιν ἐκδείκνυται, καὶ τῆς τῆς διανοίας ὁσφύς ἀναζωσάμενος, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆ προσευχῆ δύναμιν ἐπισπασάμενος, εἶτα πέλεκυν ὄξυν λαβὼν τῇ χειρὶ, καὶ θερινῆς μεσημβρίας πάντας διαλαθῶν, πρόρριζον ἐκκόπτει τὸ τῆς πλάνης φυτόν. Ὡ ψυχῆς ἀνδρείας ἀνδρείῳ χρωμένης σώματι! Ὡ θερμότητος πίστεως, τὸ μὲν τῆς ἀσεβείας ξύλον κεραυνοῦ τρόπον ἐμπιμπρώσης, ὡπὲρ δὲ καιούσης καὶ κατεσθιούσης, τοὺς ἀσεβεῖς! Ὡ τόλμης ψυχῆς καρτερᾶς καὶ σταθερᾶς, καὶ διανοίας συνετῆς πλέον ἢ κατὰ ἀνθρώπινον νοῦν, περὶ τὴν αὐτὴν πράξιν

• II Tim. iv, 2.

(7) Indicare hic voluit Nicetas Zachariam, c. vii, 11, ubi versio Vulgatæ habet « dorsum insanum » contendens, quod verbum Græcum παραφρονεῖν proprie significet « insanire. »

(8) Χλευάζειν est « irridere » quod Combessius vertit « naso suspendere, » id proprie est « vafre

lis, qui in Patre et Filio et Spiritu sancto intelligitur ac adoratur, solum justum ac viventem Deum, adhortor : qui nimirum æterna supplicia ignemque illis præparavit, qui, eo spreto, creaturam deificanti; qui denique regnum cœlorum, vitamque æternam ac gloriam credentibus in ipsum pollicitus est, qui ex aqua et Spiritu renati sint. »

11. Talibus Hyacinthus hortamentis, talibus frequens Jugiterque admonitionibus, si qui adirent, increpando, arguendo, obsecrando (nullis scilicet non rationibus modisque satagendo. ut ab insulsa dementissimaque superstitione eos liberaret), nihil tamen amplius proficiebat. Inconsultus enim audaxque ac lemerarius populus, pravæ deditus consuetudini, pessimæque emancipatus occupatæ opinionis, vixdum expugnari poterat, sensuque omni melioris frugis arripiendæ carebat. Hincque adeo alii, quo stupore perciti erant, aures aggravantes, ac dorsum Insanum dantes (7), uti Scripturæ verbis expressum est, velut temere delirantem, eum non sustinebant : alii vero etiam furis amarulentisque æmulationibus efferati, injuriarum vim innumeram probrorumque illi rependebant; ac modo quidem naso suspendebant (8), modo autem exprobrabant, quandoque vero etiam minaciter impetuque ruentes, dentibus in eum frendebant. Quid igitur Dei homo? Non satis arbitratur ut sua dumtaxat dispiciat, quomodo recte se habeant, res vere aliorum se male habentes despiciat : neque ut silentio pro eis lugeat, atque ad Dominum gemitus trahat, libereque pro veritate aere ac loqui pertimescat:

12. Sed cum prius, uti dicebam, verbis incubisset, nec illorum vi ac usu ab errore illo inhibere posset; consequenter jam, quæ in operibus posita est, virtutem ostendit: succinctusque lumbos mentis, atque a Jesu Christo precum instantia corrogata virtute, tum manu, acuta securi prehensa, clam omnibus, æstivo sole ac meridie, erroris stirpem radicitus excindit. O fortem animum, robusto corpore usum! O fervorem fidei, fulminis instar, impietatis succendentem arborem, ac velut igne impios comburentem ac absorbentem! O constantis firmique animi audaciam, mentemque quam pro humana ratione solertiolem, una eademque actione tanta præstantem; ac tum simul erroris organum

ac subdole irridere, » quod Græci simplici verbo dicunt μυκτηρίζειν. Phrasis hæc satis communis est apud veteres, uti inter alios patet ex Horatio in sermonibus, ubi ait: « Naso suspendis adunco. » Plura de hac expressione videri possunt apud Paulum Manutium in Adagiis.

tolletem, eosque qui immedicabiliter illo affecti erant, confundentem, nec non plures, quibus error non sic alte inoleverat, emendantem, ad veritatem, ducem, Deoque suo gloriam rependentem : quin et horum deinum præmio, clarissimi etiam martyrii laurea decorantem.

13. Ubi igitur sacerdotes, constitutum arbori sacrificium reddituri, advenissent, excisamque ac humi propulsiore illis in conspexissent, primum quidem attoniti hærebant, longe maximo stupore, ut par est, perciti. Sic enim comparatum, ut quod præter omnem expectationem accidit, animum stupore afficiat atque percellat, ac siquidem illud bonum exstiterit, hilaritatis implet ac jucundissime habeat, sin vero malum, mæstijæ animique dolore repleat. Ac si quidem eo auctore evenerit, qui nulli ipse noxæ obnoxius sit, dirum merito cruciatum animo inferri, donec quibusdam enim rationibus deliniri contigerit. Detecto autem auctore, eoque noxæ obnoxio, quidquid doloris erat animique cruciatus repente in iram furoremque transit, non prius liberos sinens quos incesserit, merito videatur, vindictam pœnamque rependerit.

14. Hoc et illis cum ita evenisset, primum quidem quis tantæ eis cladis auctor exstisset, animis exquirebant. Tum paulatim animo recolentes quanta Ilyacinthus hortatus esset ac increpasset; secumque cogitantes, nullius plane alterius id opus esse, quam ejus qui et hostiarum perceptionem ut sceleratam abominaretur, et in eos qui offerrent etiam atque etiam inveheretur, verbisque deterret; uno omnes in eum irruunt impetu; summoque more dentes acunt, ac quodvis tandem corporis membrum, quidquid denique cuius occurreret, arma adversus Sanctum arripiunt. O quomodo opportune sanguinariam illam impressionem narraverim! Lingua sacrilegum, cruentum, impium (quin potius, deicidam) maledictio jactabant, ore despuebant: calcibus, pugnis insilientes, crinibus trahabant: humi distrahebant, cædentes lignis ac lapidibus: sicque injuriarum omni genere atque verberum exsatiati, civitatis præsidii (9) eum adhibuerunt.

15. Stabat itaque Sanctus, totum mente Christum indutus, omni in eum intenta mentis acie. Ex adverso vero stantes viri sanguinum ac dolosi, fortiter accusabant. « Nobis, aiebant, præses, una ob oculos gratia, una bona fausta que expectatio, Deus ipse conspicuus ac spectabilis erat; alta, pulchra, venusta lateque expansa frondium coma: nempe foliis umbraculum præbens variisque leporibus civitatem nostram recreans oblectansque. Is, quamquam arbori per omnia similis existimabatur, admirabili tamen decore et gratiis cunctis stirpibus eminebat; sed et vis quædam efficax ac vivens illi

καὶ μίαν πλείω κατορθούσης καὶ ὁμοῦ τό τε τῆς ἀπάτης ὄργανον ἐξαναίρουσης, καὶ τοὺς ἀνιάτως τούτῳ προσπάσχοντας καταισχυνούσης· πολλοὺς δὲ διορθούσης, οἷς μὴ κατὰ βάθος τὰ τῆς πλανήσεως ἐντέτηκε· πρὸς τὴν ἀλήθειαν δὲ ποδηγούσης, καὶ τὸν οἰκεῖον δοξαζούσης Θεόν· ναὶ μὴν διὰ ταῦτα, καὶ λαμπροτάτῳ καταγλαῖζομένης μαρτυρίῳ.

ιγ'. - Ἐπεὶ γὰρ ἤκον οἱ ἱερεῖς τὴν νενομισμένην τῷ δένδρῳ θυσίαν ἀποδώσοντες, ἐκκοπὴν δὲ τοῦτο καὶ κατὰ γῆς ἀτίμως εἶδον καταρραγεῖν, πρῶτον μὲν ἀπνευθύνοντο, θάμβει πολλῷ, κατὰ τὸ εἶδος, περιεχόμενοι· οἶδεν γὰρ τὸ παρὰ προσδοκίαν συμπίπτον ἐκπλήσσειν τὴν ψυχὴν, καὶ ἀγαθὸν μὲν ὄφθην, ἰλαρότητος καὶ εὐθυμίας ἀναπιμπλῆν, κακὸν δὲ, σκυθρωπότητος καὶ δυσθυμίας· καὶ εἰ μὲν ἐξ ἀνευθύνου τοῦτο συμβέβηκεν αἰτίας, δεινῆν, κατὰ τὸ εἶδος, ἐνσκήπτειν τῇ ψυχῇ τὴν ὀδύνην, ἄχρις ἂν ἐπινοήσῃ τιτὶ παρηγορηθῆ· περιφανοὺς δὲ τοῦ αἰτίου καὶ ὑπευθύνου καθεστῶτος, εἰς ὀργὴν ἐξαπίνης τὰ τῆς λύπης μετεσκεύασται, οὐ πρότερον ἀνείσαν τοὺς ὀργιζομένους, πρὶν ἢ τῷ λελυπηκότι τὴν τῆς ἀντιλυπήσεως ἀξίαν ἀντεπάγωσι ποιήν.

quin illi qui injuriam fecit, quanta pro facinoris

ιδ'. Τοῦτο κάκεινοι παθόντες, πρῶτον μὲν τὸν αἷτιον αὐτοῖς ταύτης ἀνεσχοποῦντο τῆς συμφορᾶς· ἔπειτα τῶν Ἰακίνθου κατὰ μικρὸν εἰς ἀνάμνησιν ἤκοντες νοθεσιῶν, καὶ κατανηνοσηκότες ὡς οὐδενὸς ἂν εἴη ἄλλου τὸ ἔργον, ἢ τοῦ καὶ τῶν θυσιῶν τὴν μετάληψιν ὡς ἐναγῆ μυστατομένου, καὶ θυσιάζουσι ἐπιτιμῶντος ἢ προσωχθηκότος, ὀρμῶσι μὲν ὁμοσε κατ' αὐτοῦ πάντες· συὼν δὲ τρόπον τοὺς ὀδόντας θήγοντες, καὶ πᾶν μέλος τοῦ σώματος αὐτῶν, καὶ πᾶν τὸ παρατυχὸν ἐκάστῳ ὄπλον κατὰ τοῦ Ἁγίου ποιοῦμενοι (ὡς πῶς ἂν καιρῶς τὴν φοινικὴν ἐκαφῆν ἐπίθεσιν ἐξηγησαίμην); τῇ γλώττῃ μὲν τοῦτον ἱερόσυλον μισαιφόνον, ἄθεον, μᾶλλον δὲ θεοκτόνον ἐλοιδοροῦντο τῷ στόματι δὲ κατέπτυσον· καὶ τοῖς ποσὶ λάξ, καὶ χερσὶ δὲ πύξ ἐναλλόμενοι, ἐπὶ τῶν τριχῶν, ἐσπάρασσον κατὰ γῆς, τοῖς ξύλοις παύοντες, τοῖς λίθοι βάλλοντες, καὶ οὕτω παντοδαπῶς αὐτὸν αἰκισάμενοι τῷ τῆς πόλεως ἡγεμόνι παρεστήσαντο.

ιε'. Εἰστέθει δὲ ὁ Μάρτυς, ὄλον νοερῶς ἐνδεδυμένος Χριστὸν, ὄλην πρὸς αὐτὸν ἀνατείνων τοῦ νοτὴν ῥοπὴν· ἐξ ἐναντίας δὲ τούτου ἄνδρες αἱμάτων καὶ δολιότητος ἰστάμενοι, εὐτόνως κατηγόρουσι ἡμῖν, λέγοντες, ὡς ἡγεμόν, μία μὲν χάρις ἰὸφθαλμοῖς, μία δὲ προσδοκία ἀγαθῆ ὁ περιδλεπτικὸς ὑπῆρχε θεός· ὁ ὑψικόμος, ὁ εὐχομος, ὁ πανώρων καὶ εὐθαλής· ὁ τοῖς φύλλοις περισκέπων, καὶ ἀγλαὰ ποικίλαις τὴν ἡμετέραν πόλιν ψυχαγωγῶν καὶ ἀνακτιμένος· ὅς εἰ καὶ δένδρῳ παρεμπερῆς νενομιστοῦ ἀλλὰ πάντων ταῖς θαυμασταῖς ὠραιότησιν ὑπεξῆρται φυτῶν· ἀλλὰ καὶ δύναμις ἀνεργὸς καὶ ζῶσα τοῦ

(9) Præsidis nomen exprimitur in Menologio Sirleti, Martyrologio, ac mss. nostris Græcis; s ubique cum aliquo discrimine, ut notavi (not. 1).

παρεδρεύουσα οὐκ ἔστιν ὄντινα τῶν αὐτῷ προσιόντων οὐ λαμπραῖς ἐφιλοτιμεῖτο εὐεργεσίαις· ἄφω δὲ τοῦτον οὗτος ὁ ἀπονενοημένος ἐξέτιλε γέρων· τῆς πόλεως ἀπέχειρε τὴν χορμὸν, τῆς χώρας ἡμῶν ἐξέτεμε τὴν ἀξίτη· τὸ γαυρίαμα· διδὸν καὶ τῷ σῷ βήματι τοῦτον παρεστήσαμεν, τῆς θεομαχίας ἀξίας ἐκτινύοντα δίκας. »

15'. Ἐνδοθέντος δὲ τῷ Ἰακίνθῳ τὰ καθ' αὐτὸν ἀπαλογεῖσθαι, ἰ Εἰ μὲν, εἶπεν ὑπολαβὼν, ὦ κράτιστε ἡγεμὼν, τὸ δένδρον ἐκπεχομένα τοῦτο συνομολογῶ· καὶ οὐ πως ἂν δυναίμην τὸ ἀληθὲς ἀρνεῖσθαι· οὐ κακονοία δὲ τοῦτο πεπραχέναι· ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ ὑπερβάλλον τῆς πλάνης οὐκ ἔστεργον ὄρξην, ὅτι ἄνθρωποι τετιμημένοι λόγῳ, τὸν ἴδιον πλάστην, καὶ τοῦ οὐρανοῦ καὶ γῆς ἀφέντες τὸν ποιητὴν, τὸ τῶν αὐτοῦ κτισμάτων ἐλαχιστότερον θεοποιούντες λελατρεύκασι. Τί γὰρ τοῦ ἀπὸ γῆς ἀναδιδομένου σήμερον ξύλου, καὶ πολλῶν ξύλων ἀειμιότερου καὶ φαυλοτέρου, ὡς ἀκάρπου, ἢ κακοκάρπου, καὶ μετ' ὀλίγον εἰς πῦρ βαλλομένου, ταπεινότερον; Τοῦτο γοῦν ὄρων προσκυνούμενον, καὶ πλεῖστα τῆς ἀνθρωπίνης ἀγνοίας κατεγνωκῶς, καὶ φιλανθρωπῶς ἐζηλωκῶς, ἐπεὶ μὴ οἶδός τε γέγονα λόγοις τῆς σαθρᾶς ἐλπίδος ἀποτιῆσαι, ἔργῳ τούτους πείθω λοιπὸν, ὡς οὐδεμία τῷ ἀναισθήτῳ δύναμις, οὔτε πρὸς κακοποιίαν, οὔτε πρὸς εὐεργεσίαν οὐδενός, καὶ τῆς ἀλεθρίας πλάνης τὴν πρόφασιν περιελάμβανον, ἔδοποιεῖν μοι πάντας δοκῶ πρὸς θεοσέβειαν, ὥστε τὸν τῶν ὄλων ἐπιγόντας Θεόν, καὶ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ Υἱόν, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, αὐτῷ προσκυνεῖν, αὐτῷ μόνῳ λατρεύειν ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. »

16'. Ἐπεὶ τούτων ἀκοῦσαι τὸν ἡγεμόνα τῶν ῥημάτων, πρῶτον μὲν κατὰ γῆς αὐτὸν ἐκταθέντα, ξύλοις ἀγρίοις μαστιγοῦσθαι διετάξατο. Ἐπὶ πολὺ δὲ τὰς σάρκας ξαινομένου, καὶ τὰ ὀστά θλωμένου, καὶ τῷ αἵματι βάπτοντος τὴν γῆν· οὐδεμίαν δὲ φωνὴν ἀφιέντος· ἡσυχῇ δὲ πρὸς τὸν Κύριον ἐξέστωτος Ἰησοῦν, καὶ ἀνεκλαλήτοις αὐτῷ προσευχαῖς ἐντυγχάνοντος· καὶ εὐμαρῶς τὰς αἰκίας ὑποφέροντος, ὁ δῆμος ἐπεφώνει· Κάλει τὸν δῆμιον, ὦ ἡγεμὼν, κάλει τὸν τοῦς ὀδόντας, ἐκρίζωσοντα· ὡσπερ οὗτος ἐξέκοψε τὸν ἡμέτερον Θεόν, οὕτως αὐτοῦ οἱ ὀδόντες ἐκκοπέσθωσαν, σιδηρᾶ λαβίδι· ριζώθειν ὀρυττέσθωσαν. Καὶ ταύτης ἐπ' αὐτῷ πέρας τῆς ἀποφάτεως λαβούσης, οὐδ' οὕτως οἱ ἐμβρόντητοι δῆμοι τῆς μανίας καθυφίσαν· αἴθεις δὲ τοῦτον δεσμούμενον, τρόπον δένδρου κοπέοντος, σπαράσσασθαι τε καὶ σύρεσθαι κατὰ τῆς γῆς ἐβόων· ἐξελκόμενόν τε τῆς πόλεως, ἐκκεντᾶσθαι καλάμοις ὀξέσι, καὶ λίθοις καταλεύεσθαι· Ἐπεὶ δὲ πᾶσα τέλος ἐπ' αὐτῷ ἡ μαιφόνος ἐληφεν ἔρμη καὶ βουλή, τὸν μὲν οὕτως ἀγγελῶς κατακίσαντες, καὶ ἄγρις ὄφρυς τοῦ ὄρους ἐξελκύσαντες, ἀπὸ κεφαλῆς δὲ μέχρι ποδῶν ἐν τραῦμα τοῦτον ἀπο-

Assidens, quisquis ad eum accederet, præclaris beneficiis ac muneribus magnifice donabat. Hunc momento dementatus hic senex evulsit: civitatis gaudium excidit, provinciæ nostræ gloriationem securi amputavit. Idcirco etiam tuo ipsum tribunali stilimus, ut impietatis læsique numinis condignatione pœnis subjiciatur. »

16. Facta vero Hyacintho pro seipso satisfaciendi licentia, ἰ Ego sane, respondit, optime præses, excidisse me arborem confiteor, nec possum unquam veritatem negare. Nullo tamen malo animo ais me rem hanc præstitisse, sed qui erroris exsuperantiam videre non sustinerem; homines scilicet ratione ornatos, eo omisso, qui formavit, coelique ac terræ conditor exstitit, rerum ipso auctore in rerum natura exstantium infimam, deitate donatam, divinis auxisse honoribus, ac illi servisse. Quid enim, amabo, ea humiliter arbore, quæ hodie e terra surgens, multis longe arboribus ignobilior sit ac deterior, ut quæ infructifera, aut malorum ferax fructuum, paulo post in ignem mittatur? Hanc itaque coli ac adorari vicens, ac quam ægre humanam eam amentiam ferens, humanioreque affectu æmulatus, quod verbis non leveit, ut a frustranea eos spe avocarem, opere jam fidem facio ac suadeo, nullam rei inesse vim, ut vel malefici aliquid irroget, aut benefici præstet, quæ ipsa omni sensus vi prorsus destituatur; sublatoque exitiosi erroris prætextu, præire omnibus ad pietatem, videor, ut universorum agnito Deo, ejusque unigenito Filio, Domino nostro Jesu Christo, eum adorent, ipsique soli serviant in Spiritu sancto (10). »

17. Hæc præses verba ubi inaudit, primum humi distentum, virgis agrestibus cædi imperat. Cumque diu multumque illius carnes dilacerarentur, ossaque contunderentur, ac terra cruore maderesceret, nec ille ullam mitteret vocem, sed silentio in Dominum Jesum excederet, tacitisque precibus ac votis illi supplicans, placide verberum dehonestamenta sufferret, populus clamabat: Voca, præses, carnificem; voca qui dentes evulsurus sit. Quemadmodum iste Deum nostrum succidit, illius excidantur dentes, ferrea forcipe radicitus effodiantur. Ea que demum ferale sententia in eo exercita atque expleta, ne sic quidem perciti populi furoris quidquam remiserunt, Kursus vero vinctum, arborisque in modum concisæ, discerpendum humique raptandum, occinebant: urbe denique extractum, acutis suffigendum arundinibus ac lapidibus obruendum. Postremo, ubi omnis ille cruentus impetus consiliumque in eo finem acceperat; sic dire verberibus affectum ac dehonestatum, atque ad montis usque supercilium extractum, unoque a vertice ad imos pedes vulnere

(10) Hæc expressio in quibusdam Græcis suspecta est; imo ob eam Basilius in suspicionem vocatus fuit. Hic tamen loquendi modus viris probe catho-

licis usitatus est, quo significare volunt Spiritum sanctum, ut amorem ac nexum Patris et Filii.

detritum ac deformatum, factumque emortuum, appetente Jani vespere, devorandum bestliis reliquerunt.

18. Quid igitur Dominus? Suine famuli neglexit curam? Aut ejus more, qui sibi ipse vitam adinat, dimisit mori? Vel occulta ac mente tenus solum apparitione donavit? Minime gentium. Porro jam nox erat, ac terram sol subierat, cum ecce verus Sol lucis filio oritur; ac circa eum multitudo cœlestis militiæ, ac Domini claritas, ut evangelicis vocibus utar, circumfulsit eum⁸. Tum ille, quasi ex alto emergens somno, divinamque circa se sentiens apparitionem, atque mox omni solutus dolore omnique compunctioque, ac inenarrabili gaudio repletus, rectus in pedes stetit, tanta remissione, tanto robore, ac si ne ullum quidem tormentorum

19. Statim vero vir beatus, flexo ad Deum genu, ac puras in cœlum manus levans, animi exultatione dulcibusque lacrymis, Domino confitebatur, etiam atque etiam gratias agens, ejus constantiæ nomine, cujus ad eam usque horam specimen exhibuisset; rogans ut in ea confessione agonem consummaret; animusque repositam martyribus requiem consequeretur, nec corpusculum ærumnis multis ac laboribus tormentisque consumptum, bono ad quiescendum loco destitueretur: ac vero custodia ac præsidium in ævum civitati fore precatus est, omnis generis morborum præsentem medicinam, omniumque procul malorum aversionem. Impietate in Deum laborantibus, salutem, quæ per fidem est, votis deprecatur; peccatoribus, ut pœnitentia convertantur; magistratibus, ut justitiam teneant; subditis, ut obedientiam; divitibus, ut propensos in eleemosynam mores habeant; pauperibus, ut patientiam servant ac sustentiam; gaudentibus, ut gratias agant; his qui in ærumna sunt, ut levamen ac consolationem obtineant; navigantibus, ut felici navigatione utantur; iter habentibus, ut iter fauste condeciant; his qui in bello versentur, victoriæ tropæa; qui denique in pace agant, ut omnem strenue pietatem ac justitiæ opera colant. Christi æmula bonitate, cunctis bona ac utilia apprecatur, ut perfectus Christi discipulus. Ut patriæ amans, patriæ, ut ab omni tuta periculo sit omnique hostium grassatione liberetur; iis præsertim, qui illius sincere memores fuerint, ac reliquiarum loculo accesserint, ædificiis præstiterint, canticis oblationibusque acceperint. Qui se adeant, faustam omnem gratiam comprecatur ac salutare munus (11).

20. In hunc modum precatus vir divinus, diuque sacro astante angelorum choro sacre delectatus mentequè recreatus, tumque tertio deiformem consignans vultum (o quæ tunc temporis locum impleverat mystica jucunditas divinarumque laudum cantical.) sanctum eis sanctus tradit ani-

⁸ Apoc. xxi, 23.

(11) Diximus alias non placere nobis illam martyrum viventium curam, quæ a corpore et reliquiis suis sunt sollicitæ, quidquid hic in notis suis id

δείξαντες; καὶ θανατώσαντες, ἐσπέρας ἤδη φθοράς, θηρσί τὸ σῶμα κατέλιπον βορὰν.

ιη'. Τί οὖν ὁ Κύριος; ἄρα γε τοῦ οικείου θεράποντος ἠμέλησεν; ἢ βιαθανατοῦντος τρόπον ἀφῆκεν ἀποθανεῖν; ἢ κρυφαίας καὶ νοερᾶς μόνον ἐπιφανείας ἀξιοί; Οὐδαμῶς· νύξ δὲ ἤδη, καὶ ἥλιος ὑπὸ γῆν, καὶ ὁ ἀληθινὸς Ἥλιος τῷ τοῦ φωτὸς ἐπανέτελλεν οὐρανὸν· καὶ πλῆθος στρατιᾶς οὐρανοῦ περὶ αὐτὸν, καὶ δόξα Κυρίου, εὐαγγελικῶς εἶπειν, περιέλαμψαν αὐτόν. Ὁ δὲ, καθάπερ ἐξ ὑπνου βαθέος ἀνενεγκῶν, καὶ τῆς περὶ αὐτὸν αἰσθηθεῖς θεοφανείας, καὶ πάσης μὲν ἀλγηδόνος σῶματος εὐθύς ἀνεθείς, πάσης δὲ κατανύξεως καὶ ἀνεκλαλήτου χαρᾶς πληρωθεῖς, ἵσταται μὲν ἐπὶ πόδα, οὕτω κούφως καὶ εὐσθενῶς, ὡς μηδ' ἦν τινα πείραν ἀνιερῶν εἰληφῶς.

ιβ'. Εὐθύς δὲ κάμψας ὁ Μακάριος τὸ γόνυ πρὸς τὸν Θεόν, καὶ τὰς ὄσας χεῖρας ἐπάρας εἰς τὸν οὐρανόν, ἐν ἀγαλλιάσει καρδίας καὶ γλυκερῆς δάκρυσιν ἐξωμολογεῖτο τῷ Κυρίῳ· εὐχαριστῶν μὲν ἰσχυρῶς ὑπὲρ τῆς σταθερότητος, ἧς ἄχρι τῆς ὥρας ἐκείνης ἐνεδείξατο· δεόμενος δὲ ἐπὶ ταύτῃ τελειωθῆναι τῇ ὁμολογίᾳ· καὶ τὴν ψυχὴν μὲν τῆς ἀποκειμένης τοῖς μάρτυσιν ἀνιπαύσεως μετασχεῖν· τὸ πολυπαθὲς δὲ σωματίον σεμνὸν τόπον εἰς κατάπαυσιν λαχεῖν· φυλακτήριον δὲ τοῦτο τῇ αὐτοῦ πόλει προσηύξατο δι' αἰῶνος χρηματίσαι· νόσων τε παντοδαπῶν ἰατήριον καὶ πάντων ἀλεξητήριον κακῶν. Προσηύξατο τοῖς εἰς τὸν Θεὸν ἀσεβοῦσιν τὴν διὰ πίστεως σωτηρίαν, καὶ τοῖς ἀμαρτάνουσι τὴν διὰ μετανοίας ἐπιστροφὴν, τοῖς ἀρχουσι δικαιοσύνην· εὐπειθειαν τοῖς ἀρχομένοις, τοῖς πλουσίοις τρόπον ἐλεήμονα, τοῖς πένησιν ὑπομονὴν καὶ καρτερίαν, χαίρουσιν εὐχαριστίαν, λυπούμενοις παραμυθίαν, πλέουσιν εὐπλοίαν, ὁδοιποροῦσιν εὐοδίαν, τοῖς ἐν πολέμῳ τρόπαια νίκης, τοῖς εἰρηνεύουσι συντονίαν πρὸς πᾶσαν εὐσέθειαν καὶ δικαιοπραγίαν. Πᾶσιν ἐπεύχεται Χριστομιμήτῳ χρηστότητι τὰ χρηστὰ καὶ λυσιτελῆ, ὡς τέλειος Χριστοῦ μαθητῆς· ὡς φιλόπατρις, τῇ πατρίδι τὴν ἀπὸ κινδύνου παντολύτρωσιν· μάλιστα δὲ τοῖς γνησίως αὐτοῦ μνημονεύειν μέλλουσι, καὶ τῇ τῶν λειψάνων θήκῃ πελάζουσιν· οἰκοδομαῖς· τε χαρίζεσθαι, ὕμνοις τε καὶ ὕμνοις δεξιούσθαι· τούτῳ προσιοῦσι, πᾶσαν δεξιάν χάριν καὶ σωτήριον ἐπεύχεται δωρεάν.

κ'. Οὕτω προσευξάμενος ὁ θεὸς ἀνῆρ, καὶ ἐπὶ πολὺ τοῖς παρεστῶσι τῶν ἱερῶν ἀγγέλων ἱερῶς συνηδόμενος, καὶ νοερῶς κατατερπόμενος, εἶτα τρίτῃ σφραγίδι τὸ θεοειδὲς πρόσωπον σημειωσάμενος (ὡς τῆς τότε τὸν τόπον ἐκεῖνον πληρωσάσης μυστικῆς θυμηρίας καὶ δοξολογίας), τὴν ἀγίαν αὐτοῖς ὁ ἅγιος παρα-

explicare nitatur Combefisius. Atque hinc suspicor, hunc esse Græcum Nicetæ rhetoris ornatum.

τίθεται ψυχὴν. Ταύτην μὲν οὖν εὐθύς ὁ παράδεισος ἔλαχε τοῦ Θεοῦ, τῷ Βασιλεῖ τῆς δόξης ἀνοφθέγκτω χαρᾷ προσιοῦσαν, καὶ πανευαγῶς αὐτῷ προσκυνούσαν, καὶ τῷ τῆς ἀφθαρσίας στεφάνῳ τῇ Δεσποτικῇ καταστεφομένην δεξιᾷ· ταύτην αἱ νοεραὶ πᾶσαι τῶν οὐρανῶν Δυνάμεις ἐπήνεσαν, καὶ ὡς νικηφόρον ἢ Χριστοφόρον ἑαυταῖς προσφκειώσαντο. Ταύτην ἀπόστολοι μὲν, ὡς ἀποστολικώτατα βιώσαντες, ἀσμενεῖς τὰτα [ἀσμενέστατα] δεξιούμενοι περιεπτύξαντο· Μαρτύρων δὲ χοροὶ ἱεροὶ, ὡς οικεῖον αὐτῶν μέλος, καὶ τὸ τιμιώτατον ἀποδεχόμενοι τῶν μελῶν· καὶ τῷ πνεύματι συναρμολογοῦντες ἑαυτοῖς καὶ συμβιβάζοντες τῆς αὐτῆς αὐτοῖς δόξης καὶ μακαριότητος μέτοχον δι' αἰῶνος ἐκληρώσαντο· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ προφητῶν καὶ ἁγίων θίασοι πάντων, ὡς τῆς Ἰσῆς αὐτοῖς ἀγιότητος ὑπερβαλλόντως μετέχουσαν ὀρῶντες, τὴν αὐτῆς ἀνάλυσιν καὶ ἐνδημίαν πρὸς τὸν Χριστὸν, λαμπρὰν ὅτι μάλιστα καὶ θεοπρεπεστάτην συνεκρότησαν ἑορτήν.

κα'. Τοῦτον μὲν οὖν τὸν τρόπον ἢ τρισυλβία ψυχὴ τῆς τοῦ οὐρανοῦ Πατρὸς κατακληροῦται μονάς· ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο καὶ ἀθλοφορικὸν σκῆνος, ἢ οὕτως εἰς γῆν πεσὼν παρεώραται, ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς μάρτυρας τετιμῆται· ὡσπερ δὲ τέρασι μελίσσαι καὶ ἀφθονωτέροις λάμασιν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ πεφιλοτίμηται, οὕτω καὶ ταῖς ἐξ ἀνθρώπων τιμαῖς, ἀπάντων ὀλίγου δεῖν τῶν ἀθλοφορικῶν σωμάτων τὸ ἐπιδοξότατον ἠνέγκαστο. Τότε μὲν γὰρ αὐτοῦ που πλησίον τῆς πόλεως γῆς βάθεισιν ὑπὸ τῶν εὐσεβούντων ὁ πολῦτιμος ἐντίμως καταχωσθεὶς θησαυρὸς, οὐμενοῦν ἀφικτὸς ἢ τινι γέγονεν ἐξ ἐκεῖνου θεωρητὸς, οὐ μὴν ταῖς ἀγαθουργίαις τῶν αὐτοῦ θαυμασιωπιῶν οἷός τε γίνεται λαθεῖν· ἀλλ' ἐκτενεστάταις μὲν ἰκασίαις τὸν Κύριον ἐνδοξὸν ὁ ἀθλοφόρος ἱλευόμενος, ἐξω δὲ ταῖς ἐπὶ τοῦ τάφου τελουμέναις λάσεσι δυσωπῶν, καὶ τοιούτοις πάλαι τὴν αὐτοῦ πόλιν ἐξ ἀπιστίας εἰς ὀρθότομον πίστιν καὶ ἀνυπόκριτον μετάγων, οὐδὲ μέχρι τοῦ νῦν ὁ θαυμάσιος διαλείπει. Λέγεται γὰρ, ὅ καὶ ὀρώμενον πιστεύεται, ὅτι ἐκάστης τοῦ ἐνιαυτοῦ περιτροπῆς τὴν τοῦ ἁγίου μνήμην ἐπαγούσης, δέησις περὶ τὸν ἱερὸν τάφον, ὑπὸ τοῦ ἱεροῦ παντὸς ἀναπέμπεται λαοῦ· ἄφνω δὲ χοῦς ἐν ἤχη τινὶ ξέκῳ καὶ ροιζήματι πνεύματος ἐκ τοῦ βάθους κάτωθεν ἀναδίδεται ἢ ἀναβρίπτεται, οὕτως σφοδρῶς ἐκφυσώμενος, ὡς καὶ τοὺς περὶ τὸν τάφον καιομένους λαμπτήρας, τῇ ἐπιπνοίᾳ κατασβέννυσθαι· αὐτὸ δὲ τὸ τοῦ τάφου στόμα, καὶ τὴν καλύπτουσαν λαρναχοειδῶς οἰκοδομίαν, ἀνάμεττα τοῦ ἱεροῦ χοῦς, καὶ τῆς τιμίας ταύτης κονίας εὐθέως ἀποδείκνυσθαι.

κβ'. Ἄξιον καὶ τοῦτο τῇ ἱστορίᾳ παραδοῦναι, ὡς οὐ πρὸ πολλῶν τούτων ἐτῶν, τῆς ἐτησίου κονίας ἀναδραττομένης, καὶ τὸν μέγαν τῆς χειρὸς δάκτυλον τοῦ θαυμαστοῦ Μάρτυρος κάτωθεν συναναβῆναι·

A mum. Hunc vero statim Dei paradisos habuit, Regi gloriæ, nulla verborum-vel explicabili gaudio, accedentem, eique religiosissimo habitu cultum adhibentem, atque incorruptionis coronam Dominica dextera suscipientem. Hanc cœlestium potestatum mentes omnes laudaverunt, ac velut victoriæ trophæa, aut Christum ferentem, suis domesticam cœtibus asciverunt. Hanc et apostoli, quæ apostolicis præclarissime muneribus vitam egerit, placidissime accipientes complexi sunt. Sacri martyrum chori, velut proprium ipsorum membrum recipientes membrorumque nobilissimum, ac sibi ipsis spiritu concinnantes ac committentes, ejusdem sociam gloriæ ac beatitudinis in ævum nacti sunt. Neque id modo, sed et prophetarum sanctorumque omnium chori velut paris illis sanctitatis gratiis eximie auctam conspicientes, ejus ad Christum solutionem ac emigrationem, claram maxime divinissimamque festivitatem ac tripudium celebrarunt.

21. In hunc itaque modum ter beata anima cœlestis Patris mansiones sedesque consequitur: at neque sacrum illud ac triumphale tabernaculum, vel sic in terram cadens spretum est, vel pari martyribus reliquis honore decoratum: sed sicut majoribus prodigiis uberioribusque sanctorum Christi munere honestatum est, sic et humanis honoribus ac obsequiis, cunctis fere victoria inelytorum martyrum corporibus majori gloria illustrius habitum. Ac tum quidem illic loci prope civitatem aggesto tumulo pretiosus thesaurus fidelium manibus honorifice conditus est: at quamquam inaccessus, nullique eo ex tempore re conspectus est, per ejus tamen mirabilium operum benefica munera laud fieri poterat ut lateret. Quin jugibus contentisque supplicationibus intus Dominum martyr triumphalis placans, forisque in sepulcri memoria sanctorum munere permovens, hisque olim suam civitatem ab infidelitate ad rectam sinceramque fidem traducere, hactenusque vir admirandus non cessat. Aiunt enim (cui rei et ipse visus præstat fidem) vertente anni tempestate, qua ejus celebris memoria agitur, sacratæ plebis circa sacrum tumulum obsecratione, repente insolito quodam sonitu, flatusque stridore ex imis sursum pulverem erumpere (12) seu exsufflari tanta vehementia, ut et tumulo circumpositas accensas faces spiratione exstinguat; ipsumque tumuli os, urnæque in modum operientem fabricam, sacro pulvere pretiosoque cinere confestim adimpleat.

22. Dignum vero et istud commentario consignare; ante nimirum non multos hos annos (13), annuo pulvere erumpente ac ebulliente, dextræ quoque admirandi martyris majorem digitum una

(12) Idem fere miraculum narratur de sepulcro S. Raymondii de Pegnaforti, uti dictum est ad diem 7 Januarii in ejus Actis, cap. 8.

(13) Hinc patet, cultum ejus Amastride adhuc floruisse sæculo nono.

ascendisse, ita integrum sanumque, ac si vivente recens dextera amputatus esset. Sic vero ascendisse arbitror, ut sancti eo loco corpusculi depositionis certiore faceret fidem, et ad templi fabricam fideles animaret. O sanctum pulverem in sancti pulvere imbutum sanctitate, qui universo populo distribuaris, parique cum sancto corpore virtute polleas! O pulvis, natura quidem terrenus, ac caelestis virtute atque potentia! Pulvis nimirum, mannae, quod olim e caelo pluebat, gratia venerabilior, sanctimonia religiosior, virtute potentior efficaciorque. Nam illud quidem ad alenda corpora ac conservanda caelo pluebat; hic vero, non solum ad corpora (a frigoris maxime aestusque tabe) curanda, verum etiam ad abundantem animis firmitatem praestandam ac illustrationem.

23. At, o martyrum omnium decus inclytum, fidelium gloriatio contritioque infidelium! O venerandae patriae bona stirps, imo vero stirps sancta, suo munere pravam patriam in bonitatem vertens, impuramque castam reddens ac sanctam, inhonoramque honorans! Stirps pretiosa caelestisque Patris tui vere plantatione digna, quasi palma, jugi virtutum flore vernans, ac quasi cedrus secus aquas, infinitis sanitatum fructibus exuberans! O lapis pretiose vereque summo angulari digne lapide! Lapis, cui nomen cum Hyacintho commune (14); illo, inquam, Hyacintho, qui undecim pretiosis lapidibus, utrinque ordine digestis, annexus, summi pontificis rationale iudicii una componit! Lapis sancte, qui juxta Isaiam super terram volvaris, Amastridis murus vallumque; sive potius turris coronaque, omnes hostium capiendis urbibus machinas, arietes, catapultas, balistas aliaque propellens! Paphlagonum alta sublimitas eximiusque decor, imperii corona, sacerdotii laus ac gloriatio, nostrorum, quaeso, etiam suscipere digneris sermonum primitias; ac vel si nihil tua dignum magnificentia exhibeant, prorsus tamen tibi charissimas, quod e vicinio fructus existant. Ac reliquis quidem, quae illis prius a summo omnium Rege precatus es, praestare ipse ne cessaveris, quippe cui facultas non desit, quam inde acceperis: vicinis autem atque civibus, uti magis tibi fide ac charitate consertis, majorem bonorum Dei munerum copiam subministra, in Patris et Filii et Spiritus sancti gloriam, in saecula saeculorum. Amen.

Α οὕτως ἄρτιον καὶ διόκληρον, ὡς ἄρτι τῆς αὐτοῦ ζω-
σης ἀφαιρεθέντα δεξιᾶς· ἀνέβη δὲ, πίστιν τε, οἶμαι,
τελειοτέραν παρεχόμενος, τῆς ἐνταυθοῖ τοῦ Ἁγίου
καταθέσεως, καὶ πρὸς τὴν τοῦ ναοῦ διεγείρων τοὺς
πιστοὺς κατασκευὴν. Ὁ χοῦς ἅγιος, ἐν τῷ τοῦ Ἁγίου
ἀγιαζόμενος χοῖ, καὶ παντὶ τῷ λαῷ διαδιδόμενος,
καὶ τῷ ἁγίῳ ἴσα σώματι δυναμούμενος. Ὁ χοῦς, τὴν
φύσιν μὲν χοϊκῆς, οὐράνιος δὲ τὴν δύναμιν· χοῦς, τοῦ
οὐρανοῦ πρώην ὑομένου μάνα τὴν χάριν αἰδεσιμώ-
τερος! τὸν ἀγιασμὸν σεβασμιώτερος, τὴν δύναμιν
δραστηκίωτερος· τὸ μὲν γὰρ εἰς σωμάτων ὕετο θρέ-
ψιν τε καὶ συντήρησιν· ὃ δὲ, οὐκ εἰς σωμάτων
θεραπείαν μόνον, ψύχους τε μάλιστα καὶ καύσωνος
μαρασμοῦ, ἀλλὰ καὶ εἰς διαρκῆ ψυχῶν στηριγμὸν
καὶ φωτισμὸν.

B

κγ'. Ἄλλ', ὃ πάντων μαρτύρων ὠράϊσμα, πιστῶν
δὲ ἀγαλλίαμα, ἀπίστων δὲ σύντριμμα· ὃ πατρίδος
σεμνῆς ἀγαθὸν φυτὸν· μᾶλλον δὲ φυτὸν ἅγιον, τὴν
πονηρὰν ἀγαθύναν δι' ἑαυτοῦ πατρίδα, καὶ τὴν
ἀναγνὸν ἀγνίσαν, καὶ τὴν ἀειμον τιμῆσαν· φυτὸν
τίμιον, καὶ τῆς τοῦ Πατρὸς σου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς
φυτείας ἀληθῶς ἄξιον, ὡς φοῖνιξ ταῖς ἀειθαλέσιν
ἀνθῶν ἀρεταῖς, καὶ ὡσεὶ κέδρος παρ' ὕδατα τοῖς
ἀπείροις τῶν λαμάτων πληθυνόμενος καρπῶν! Ὁ
λίθε τίμιε, καὶ τοῦ ἀκρογωνιαίου τῷ ὄντι ἐπέξιε·
λίθε, τῷ Ἰακίνθῳ ὁμώνυμε· ἐκείνῳ, τῷ τοῖς ἑνδεκα
συστοιχοῖς τιμῶς συνηρημένῳ λίθῳ, καὶ τὸ λο-
γεῖον τῆς κρίσεως τοῦ ἀρχιερέως συγκατασκευαζο-
μένου τοῦ μεγάλου λίθε ἁγίε, κυλιόμενε ἐπὶ τῆς γῆς,
κατὰ τὸν Ἠσαϊαν, τῆς Ἀμάστρας τὸ περιτελισμα
καὶ περίφραγμα, μᾶλλον δὲ πύργωμα καὶ στεφά-
νωμα, πάσας ἐλεπόλεις καὶ μηχανὰς ἀποκρουόμενον
ἐχθρῶν· τῶν Παφλαγόνων τὸ ὕψωμα καὶ καλλῶπισμα
τῆς βασιλείας ὁ στέφανος, τῆς Ἰερωσύνης ὁ ἔπαινος
καὶ τὸ καύχημα, δέχοις καὶ τὴν τῶν ἡμετέρων
ἀπαρχὴν λόγων· καὶ εἰ μηδὲν τῆς σῆς ἄξιον μεγα-
λοπρεπείας ἐπιφαίνουσας, ἀλλὰ φιλὴν γέ σοι πάντως
οὔσαν, τῷ ἐκ γειτόνων εἶναι καρπὸν, καὶ τοῖς μὲν
ἄλλοις πᾶσιν, ἃ πρὸς τοῦ Παμβασιλείως πρότερον
ἐπηύξω, μὴ διαλίπης αὐτὸς ἐνεργῶν· δύνασαι γὰρ
ἐκαῖθεν λαθῶν· τοῖς γείτοσι δὲ καὶ πολίταις, ὡς μὲν
ἀνηρημένοις τῆς πίστεως καὶ ἀγάπης τῆς σῆς,
πλείω τῶν ἀγαθοδύρων Θεοῦ ἀγαθῶν τὸν περιουσια-
σμὸν ἐπιχορήγησον, εἰς δόξαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ
καὶ ἁγίου Πνεύματος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.
Ἀμήν.

D

ORATIO XX.

Laudatio magni Gregorii, Constantinopolitanæ urbis archiepiscopi, cognomento Theologi (1)

Magnum Theologum laudaturus accedo, tametsi is laudibus eminent. Æquum enim; nec vero dumtaxat æquum, sed ut etiam maxime deceat oratione defungi viro eloquentissimo, omnisque eloquentiæ

regulæ ac magistro. Nec quod sit necesse, ut nedum ipsi, qui tantis ab illo partibus deficiamus, sed et qui ad summam magnifici animi præstantiam evasisse videntur, ab eo quod est pro dignitate

(14) Satis clara hic est allusio, sicut etiam fuit in exordio, ad S. Martyris nomen, et pretiosum lapidem hyacinthum. De allusione ad flosculum ejusdem nominis jam diximus (not. 1).

(1) Ex codice Mazarinæo, Fr. Combefisio interprete, in Bibliotheca Patrum concionatoria, tom. VI, p. 616.

exerrent; idcirco inhibendus conatus, segniusque agendum quam ut rem aggrediamur. Magnum enim iugensque est, ut vel temperate, in iis quæ maxima sunt, vim argumenti tractes: nedum ut pro operum merito exsequaris. Quia enim vero ille Dei Verbo tum genitus, tumque perfectus, viventi Deo Verbo necessitudine conjunctus est, quomodo non rationi convenientissimum, ut pro virili nostra, ac quantum assequi licet, honorem, qui ex sermonibus dicendi-que facultate est, illi tribuamus? Laudetur igitur; quippe æquum sanctumque, ut is, qui operibus ac sermonibus, quoad vita superstes fuit tuendis Verbi partibus labores, ac inœstitias nimium quantas jugesque sustinuit, laudibus quoque ex eloquentia, sermonumque vi corrogatis ceu floribus exornetur.

Porro Gregorium dico, divinæ summeque principis cognominem theologiæ; sive, ut loquar verius, ipsam reipsa theologiā. Quemadmodum enim vera illa lux²⁵ pro nobis atque nobiscum orta, cum sit sapientiā, et justitiā, et redemptio²⁶, sic potius, quam ex illis deducto nomine nuncupata est. Sunt enim divina hæc nomina ejusmodi, ut præpolleant, divinisque aptiora existant, in quibus essentia cum operatione pariter concurrat. Sic quoque vir hic divinus, qui totam mentis vim eximie divinissimæ-que theologiæ contemperaverit, totamque eam animo intelligenti expresserit, quinimo totus ab ea comprehensus sit, velut ipsa reipsa theologia tum est, tum nominatus fuit. Qui igitur fiat, ut quæ ad illam spectat laudatio, non recto tramite ad istum evaserit? Theologiæ autem laudatio, ipsius sit perfecte, ac quam perfectis loquuntur²⁷, divinæ principis sapientiæ celebratio; cujus iste amator, quæ nescio an ullus præstantia, ex eo hominum genere qui a sæculo philosophiam colere statuerunt, effectus, viasque scrutatus, atque incertorum ac occultiorum²⁸ illius mystica sacraque ratione scientiam edoctus, sic mentis sensu, divineque interioris perfectionem hominis adeptus est, ac par erat eum adipisci, qui superna sapientiā parente supremæ virtutis cultu natus erat. Velut enim divinum vehiculum, sive eximius divinissimo Verbo eximia vite ratione, verbique luce partus, evaserat.

Qua igitur ratione is, qui solari globo oculi vini deligit, simul quoque concretam illi lucem necessario luminum acie attingit, sic qui laudis obtentu in magnum Gregorium linguam laxaverit, Theologiæ quoque in eo sedem habentis, sive sapientiæ atque virtutis, dubio procul pariter laudes aggreditur. Hæc enim non eorum qui foris sunt sapientum typo, sed plane apostolica norma, neque Græca ambitione, sed lege evangelica scitisque ejus, contemplatione pariter ac actione, velut natura essentiaque Gregorio conserta, eique concreta apparuerunt. Parum abest, quin et hæc Gregorius dicatur totus ex toto his commistus, ut vix ab eis subtili mentis

A cogitatu dirimatur. Quemadmodum enim hocce aeris corpus, solis radiis fulgoribusque imbutum, totumque ex toto exsiliens inde ac emicantis splendoris corusco plenum, unam lucis plenam aream oculis representat; ita et iste, spiritalibus hisce radiis magni justitiæ Solis aciem intendens, omnemque ejus, quem nemo capiat, eximia quadam ratione claritatem capiens, animique essentia corpore vacanti commiscens, tanto magis, eo, quem diximus, aere, suæ illi conjunctior luci ostenditur, quanto aer brevi temporis intervallo aspectabili luce perfusus, illa migrante, noctis mox tenebris ac caligine impletur; hic autem semel, iis, quos diximus, radiis animum adhibens, sicque mentis felicitate eorum fulgore illustratus, ut lucis (nempe spiritalis) filius evaserit, ejus scilicet quæ in illo ratione nullis verbis explicabili, formata, sive signata sit, indivisus a parente in sæculum manet; luxque spiritalis ac pura, non sibi ipse duntaxat, sed et his qui illi animum attendunt, efficitur atque cernitur.

Cum igitur istud in eum pulchre dictum sit, fidemque meruerit; age jam nos quoque spiritales intelligentiæ radios, spiritalibus intelligentis animi manibus rapientes (radios scilicet Gregorio quidem emicantes, at qui e cælo ad nos usque pervadant) sermonemque virtutis, ac sapientiæ summitati laxantes, ejusque sacræ Theologiæ profundo intentam mentem adhibentes, atque inde velut claris nobis collectis fulgoribus, id est, divinis illustratoribus affulgentibus, præclaras Theologi res atque merita pro eorum tum sublimitate, tum latitudine contuentes, atque in eum rectis mentis oculis ac irretortis intendentes, proprium ei ac conveniens munus charumque, laudum primitias offeramus.

Ac vero diligenter attentam mihi aurem, ac benevolentem animum, mentem denique mundanis seu carnalibusurbationibus liberam mundamque exhibete, quotquot merito theologicis oblectari canticis atque laudibus peroptatis. Plane enim oratio, uti quæ honesta sunt sincere laudantibus, sic vero etiam prudenter ac cata mente audientibus, longe utilissima ac salubris existit.

Quæ enim vero ab imis haud secus ac corpus umbrae assectantur, ceu quæ ad eorum quæ dicta sunt laudem non admodum conferant, omittenda operæ pretium duco; cum et præterea multi jam ea conscripserint, sintque omnibus conspicua, tametsi nos minime eloquamur. Quænam vero hæc dico? Puta, patriæ majestatem ac præstantiam, non quam is quem laudamus, inde percipiat, sed qua ipse illam potius excellentia virtutis impartiverit. Etenim, quemadmodum non ea ratione illustris Christus, quod natus in Bethleem, secus vero illa ejus clara cunabulis orbique celebris evasit; sic et Gregorius, non propter Nazianzum, ex qua duxit originem, honestatis cumulo aliquid accepit; quin illa propter

²⁵ Joan. 1, 9. ²⁶ I Cor. 1, 30. ²⁷ I Cor. 11, 6. ²⁸ Ps. 1, 8.

Gregorium in orbis usque fines sui claritatem nominis protulit. Modum, quo in lucem susceptus : maternis enim precibus, ac fide, haud secus ac quæ Verbo præcurrit vox, aut velut sacer ille ex utero Samuel, impetratus, earumque dubio procul partus audiit ac effectus. Urbanam educationem, scitamque, ac qua educari eum decebat, qui sacrosancta decensque virtutis officina futurus erat. Ingenium subtile, ac capacissimum in juvene, ac tenero corpore ; animique solertiam tantam, sagacitatem ac præstantiam, quanta eum statim designari decebat, qui divinum ac magnificum sapientiæ delubrum exstruebatur.

Ad hæc varias disciplinæ causa perégre susceptas profectioes ac itinera ; puta, Nazianzo Cæsaream ; indeque in Palæstinam ; exque Palæstina Alexandriam ; Alexandria in Græclam, Athenasque magnum illud doctrinarum decus, ac earum reginam ; ubi divino Basilio paris disciplinæ causa illic peregre agenti congressus, illiusque usus consuetudine, nedum lecti, victusque, ac mensæ socium habuit, sed et pulcherrimarum disciplinarum, omnisque virtutis concordi mentis proposito, unaque animi conspiratione æque illi particeps accessit. Athenis vero Byzantium, urbem scilicet jam fere summam orbis arcem, in quam, uti reliquæ terrarum divitiæ ac ornamenta pro augustæ urbis majestate convenienter inferebantur, sic quoque tunc quod universis præstantius est, litteræ scilicet ac doctrina, eum ad præstantissimam urbium in eam commigrabant.

In his itaque Gregorium, viros aduentem scientia præstantissimos, iisque dantem operam ; atque omni arte grammatica poeticaque abunde exercitatum ; oratoria summe excultum, vimque omnem sermonis, elegantiamque, ac facundiam commodissime adeptum ; itemque philosophiæ, non quidquid duntaxat organicum est, atque ad mores ac naturam spectans, verum etiam quidquid magis eximium spiritaliusque, sublimissime contutum, mentisque intelligentia assectum : qui denique cujusvis disciplinæ, omnisque (ut verbo dicam) Græcorum sapientiæ ac scientiæ potissima quæque decerpens, hisque ipse sibi ad ea contemplanda quæ vim mentis excedunt præclare admodum viam muniens, sic totam quidem mentis suæ vim ac intelligentiam, Trinitati, quæ ipsum antequam etiam nasceretur scivisset, sacrumque sibi Theologum prædestinasset, perfecte addixerit ; patriæ vero ac parentibus castum hoc corpusculum, majorique animum præfulgentem castitatis luce reddiderit. Hæc quidem, cui libuerit, narret ac philosophetur ; rudimentariis velut actionibus, defunctoriisque viri magni agitationibus facultatis dicendi vim non defunctorie promens ; siquidem in his quoque dignum aliquid ejus prudentia, animique præstantia ac magnitudine loqui licet. Nobis autem id propositum, non ut a

A deterioribus, sed præstantioribus, non ab iis quæ exterius, profanisque, ac quæ circa ipsum considerantur, sed a propriis, ac quibus per fidem ex Evangelii ratione egregie functus est, virtute scilicet (uti dictum est), sapientia ac theologia, pontificem magnum ac Theologum laudemus ; ipsum eundem invocantibus, ut canticis atque laudibus adjutor adsit, dexteramque benignius præbeat fatiscenti sermone.

B Ille igitur mente animoque divinus : cujus actio omni major imitantis conatu ; contemplatioque eximie præcellit : cuncta scrutans in Dei Spiritu, ac dijudicans, quique ipse, ut divinus. Apostolus loquitur, a nemine dijudicetur³⁹. Magna cœlestis tonitruï proles ac filius ; sola temporis antecessione, nihil vero sacrorum dogmatum magnificis vocibus, divinorumque sensorum fulgetris, quibus trine subsistentis Deitatis consubstantialitas prædicata meruit fidem, a primo illo deficiens ; ob quæ etiam par illi nomen consecutus est. Qui clare, ac præ omnibus, qui præcesserunt, apertius, Trinitatem personarum Deitatis unitate Deum celebret ; naturæque unitatem in proprietatum Trinitate adorationem habentem, divinam enuntiet.

C Ille, omni primum humana sapientiâ ac virtute præeruditus, abundeque animo ac mente ad pietatem exercitatione prævia excultus, ac cum se ipse per Spiritum vas Deo dignum præparasset, ita ad lavacrum regenerationis venit ; non ut sordes ablueret (audens dicam), sed clariore animi illustratione donandus, baptisma demum suscipiens ; nec ut aboleret peccata, sed potiora dona percepturus, Spiritum gratiæ admittens.

D Inque hunc modum, secundæ hinc vitæ optimæque ac perfectioris disciplinæ ducens exordium, a vitæ illa ratione quæ carni impensior est, omnium se alienum exhibebat : quin et quodammodo a terrena tantisper et animali sapientiâ⁴⁰ atque virtute excedebat. Sed et supra mundanam omnem amicitiam elatus, in spiritum solummodo commigrabat ; statuitque ut solam spiritus legem sequeretur, unam hanc teneret normam, ejusque virtutis ac sapientiæ quæ divino Spiritu præstatur, internum animo nactus amorem, eumque magnificum, iniquam omnem prorsus viam declinabat ; cunctisque divinis mandatis probe perfunctus, eorum cultu Christum appetibilem supremum velle persequabatur. Ac sicut pueri, cum teneriores decurrunt annos, infantilibus scitis vitæque rationibus educati, moribus quoque ac sensis puerilibus utuntur, in viros autem promoventes, cogitatis ac studiis quæ magis viros deceant, consequenti ratione accedunt, ita nempe, ut eo quod perfectum est, puerilis illis sensus ac institutio aboleatur : sic quoque magnus iste, quidquid ante lavacrum illi disciplinæ, tum ad eruditionem, tum ad actiones moresque spectans elaboratum fuerat, tanquam puerilem sensum re-

³⁹ I Cor. ii, 10 ; I Cor. ii, 15. ⁴⁰ Jacob. iii, 15.

linquens, quinimo ea eum rudimento primaque Institutione ad perfectionem capessendam utens, apostolicum illud jugiter opere implebat: *Quæ sunt retro obliuiscens, ad ea vero quæ a fronte secundum præfixum signum ad brachium supernæ vocationis extendens incipsum*⁶¹.

Cum enim duobus modis spectari philosophiam, nedum ab iis qui foris sunt, sed et a nostris exploratum haberet, tum nempe rationis, tum contemplationis ratione; profanâ quidem iis relicta qui foris sunt ac profanis, ipse illi quæ interna est solum inhærescebat. Id nimirum vere philosophiam ducens, ut a mundo animis abrumperetur, omnemque in eo confusionem ac perturbationem transcenderet, solique primæ ac verissimæ luci per veram ac sinceram tum vitæ, tum doctrinæ, rationem misceretur, omni studio pernicatissimaque diligentia id enitebatur.

Intelligens autem, non alia se ratione id quod volis efflagitabat felici successu consequi posse, quam si ipse a se virtutis actionem coleret, cœlitusque a Spiritu auxilium operumque obtineret: esse enim pariter communem boni adeptionem ac consummationem, cum scilicet Deus semina, nosque, ut decet, operationem conferamus (2): ac Spiritus quidem ut bonum velimus, assumptumque in nobis mystice, secretiusque operetur, nos autem Spiritus secuti consilium, probæ mentis proposito illi cooperemur: hæc itaque vir ille magnifici animi cogitans, perspectoque quam in oppidis atque urbanam vitam agimus, quandoque, iis maxime qui tirocinia ponunt, instituto officere, id est, capessendæ sublimi philosophiæ, repente se a parentibus ac cognatis abrumpit; abrumpit vero ab omni sæculi cura; tollensque pedes in desertum agebatur a Spiritu.

Ac sicut magna Verbi vox, ac quæ illi præcurrit, præclarissimus Joannes, prophetis omnibus major qua illi vicinior quem prophetarum tangebant oracula, Domino prædicatus, cum deserto prius Deoque vocasset⁶², eximieque vitæ cultu ac eminentiori contemplatione superata creatura⁶³, creatori propius adhæsisset: post hæc utique ante Domini faciem incedens, illius vias paravit⁶⁴: sic plane etiam Gregorius, sæculi turbis ejusque salo placide prius avulsus, vitæque imperturbata atque ab omni pravitate commercio libera, mente sublimis factus; exque divinis (quoad concessum) contemplationibus deitate imbutus, nedum pœnitentiæ atque baptismatis hominibus præco, sed et omni majoris perfectione absolutissimæque Trinitatis magister e deserto emittitur. Id autem oratio processu declarabit.

Etenim magnum quidem Basilium, uti prius ejus philosophiæ quæ usu sæculari venit, ita postea spiritualis adiutorem sociumque adhibens, sic cum

A eo omnibus simul parandis virtutibus studio incumberebat, actione quidem iis defungens quæ actione constant, contemplatione autem iis, quæ contemplatione: vel, actione quidem, ad ea quæ contemplationis sunt, promovens; contemplatione autem ea sibi familiaria reddens quæ sunt actionis.

At quænam actio? Operæ pretium enim existimo, ut per virtutes, quibus illa magnifice splendet ante contemplationem, eam designemus. Quænam igitur sunt virtutes? Primum quidem firma solitudo, seu quies, ac mundissima. Solitudo, inquam, ac quies animi pariter et corporis. Non enim loci duntaxat præsidio se tum civilibus, tum rusticanis subducebat tumultibus, sed longe magis in se ipse mentis constantia, seque medio, in Deum conversus, moribus potius solitudinem ac quietem obibat; tranquillamque ac mansuetam animi constitutionem adeptus, in qua velut pellucido speculo ac mundissimo, cœlestium illustrationum representationes, terrenis impermixtas figuris ac seducentibus, suscipiebat.

Tum vero meditatio robusta jugisque. Meditatio sacrorum Spiritus eloquiorum, quæ nedum labiis, sed et corde vere in mysterio proferantur; eamque plane ob rem, non a tramento, sed Spiritu animo inscribantur. Precandi autem studium jugale nactus meditationi, indivulsum a Deo animum obtinebat. Quemadmodum enim corpus solitudinis cultu, animumque meditationis vi consecrare Deo satagebat, sic utique etiam mentem jugibus supplicationibus instans Spiritui copulabat.

Cum autem in his tribus, ratione scilicet, ira, ac cupiditate, hominis totus animus consideretur; atque ad rationem quidem, tanquam augustissimam spectet ut præsit ac dominetur, ad reliquas vero, ut huic ipsa pareant, atque ab ea regantur (hæc enim viri perfectio est) virtute perfunctus quæ cuique animi parti apta sit ac conveniens; inque his summa vir magna philosophia spectatus, temperantiam quidem cupiditati præscit, quæ scilicet nedum necessarii cibi, somnique partem maximam amputaret, sed et cunctis sensibus modos regulasque deflueret; pulchritudinis ac formæ cupidinem omnem aboleret, omneque rerum intereuntium ac caducarum desiderium necaret; membrum omne omnemque motum disciplina componeret ac comprimeret, mentique, quæ est præstantior, subiceret.

Rursus vero mansuetudinem iræ adversam instruit: in qua nimirum omnis ei animi amaritudo iræque impetus solveretur; solveretur autem blasphemia et clamor: ac quidem malitia omnis ac rancor (iræ scilicet mala germina) penitus evellerentur; velutque ex perfecta radice, ex tenuitate, omnis in eo benignitas atque probitas germinaret ac effloresceret.

⁶¹ Phil. iii, 13. ⁶² Matth. iv, 1: Luc. iv, 1. ⁶³ Matth. xi, 11. ⁶⁴ Luc. i, 76.

(2) Greg., orat. 38 et 42.

Modestiam autem (humilitatem vocant) ornatum optimum rationi imponit; in qua inanem omnem atque elatum animi sensum esset destructurus, omnemque altitudinem, extollentem se adversus præstantiorem scientiam, compressurus. Quemadmodum enim in hoc ratio constituta est, ut cupiditatis lasciviam temperantiæ vi, iræque inconsultum impetum lenitate retorqueat; sic quoque suum ipsa tumorem ac superbiam modestia castigans ac comprimens, piam se modestamque, ut Christo obediat, captivam addicit.

Sicut autem naturæ ipsa vi ac ratione lilio comes flagrantia est, sic et his virtutibus animi summa tranquillitas, cum quis illis perfunctus est. Tranquillitas, affectuum recessus, omnium ægritudinum, tum quæ animum, tum quæ corpus labe afficiunt, U evulsio ac interitus; beatus status, nullaque turba pulsatus ac molestia; angelorum vita, futuræ arripit beatitudinis.

Ad hanc cum evasisset divinus Gregorius, hancque septimum sui actionis vi ascensus gradum statuisset, illi deinceps optimum ac stabilissimum ternarium virtutum, fidem scilicet, spem ac charitatem, eam pulcherrimam coronidem imposuit. Fidem quidem, in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, unam deitatem et potentiam, ac regnum; ore quidem sinceram confessionem, corde autem ac mente, comprobationem irrevocabilem assensumque. Spem vero, horum ipsorum, quæ nunc obscure tenuique umbra ex fide conspicimus ⁴⁶, perfectioris postmodum explicationis, id est, revelationis ac detectionis expectationem. Charitatem autem, supremum hujusce scalæ spiritualis ascensum: legis summam ac prophetarum ⁴⁷, vinculum perfectionis ⁴⁸, continuam, ac quam nullum dirimat medium, mentis propriæ cum Deo in Spiritu per Jesum Christum societatem atque compagem.

Hisce universis virtutibus, quæ actione ejusque gerantur cultu, eas, quæ mentis contemplatione consummationem habent, æquali numero attexuit; primum scilicet operationes, seu afflatus Spiritus, quos Spiritus septem Isaias nuncupavit. Hi nempe vere primoque in Christo requieverunt, orto illo ex radice Jesse ⁴⁹; secundo autem, illa, quæ ex eo est, societate ac commercio, tum in aliis qui sint D ejus participes, tum vel maxime etiam in eo quem laudamus; qui hos mente agat ac intelligat, quinimo illis agatur ac consummetur, mystice requiescunt.

Quinam igitur afflatus ac Spiritus? Priore quidem loco sapientiam ⁵⁰; quinimo ab inferioribus sursum versus ascendens, velut sapientiæ radicem ac principium, timorem Domini præjaciens, castum illum, ac qui teste Davide, permaneat in sæculum sæculi; eo confixus carnem ⁵¹, animum-

A que ac mentem circumseptus ac emundatus, ad divinæ Sapientiæ celsam evadit arcem.

Ad timorem autem, fortitudinem ac consilium assumens; prioris usi, nedum adversus affectus vitiaque, verum etiam dæmones robur indult, ac confirmatur. Nec vero contra hos solum, sed et contra ipsum principem potestatis aeris ⁵² convalescit: nec contra illum duntaxat, verum etiam contra ipsos dissidentiae filios ⁵³, nempe incredulos, qui ejus afflatu aguntur; quibuscum opportune certamen commissurus erat. Spiritu autem consilii non id solum scrutans quod privatim suisque rebus eoduceret, sed quod etiam omnibus ⁵⁴, aut plerisque foret utile; neque proprii voluntatem animi, sed Dominicam, summeque bonam atque perfectam, tanquam probus famulus explorans ⁵⁵, eamque imis mentis penetralibus formans, pravi consilii genus omne cavebat.

Pietatem dogmatum veritate ac morum rectitudine colebat: nempe ab omni turpi cogitatu, omnique profano sermone, ac alieno omni hæreticorum furo defæcate mundatus, in mentis vero novitate in Christo transformatus, ea plurimum promovebat atque præstabat.

Scientiæ autem, quæ sit intellectuum, id est, eorum quæ scientia noscuntur, tota quædam confertaque contuitio; uti etiam visio, eorum aspectus, quæ cerni oculis possunt; tantus ei cumulus copiaeque accesserat, quanto etiam præ omnibus emundatus, ad angelicam contemplationem mente transmutabatur. Dum maris arenam, et guttas pluviae, diesque sæculi enumeraveris ⁵⁶, quam etiam sacra ejus eloquia intelligentiæ vim præstant ac secundo edunt germine, intellexeris. Sacra namque Scripturæ sensus, velut rosa in caliculo, dictionis obscuritate contactus erat. Is autem clare in spiritu explicans, suavique illius intelligentiæ fragrantia supra modum repletus, ea statim sacratissimam sapientiam sacratissimo nisu comprehendit.

Est igitur sapientia, illa quidem tum viva tum quæ per se est atque consistit, qui cum Patre ante sæcula Sermo est, ac cum eo una sempiternæ intelligitur: est vero etiam sapientia, qui de Sermonem sermones sunt; quorum vi Sermo, iis qui pietate colunt, sacra occultaque ratione conspicitur. Tanto autem Theologo illustrior clariorque incomprehensi comprehensio efficitur, quanto et perfectiore donatus intelligentia, eaque uberius pollens, cunctis quoque præstantius perfectiusque sapientiæ sermones ac doctrinam decerpit.

Sic spiritualis Israel (vere is videns Deum) virtutibus quæ actione geruntur, eas conserens, quæ contemplatione præstantur, inque scalæ modum, tanquam sapiens architectus alias aliis opponens

⁴⁶ I Cor. xiii, 12. ⁴⁷ Matth. xxii, 40. ⁴⁸ Coloss. iii, 4. ⁴⁹ Isa. xi, 1. ⁵⁰ Eccl. i, 16. ⁵¹ Psal. xviii, 10. ⁵² Psal. cxviii, 120. ⁵³ Ephes. ii, 2. ⁵⁴ Ephes. v, 6. ⁵⁵ I Cor. x, 33. ⁵⁶ Rom. xii 2. ⁵⁷ Eccl. i, 2.

atque committens, ac per eas ascensiones in corde disponens⁶⁶, menteque in ipsum directus cœlum, hunc plane postremum ascensum, mentis, rationis, seu Verbi ac Spiritus contemplationem disponit; quo scilicet ipsi clare, quæ scilicet huic innitur⁶⁷, cuius principatus Trinitas, copulatus est.

Mentem igitur, rationis seu Verbi, ac Spiritus auctorem efficacem, vivumque nullo anteriori auctore, arbitror illum intellexisse (3), hancque Paternæ essentia, quæ essentia omni superior est, typo accepisse. Rationem autem, seu Verbum, velut notionem atque conceptum, gignentis mentis naturæ accuratissimam expressionem ac simulacrum spectasse; rursusque Spiritum, qui mentem quidem auctorem ac principium habeat (4), velut aquæ fontis oculum; instar vero fluvii, per scaturiginem (rationem scilicet Verbumque) profluat; uti rationem Verbumque ad proles nativam cum gignente omni majorem essentia necessitudinem exemplo declarandam, sic ad divinæ processionis æqualem cum mente producente sub imagine reddendam dignitatem considerasse. Tantam scilicet magnus hic divinaque præclare sapientia fulgens animus contemplationis vi ac actionis conscendat speculam; ipsique divinissimæ ac principii menti, rationi seu Verbo, ac Spiritui, per mentem in ipso existentem, verbumque seu rationem, ac spiritum consuescens versansque, intemeratis supra modum affusis radiis replebatur; sacratioresque eas doctrinas ac initiationes nanciscebatur, quæ rationis vim omnem superarent.

At quisnam sacratoris illius doctrinæ modus? Præstat enim, puto, ut et illius, quoad nobis concessum, meminimus; ut quemadmodum reliquæ virtutis, sic et illius divinæ prædicationis atque doctrinæ formam habeamus. Quænam igitur sacratoris doctrina ac initiatio? Deus in tribus personis intelligitur. Deus, qui primum, solumque ac vere sit. Sit, non factus sit; tametsi id postea, circa Filium ac quam assumpsit humanitatem, obligit. Vivificans, non qui vivificetur; illuminans, non qui illuminetur; sanctitate imbuens, non qui imbuatur; principii finisque expers, æternus, essentia, vita, deitate superior; omnis essentia conditor, omnis potentia robor, omnis actus afflatusque effector; omnium, universe loquendo, eorum quæ sunt, intellectuum, utentium ratione, sensuum causas uniformiter ac completionem in seipso præhabens.

Nullisque adhuc rebus in naturam productis atque editis, erat lux vera ac prima, Pater luminum⁶⁸, ex quo ante sæcula Filius ac Verbum prima similiter veraque lux eximie effulget; incorporea,

A ex ea quæ vacat corpore; incomprehensa, ex ea quæ comprehendendi non potest; ignotaque, ex ea quæ altior notitia est. Solus enim Genitor, uti est, Natum cognoscit, solusque Natus Genitorem novit⁶⁹. Quemadmodum autem soli quidem radius comes individuus existit (siquidem quod est infinitum exemplis sollicitare decet, iisque de illo conicere), radio vero lux semper conjuncta est; sic Patri quidem Filius, Filio autem Spiritus Patris una comes adest. Ac sicut nunquam sol iste sine radio ac luce possit existere, ita neque ut Pater luminum absque Verbo ac Spiritu intelligatur unquam fiat. Ex illo namque tanquam ex radice quæ a se sit, primoque auctore ac originali totius augustissimæ deitatis orti, cœternam in illo existentiam nacti sunt.

B Quemadmodum autem tribus facibus pari micatu in domo accensis, una quidem triam conspicitur lux, ita tamen ut sic uniformis subjectarum facium nihil distinctionem confundat, cum suis quodque propriis notis a compari differat ac seceratur: sic, cum una essentia, id est, deitas, in Patre et Filio et Spiritu sancto consideretur, quædam singulos consequuntur proprietates immobiles, quibus personarum trina distinctio inconfuse consistit.

C Quænam igitur sunt proprietates? Nempe, ingentum, nativitas, ac processio. Esse enim Patrem quidem ingentum, quod nulli auctori ac principio subjiciatur; omnisque quicumque auctor ac principium intelligatur, vel dicatur, auctor existat omnino primus, prorsusque originalis. Genitum vero Filium, tanquam Verbum atque Sermonem, ex Patre mente natum. Processisse autem Spiritum sanctum, cum verum essentia paternæ defluviu. Esse autem sicut Filium paternæ formæ ac claritatis, sic plane etiam Spiritum Filii invariabile simulacrum (5). Nam quemadmodum mens, ejus qui in nobis internus sermo est, velut fons existit, eademque ipsa etiam sermonis qui ore profertur, ac sensum tangit, auctor est; verum conceptum quidem, velut sui vivum simulacrum mystice ac secreto gignit; conceptus vero rursus simulacrum, sermonem scilicet, profert ac edit: ita mens illa omni major cogitatu, primaque, quantum ex rebus exiguis licet quæ sunt maxima conicere, velut alium se, innatum, ac substantialem ante sæculum Sermonem, seu Verbum, gignit; velutque Sermonem alium, seu Verbum rursus Spiritum (Verbum scilicet virtutis suæ⁶⁹) proferens ac edens, in eo creaturam universam absolvit.

D Trinitas igitur in Unitate; atque Unitas in Trinitate, declaratur id quod colimus: Trinitas, perso-

⁶⁶ Psal. LXXXIII, 6. ⁶⁷ Gen. XXVIII, 13. ⁶⁸ Jac. I, 17. ⁶⁹ Matth. XI, 27. ⁷⁰ Hebr. I, 3.

(3) Greg. oral. 13, p. 211.

(4) Orat. 37, p. 611.

(5) Ita fere Græci, non facile Latini, quibus Spi-

ritus vi originis formaliter non sit similis, etsi re ipsa est, uti et Deus.

nis, atque Unitas, essentia; immutabilis, pari sublimis honore, intemerata natura; eadem præfulgens claritate, eodem throno sedens: una voluntas, una operatio, eadem virtus; potestas, dominatio, regnum non divisum. Nullo enim modo quæ sunt ex ipsa (mente) ab ipsa differunt; quorum alteri quidem, ut gignatur, alteri, ut procedat auctor, existit.

Sic quidem igitur sanctus, Sancta sanctorum secretius doctus, quantum brevi sermone representare licet, defixaque huic theologiæ mentis acie, post eam ordine, quæ etiam ad creata spectant, divinas prædicationes aptavit. Haud vero abs re forsitan, ut et horum paucis, ex sacris illius eloquiis, meminerimus. Duplici enim mundo, ea quæ sunt, summa colligens (6), atque alterum quidem ejusmodi ut mente intelligatur, alterum ut sensu percipi possit; primum alterum, Dicoque familiarem, atque intelligendi vi præditum; secundum alterum, extraneumque a deitate, ac materia concretum, intelligens; utrumvis ab altero sapientissima ratione ac sensu discernit.

Etenim alterum quidem spiritalem, velutque essentia igneam ac deiformem (angelicas scilicet naturas, ac a corpore absolutas), alterum vero corporeum tum esse, tum sibi ipsum compactum partibusque connexum; qui nempe ex continente rerum hanc universitatem, ac elementis quatuor constat. Ad majoris autem sapientiæ specimen, ex contrariorum mixtione unum quoddam animal artificie ratione compegisse; ejusmodi scilicet, ut tum caro existat, tanquam ex materia e terra formatum; tumque spiritus, tanquam insufflatio, atque ejus similitudo qui illi insufflavit. Porro, totum concretum hoc, hominem existisse, mentis sensusque competentem; ut sensu quidem, his quæ sensilia sunt, mente vero, his quæ intellectilia tanquam familiaribus consuesceret.

Hunc, ut sacris proditum Litteris est, in paradiso collocatum esse immortalium plantarum, id est, divinorum sensorum spectatorem: nequissimi vero serpentis consiliis seductum, ac cum minus hactenus congruam importune speculationem attingisset, tum ab ipso conditore, tum a paradiso voluptatis extorrem merito ejectum esse. Inde vitam nullis molestam laboribus, extraque interitus aleam, sudoribus, ac laboribus, mortisque commutasse. Inde sermone, lege, iudiciis, prophetis, omni genere beneficiorum, omnique flagellorum periculo ferocientem, vixque tractabilem, quin desperatum omnino, ac insanabilem, eo adductus, ut primo indigeret auxilio, supremoque curandus esset remedio. In eo illud positum, ut ipse Deus Verbum, carnis expertus, carnis ergo ex virgineis sanguinibus carnem indueret; animæque intelligenti propter animam commisceretur; ac qua demum morte

A defungeretur, naturam interitu mortuam excitaret, atque ad diviniorum vitam transferret.

Ejusmodi erant quæ Theologus hactenus in Ponto degens, philosophabatur. Hæc prius illic mente speculando contemplatus est; tumque postea sermone pro Theologi partibus dictavit. Atque hic ejus solitudinis, qua eremum co'uit, fructus est, quantum mihi equidem res ejus, ex ipsiusmet scriptis, saltem modice datum est prosequi.

B Totam igitur veterem totamque novam, qua nullus sagacitate tum antiquiorum, tum quos sequens protulit ætas, Scripturam meditatus; divinique cuiusque verbi ac vocis accuratam notitiam, primaque veritatis intelligentiam divino Spiritu præceptore sacratius edoctus; ac cum ita Dei paradisi fructu omni dulcissimo, honoreque omni cogitatu ac intellectu confertum, suum ipse animum reddidisset, revertitur; primum quidem sacris parentibus, qui ejus maxime cum spiritali, tum corporali ope indigerent, tumque etiam omnibus quibus esset animo constitutum ut pietatem colerent, in communem se utilitatem, iisque utendum, exponens.

C Ac sicut Petrus, Christi discipulorum præstantissimæ primitiæ ac coronis: atque universe deiformis omnis apostolorum chorus, tota primum sinceritate divinissimum summeque principem Jesum assectati, fideique doctrinæ navantes operam, omni quidem animi macula abstergebantur, omnique divinæ scientiæ luce replebantur; perfectiore autem postea Spiritus adventu exhibitæ, uberiorumque divinorum in eos afflatuum donorumque participationem nacti, sicque instructi, cunctis sospitatores gentibus mittebantur: haud secus hic quoque cum Domino Spiritu⁶¹ accensa primum fide inter solitudinis silentia versatus, ac cum scientiæ cultor, etiam contemplationi operam posuisset, omnemque prorsus vitii labem eloisset, ac divinam omnem illustrationem consecutus esset, perfectiore demum Spiritus afflatu, sic operatione donatus, atque ita, juxta divum Jacobum, sermone veritatis genitus, ipse quoque illorum more primitiæ quædam creaturarum Dei, missus est⁶².

D Qui primus homo conditus est, Dei imaginis, atque dexteræ gloriæ, ac paradisi consecutus delicias, quod per carnis libidinem, vita, quæ in spiritu est, exciderit, carnalis ortus auspex auctorque hominibus existit; vitæque angelica ac nulli obnoxia interitui per socordiam amissa atque projecta, ejus quæ affectibus mortisque interitui addicta est, parens inaudit. At Gregorius, primi quidem atque terreni prius gestans imaginem⁶³ (etenim homo erat), tumque eo abdicato, secundum postea atque coelestem Adamum induens; natusque atque perfectus secundum ejus imaginem (quippe præstantior homine) initium quoddam ac radix

⁶¹ I Cor. iii, 17. ⁶² Jac. i, 18. ⁶³ I Cor. xv, 39.

(6) Orat. 38 et 42.

spiritualis natiuitatis, ætatis suæ hominibus apparuit. Verbi enim Spiritusque potentia, ceu incontaminatam sementem pietatis, verbum cunctorum cordibus disseminans; ac velut imbribus, continuis illud sermonibus ac colloquiis nutrens consummansque, atque ad mensuram spiritualis ætatis prouebens; primum quidem, eorum qui carne genuissent, spiritu efficitur parens; exindeque etiam ad extraneos, mentis hanc, pulcherrimamque adoptionem supra modum ac latissime profert.

Ipsæ autem seipsum, omni dignum miraculo, ac longe absolutum virtutis exemplar proponens (7), primum quidem suæ in Pontum iugæ manifestas exiens affert rationes: quod nempe præclaro solitudinis afflatus amore, supernæque philosophiæ instinctus desiderio, urbanos tumultus declinaverit; ut se nimirum in ea, tanquam speculo nitidissimo, contemplatus, ac, quam prius per Spiritum divini sacerdotii unctionem nactus erat, perfectiore emundatione obsiguans, ratamque sibi ac firmam divini doni possessionem præstans, sic pure purissimo uti posset, ac ei consuescere. Tum sacerdotis ostendit dignitatem, ac qualem eum oporteat esse qui in episcopum præficiendus sit: quibus item rationibus præesse eum oporteat gregi utenti ratione, pulcherrime summaque philosophia sermone aliis tradens, ipse operibus, clarissimisque certaminibus implendo, fidem verbis addebat.

Quænam igitur opera? ac videamus num plurima ea faciendæ ac præmagnificæ. Et quid enim, quam Theologi animo ac fide digna? Primum quidem templi ornatu venustum ac mole ingens ejus cura atque diligentia excitatum (8), velutque aliud in terra cælum in cælis habitanti palam consecratum. Verum id, præ iis quæ ejus sunt, minus ad miraculum. Qui enim ipse se templum Deo dignum atque augustum virtutum cultu extruxerat, quid mirum plurimam patri operam contulisse, ut ex lapidibus sacram eam ædem ædificaret?

Deinde parentum honores: qui nempe verbis, qui ipsa præstandi re: pupillorum tutamina, viduarum præsidia, pauperum patrocinia, senum, ægrotorum, mendicorum hospitia; tum quæ solus ipse ac seorsim extruxit in patria; tum quibus extruendis sociam manum contulit amico ac sodali Basilio; nec solis operibus quæ sua erant fovendis ipse conferebat, sed et verbis exiniam adhortationis vim habentibus, saxea ipsa pectora ad pauperum ac mendicorum amorem suscitabat.

Ac quidem erga adversarios rebus ac verbis contraria studia; erga autem domesticos fidei opitulationes, gubernationes, non tam ad corpus, quam ad animum spectantes⁴⁴, cum ejus doctrina ac lege cuncti gubernarentur ac pascerentur⁴⁵. Nam Cæsario fratre jam vivis exempto, cum pater

A Nazianzenam sedem regendam suscepisset, annisque gravis, ac corpore morbis attrito, Ecclesiæ certo Dei consilio molestis rebus, seu inæqualitatibus ferendis impar esset, Gregorius illi cuncta erat, senectutis baculus, morborum curatio, ædificatio corporis, animi requies, solamen spiritus; ac quod potissimum omnium, sensuum animi custodia, ac succussæ fidei emendatio.

Etenim ejusmodi aliquid ejus rationibus accidit. Quia enim Arianorum furor omnem propemodum terrarum orbem pervaserat; novaque adversus Trinitatis æqualitatem doctrina, ceu læs quædam, sive grangræna, per omnes provincias, urbesque grassabatur, ac tum imperatores, tum principes proceresque ac populos, quin etiam (quod dirissimum omnium) malos præsules sibi addixerat; quos vel eorum, qui rerum potiri videbantur, metus dejiceret, vel (quod mitissimum) ignorantia falleret. Quando scilicet videre erat dirui ecclesias, templa ablata, cruoribus foedata, sacraque spoliata, sancta polluta, atque, ut proverbium est, illotis pedibus projecta ac conculcata. Quando qui sanæ rectæque fidei assertores, ac pietatis cultores in Ecclesia erant universi, suis ipsorum turpiter expellebantur, ac vel carceribus publicis, vel gravissima fame, aut acerrimis verberibus, aut longe plurimis variisque plagis ac dehonestamentis, aut durissimis exiliis, aut amarissimis, ut verbo dicam, cruciamentis ac molestiis tentati, extrema aditabant pericula, nisi impietati assensum præberent; atque ii quidem sponte urbibus demigrantes, desertaque ac solitudines ultro petentes, cum bestiis ratione carentibus exerceri ad pietatem malebant, quam habitare cum iis⁴⁶, qui loqui in excelso blasphemiam temere audebant. Quotquot autem contrariæ opinionis erant, ac se impietati addixerant, ecclesias obtinentes, easque velut suæ ipsorum hujus nequitiam munita quædam præsidia existimantes, inde in eos qui pietatem colere statuissent irrumpentes, eos disperdebant.

Tunc plane, tunc quoque in magi Gregorii patriam, velut aquarum vehemens impetus hæreseos scelus erumpens, quotquot leves invenit ac debiles, abripuit utique ac dissolvit (ubi et patrem fama est, mentis simplicitate delusum, litteris, non animo, ut nequissimis assensum daret, adductum esse [9]), quotquot vero Gregorii theologiæ ac fidei petrae firmo fundamento hæserant, nihil hæretica vi ac injuria labefactati emotique permanserunt.

Idem ipse ignis columna ac nubis efficitur¹⁹ ; peccati caliginem dispescens, virtutisque laborem refrigerio temperans atque leniens ; velutque nubis rore, Paraclæti consolatione, spiritalem Israellem levans, atque ad supernas mansiones traducens ; ac manu quidem excelsa sæculi mare illi scissum, innoxia transmittens ; eos vero qui dementi ac furienti in eum impetu, omni apparatu insequerentur, in eo suffocatos relinquens, purissimo ipse salvandorum cœtui, cum magifico virtutis comite, ad beatas salutis sedes ductor præibat.

Fit petra²⁰ ; revera enim spiritalem petram²¹, non sequentem, ipsique comitem, sed in eo manentem, Christum vitæ latices manantem, habebat. Lignum quoque efficitur, potui inutilem²², atque amarum hæreseon doctrinam, in rectæ fidei dulcedinem mutans. Manibus autem non interdum extensis, ac quæ graves deprimerentur, aliorumque opera sustentari deberent ; sed mente in Dominum jugiter sublata ac excedente, tum verum suffulciebat Israellem, tum verum fundebat fugabatque Amalec²³.

Alit autem, non pane qui prima luce e cœlo pluens, plusculum ascendente sole mox colliquecat²⁴ ; nec avium carnibus immensa copia imbris instar depluentium, sed sermonum abundantia atque vi ; tum nempe magis spiritualium ac divinarum, eque sursum, atque sapientia quæ de sursum est, subministrante suppetentium ; tum corporaliū magis ac naturalium, ex terrena, ac quæ sæculi usu comparatur, intelligentia, mentisque solertia illi collectorum²⁵. His igitur, qui recti ac fideles essent, tum alebat, tum recreabat ; qui autem murmuratores, ac Deo detrahebant, eos miserabili ac deplorandæ morti tradebat.

Non in montem (terræ scilicet, qui in sensum cadat, tumulum) per breve tempus secedens, Deique illic usus colloquio²⁶, turbis se rursus legislator permittebat ; sed suprema theologiæ conscensa specula, non dierum quadraginta, sed jugi jejunio ;

A præstantiorem quam pro sensus ratione Dei visionem nactus ; non fragore mugientibus vocibus, tubisque aerem vi percutientibus, vehementiusque auribus insonantibus ; sed sine strepitu, atque leniter, et leni ac quieto Dei Spiritui colloquens, illique congregiens, ac silentio magnas sublimium decretorum voces percipiens : non tenebris ac caligine obducto corpore, sed supra quam ignoti incomprehensionis notitia oblecto : non procellis ac turbine ventisque flantibus, sed divini Spiritus mollioribus auris perflantibus ; non cœlestium imagines, ac figuras, nec veritatis obtuetur umbras, sed ipsa sacratius docetur cœlestia, ipsamque clare veritatem cernit. Symbolis enim, ac umbris Mosis conspectis ad ea quæ vera sunt intelligenda usus, ac per ea ad ipsum clare legislatorem devecius, vere gloriam contuitus est, nedum posteriorum Dei (quibus a Deo secunda, illoque auctore condita obscure significantur), verum etiam (ni audentius loquor) anteriorum²⁷ ; ipsius, inquam, existentia præeuntis supra quam ignotam infinitatis notitiam. Vidit autem Dei claritatem, non brevi temporis morula factam conspicuam, citoque abscedentem, sed quæ semper ita consistat : nec velut ille, in petræ protectus foramine, sed in unigenito Verbo paternam contuens gloriam, in Filii Spiritu eximie Filio circumfulgetur. Vidit quæ per tabernaculum, inque illo reposita vasa mystice significabantur ; quin ipse potius vario virtutum cultu insolubile se tabernaculum Deo exhibens, etiam arcam animi suum reddidit : arcam scilicet, non quæ haberet urnam auream²⁸, sed quæ cor auro rutilum, panem illum cœlestem gremio continens. Non quæ virgam amygdalinam, quæ floruerat, lapideamque ac fragilem tabulam ; sed quæ expolitam mentem, ac inviolabilem, vereque Dei digito scriptam, contegeret.

Idem pariter candelabrum septem habens lucernas constituitur²⁹, qui scilicet septem Spiritus donis Ecclesiam illustret. Constituitur et mensa, panem illum summe mysticum probe esurientibus appositum habens³⁰. Constituitur etiam altare, nedum thymiāmatum, velut suavissimos suffitus, precum jugiter hostias submittebat³¹ ; verum etiam holocaustorum, pietate pingues animas sacrificii ritu in ipso faciens³².

Idem quoque magnus pontifex effectus, non unctionis oleo caput barbamque diluitur, sed Spiritu exsultationis mente ac animo sanctificatur. Nec variis tunicis, terrena e materia contextis perornatur, sed virtutum varietate, animi tunica varia induitur ; ac velut Aaron ille tintinnabula³³, concinnum apostolicæ sapientiæ sonitum assumens, ita sanctificationis sacerdos, atque hostiæ novæ sacrificus non per sanguinem, sed per spiritum sa-

¹⁷ Exod. x, 22. ¹⁸ Exod. xii, 29. ¹⁹ Exod. xiii, 21 ; xiv, 19. ²⁰ Exod. xvii, 6. ²¹ I Cor. x, 4. ²² Exod. xv, 25. ²³ Exod. xvii, 11. ²⁴ Exod. xvi, 14, 15. ²⁵ Jac. iii, 15, 17. ²⁶ Exod. xix, 3. ²⁷ Exod. xxxiii, 25. ²⁸ Hebr. ix, 4. ²⁹ Exod. xxv, 51. ³⁰ Isa. xi, 2. ³¹ Exod. xxv, 23. ³² Exod. xxx, 1. ³³ Exod. iv, 27.

clus est. Non enim ex umbræ rerum, sed ex veritatis ratione; nec juxta ordinem Aaron, sed qua ratione divinus Paulus, regni Evangelio defungens; ac, sicut magnus ille pontifex Jesus Christus pro suo populo victima factus, precesque offerens, non semel in anno in sanctis sanctorum versabatur; sed incessanter spiritali atque cœlesti altari propinquans, inde nobis salutem operatur.

In eum modum, nedum Moses Theologo exemplum efficitur, verum etiam Aaron: in quod aspiens, quantum veritas umbram ipsam figura designantem præcellit, tantum, arbitror, illis illustrior ostenditur ac perfectior. Quid vero? Qui sic horum imitatus vitam, adeo his superior clariorque eluxit; num a sequentium prophetarum atque justorum imitatione defecit? aut alios quidem aliis virtute claros imitatus est, non item aīos? aut omnes quidem, aliquo tamen præripiente palmam, ipsumque superante? aut paribus modis virtutem gessit? aut exiguo a se intervallo, proximeque secundas virtutis referentes illos reliquit? Minime gentium. Qui enim Moysen prophetis omnibus, ac his qui leges tulerunt, longe præstantem, adeo antecellit; quanto magis reliquos abundantia magnificentiæ gratiæ superabit? Verum ad ea quæ continua serie ad ejus vitæ rationis monumentum spectant, operæ pretium iterum orationem reducamus.

Interim Gregorio hisce impenso, ac dum errantes quidem oves reducit³⁶; quærit autem quæ perierant, ac contritas alligat, uti sacræ prophetiæ verbis proditum est: virentibusque collocat pascuis, ac veræ refectionis aqua educat³⁷; omnique (tum quæ ad actionem moresque, tum quæ ad fidem pertinet) tanquam herba lethifera atque noxia, ipsas iniquitate arcens, super semitas ducit justitiæ; ac lege sancit, non temporaneam corporis emundationem, sed sensus carnis mortificationem; neque ritum quo immolandæ animalium victimæ, ostendit; sed Spiritus vivificationem, quæ per fidem existit; ac velut sagittis solertissime Anomœorum corda ferit, velutque lucidissimis radiis, sacrosanctis doctrinis suis, electis lucem præterdit; de repente solvitur ruitque tyrannis, ac legitima imperii potestas designatur; ac impiorum quidem potestas penitus eliminatur, piorum autem reliquiæ fiduciam sumunt; hæreticorum merito supercilium detrahitur, Deique populo cornu salutis suscitatur³⁸ atque exurgit, imperator clementissimus, malorumque odio propensissimus. Is, duo optima secum constituit; ut nempe, qui trinam monarchiam evertere viderentur, probrum honore commutantes everteret; qui autem pari honore, naturam honore parem, atque æqualem supra quam honorarent, atque colerent, honore exceptos erigeret, atque eos qui sedes vi inscenderant, spretim submoveret;

A injuste autem Ecclesiis submotos, locis propriis restitueret.

Porro ut auspicalissimo exordio delatum imperium iniret, duo hæc ut exsequatur diligenter enititur. Quænam illa? Ut nempe œcumenica synodo Nicææ Patribus decreta confirmans, quæ succreverant hæresum novitates exstingueret, litesque ecclesiasticas dispelleret. Hæc Magni Theodosii prima consilii ratio; ut autem Gregorium in Constantinopolitana sede collocaret, id illi secundum opus, nihil priore impar, aut quidquam segnius curatum.

B Gregorius autem, qui animum omni superiorem ambitione haberet, paternisque visceribus erga gregem affectus esset, concessam quidem Ecclesiam libentissimus recepit; inire autem sedem, hactenus differebat. Postea tamen, vi quidem, at cessit nihilominus episcoporum votis, cum aliorum plurimum, tum Antiochiæ præsulis; magni scilicet illius Meletii, qui multa pridem ac strenua sanctæ Trinitatis causa fertur desudasse certamina. Hujus divinis judiciis, probrumque imperatoris id enitentis vi, ac fidelium civium adactus obsecrationibus; quin divinis potius obsequens nutibus, ad celsam, pro antistitis munere prælationis sedem, evehitur. Lucerna super candelabrum sublimis collocatur; ac prædicator, speculam sublimiorem aggreditur. Quid vero? an quæ præstat regibus ut regnent super terram, ac tyrannis ut dominantur terræ³⁹, beata Trinitas, suscitaturque de terra inopem, ac de stercore elevat pauperem⁴⁰, non etiam probatissimum famulum, ipsisque rebus perfectissimum præulem, in pontificia sede collocaret?

C At nemo illegitime, contraque ac sacra Ecclesiæ regula statutum est, ad tertiam eum arbitretur transferri sedem. Nam neque ea res translatio est, sed electio, primaque ac unica in urbe augusta pro episcopi dignitate, atque munere sedis collocatio. Nam quod primo Sasimis, uti dicebam, præfectus est, id solum promotionis causa fuit, cum neque sedem receperit, nec omnino illic ordinaverit, ut lamve mysticam initiationem pro antistitis partibus celebraverit; quod nempe viculus ad sustentandam episcopalem sedem esset omnino ineptus. Nazianzenam autem cathedram quondam curavisse, cum D pater illius episcopus esset: at non ejus creatum esse episcopum, aut sedem illam unquam suscepisse. Solum autem Patris hortatu ac jussu, ut sacri ministerii defectum impleret, sic Ecclesiæ curam suscepisse, ut senectæ fulcrum, ac paternæ imbecillitatis sustentaculum audiret. Ita vero se rem habere, etiam ex his perspicuum est, quæ ipse ad Gregorium sibi cognominem scribit (14). *Inter omnes etenim constat me non Nazianzi, sed Sasimorum antistitem creatum fuisse; tametsi in patris reverentiam, et eorum, qui supplices hoc a me con-*

³⁶ Psal. XLIV, 8; Hebr. I, 9. ³⁷ Eccli. XLV, 10. ³⁸ Psal. CXXI, 7.

³⁹ Ezech. XXXIV, 4, 5 seqq. ⁴⁰ Psal. XXII, 2. ⁴¹ Luc.

tenderunt, ad breve tempus, quasi hospites præfecturam suscepimus. Quod igitur pater mortalem vitam divina commutaverat, vacantem jam inventum divina Spiritus gratia, vitæque ac doctrinæ humana maiore præstantia postea clarissimum effectum, in urbis augustæ solio quantum oculis conspicuum erat, constituit; quantum autem animo aspectabile, orbis terrarum bonum Pastorem, magnumque antistitem præficit.

Operæ pretium autem ut nec ipsum inoundæ selis taceamus modum. Postquam enim divinum illud ac salutare præceptum atque decretum pervulgatum est fore Theologum in sede collocandum; perinde vero ac dicas, quam is Trinitatem Deum prædicabat; videre erat universam propemodum simul creaturam, illius sublimationis ergo ac pro-
B
 vocationis secum ipsam moveri. Tunc enim, arbitror, cælorum virtutes omnes, mente, immateriate, inaspecte, præeuntes, sequentes, stipantes, pro sacro divini præsulis ingressu jucunde applaudebant: omnes profanorum dæmonum turmæ, quotquot aeriam regionem circumeunt, ac quotquot locum terræ viciniorem adeptæ, hoc sibi studium ponunt ut hominum genus seducant, inferna festine latibula subibant, cum micantia divini Spiritus fulgetra non ferrent. Omnis vero piorum civium cœtus, fideli imperatori ex fidei pietate comes, monumentique maximi festivitatem antistitis ingressum ducens, splendide ovansque in sacram pariter ædem irrumpebat.

Vidisses igitur illic populi universi plausus, victoriæ cantica; ac quibus Deo, quibus imperatori grates exsolverentur. Vidisses viros, feminas, senes, pueros, servos, heros, hominum ætatem omnem, omne instituti genus qui solitariam, quique vulgo tritam vitam agerent, sacerdotes ac laicos, ex omni ferme hominum, quod sub cœlo est, genere, haud secus ac fluctuum eruptionem, confluentes, influentes, præeuntes, occursantes, impellentes, in adversum pellentes ac qui pellerentur, gaudentes omnes, omnes gestientes, jucundo omnes animo, bonumque certamen certantes. Ne quidem virginibus fas videbatur ut sacro illi spectaculo deessent. Ac vero hæc, honesta gravitate operatæ, sacra festive septa invadebant. Cunctis certamen erat, piaque contentio, alii ut antistitem prope accederet; alii, ut iis qui prope accedebant e vicino succederet; alii, ut vel eminus, ingressus videret, velut hinc quoque commodum aliquid percepturus esset. Animus enim fidei sensu, ei qui creditur mente conjunctus, dum vel ejus umbram procul speculari adverterit, cupiditate agitur, gestit, omnique studio ad ipsum contendit: ac velut quodam majoris amicitia stimulo, conspectu usus, corpore etiam, ut ita res ferat, enititur amato conjungi.

Non sic Judaicus olim populus circa templum Hierosolymitanum, Salomone dedicationem illius

A celebrante¹¹, frequens confluit; nec sic plena ante eum uno totius populi conventu Davidi coacta celebritas est, tum, cum arca ut quiesceret locata fuit atque deposita, ac in illo ingressu conflantem ferunt¹²; nempe Gregorio sedem adeunte. Iis quidem qui recta fulgebant fide, talis quidam cursus ac alacritas erat; at neque hæreticorum agmen a communi illa populi glomeratione aberat. Aderant autem, atque alii quidem, intus animo invidia dissecabantur; nec tamen pravitatem in lucem proferebant; alii more canum in rabiem acti, jam cædis avidi irruere, atque necare incitabantur; sed Dei occulta manu, cunctaque conservante, furens ille eorum impetus inhibebatur. Atque illi quidem insidias, strues, turbas ac seditiones, innoxiique sanguinis effusionem animis cogitabant; Trinitas autem (quippe boni amans) defensorem suum ac propugnatorem, ab omni tutum nequitia servabat.

Vidisses illinc utrinque congressiones fieri, pugnasque committi, Anomœis scilicet, tanquam ad ipsos spectantes, Ecclesias vindicantibus (iis enim qui longiori tempore possederint, vel si injustissima possessio sit, haud raro ex continua solummodo detentione, hominum judicio rata fides succurrit); Homousii autem defensoribus easdem mordicus retinentibus, velut qui recens Dei nutu, piique favore imperatoris, Theologo optimo præceptore, ac testatore, ceu legitima hæreditate illas adepti essent.

C Vidisses illic sacrum illud melos reipsa præstitum, nempe, justi quidem cornu exaltatum in gloria; peccatores autem videntes, et irascentes, et stridentes dentibus, ac tabescentes; eorumque periisse desideria¹³. Non enim futurum erat ut in longum tempus falsitas reluctaretur ac obsisteret, neque ut veritatis adversum se aciem ad extremum sustineret: sed sicut hiberna tempestas, sive brumale frigus, procul adhuc morante sole, atque australem versante viam, late viget, omnemque constringit naturam, ac premit: illo autem rursus ipsas jam ad aquilonem decliviores detegente partes, atque æstivum gyrante solstitium, clarioresque ac mora firmiores radios immittente, incalescit, spiritusque ac vitam resumit, quidquid in rebus est, vereque lætius dilucente, bruma facile, frigusque exolescit ac dissolvitur, inque internos recessus atque latebras vicissim cogitur. Eodem fere modo, gravem illam hæresum, ac quam molestam caliginem, atramque tempestatem, haud secus ac crassissimam hiemem, nubemque Ecclesiis affusam, ac piorum prementem corda, Gregorii sermonum radios, velut e sole, Christo in eo manente promicantes; clariusque ac lucidius effulgentes dissolvisse ac consumpsisse; atque Ecclesiæ firmamentum in statum diei fulgoribus lucidum, ac pacis claritatem transmutasse.

Hujus vero certum argumentum, ac conjectura,

¹¹ II Par. vii, 8. ¹² II Reg. vi, 1. ¹³ Psal. cxi, 10.

quæ ante sacrum illum ingressum in aerem effusa densissima caligo ac obscuritas est. At ubi Ecclesiam ingressus est, universa civitate ac imperatore una comite, omnique Ecclesiæ cœtu decantante laudum cantica, ac divino antistite in sede collocato, cunctorumque vultibus præfervido lacrymarum imbre perfusis, compunctis scilicet omnium animis, nec tantam beneficii vim siccis oculis suscipere valentibus; ubi denique clamor, gaudium, commistaque tristitia ac supplicatio, universi populi gestu, habitu oreque erupit; solvitur statim densissima illa nox ac tenebræ; luxque splendidissima conferlim effulgens, hæreticorum quidem spes in obscurum trudit, piorum autem exceptis corporibus etiam animum claritate perfudit, exsuperante moestitia in jucunditatem in finem quantam cedente, atque conversa. Sic nimirum Dominus, quemadmodum eos, qui ipsum clarificant, claritate augere, sic qui spernunt, spernere consuevit.

Admirandus quidem Jesus, Israelis belli dux Moisis loco creatus, siccoque vestigio cum omnibus copiis Jordane transmissio⁴⁴; atque adversus gentes regesque fortissimos instructa acie, belloque comparatus, sic incruenta victoria evertebat quidquid incurrisset, ac par erat everteret, ac pessumdaret, quem Altissimi dextera cum primis protegat. Unico tubarum clangore, robustissima concussa mœnia corruerant: tumque urbes integræ, civiumque omnis conferta multitudo excludebantur: bellicosissimi reges impressione facta, nedum armis, sed et cœlo lapsorum lapidum instar grandinis imbre cædebantur⁴⁵; quin et ii, præcuntium vesparum aculeis⁴⁶, dire pungebantur. Quodque majus ac insolentius, sol stabat, luna inhibebatur⁴⁷, ipsumque cœlum Israeli aderat belli subsidio adversus insipientes depugnans. His Dei providentia curaque excisis, eorum substantias ac facultates in funiculo distributionis, per manum Jesu, eorum terram, ac quidquid ditionis fuerat dividendis, partibus adibant.

Gregorius autem veri Israelis sacra præfectura concredita, velut anine rapido glomerantes aquas, prolixas stulte impiorum nugas innoxie transmittens; quod et ipse excelsam manum valide protegentem haberet, tanquam civitates ac oppida, illegitimas hæreticorum sodalitates cœtusque, clarissime sonantibus suæ theologiæ tubis, repente solo allidebat, fortesque blasphemiarum patronos, ac antistites, tanquam saxorum ictibus, densaque grandine, cœlestibus sensis confringebat; velut denique multo vesparum examine, crebris sermonum suorum aculeis saucians, alios quidem omnino perimebat, quotquot scilicet longe maxima temeritate acti, præfracte cum Deo pugnare audebant; alios vita donabat potiori, quotquot nimirum veri-

tatis decretis pari credulitate subnittere animo, operæ pretium ducebant.

Sol et luna, oculis quidem conspicua, haudquaquam cursu inhibita sunt. Quorsum enim? at qui menta sol intelligitur, non semel, sed in perpetuum, sublimi ejus menti, ac cœlum pervadenti assistens; quin et ejus sapientiæ quæ sæculi usu præstatur lucidissima specie velut lunæ jubar effulgens, victorem adversus Dei hostes, ac triumphatorem facit: quibus neci datis, quam possederant terram, nempe Ecclesiam, possessione adit.

Possidet, inquam, aditque hæreditatem, non quæ diffluat, atque facile dilabatur; sed stabilem, atque ad futurum sæculum commigrantem, nec eam duntaxat quæ in terris, atque oculis conspicua est; sed per eam, ad cœlestem Jerusalem, liberam illam⁴⁸ (primitivorum scilicet Ecclesiam⁴⁹) transiens; non solus ipse, sed cum cœtu, turbaque ipsi comite, pro rata cujusque laborum ratione, patribus ascriptas incorruptas sortes possidendas consequitur.

Melle ac lacte fluere terram promissam. Scripturæ sacræ testimonio proditum est⁵⁰; Gregorii autem, mel quidem, theologiæ dulcedo; lac autem, doctrina jugi latece manans. Vel mel quidem, virtutis operosus labor, quem animorum cultori instar apis argumentosæ, laborisque tenacissimæ abunde suppeditabat; lac vero, largissimus, ac qui maxime nutriendo esset, sermonum latex. His enim, optimis divinissimisque rationibus commo- dum Ecclesiam regebat.

Hæc ille ante adeptam sedem, hæc post etiam adeptam, studio agebat. Non enim requiem laborum, sed accessionem curarum, angorem, sollicitudinem, ac laborum exsuperantiam, præfecturam ducebat, unam vero animi jucunditatem noverat, discipulorum pietatis rationibus profectum; unam corporis refectionem ac laxamentum, secessum ad loca ab hominum usu ac consuetudine remotiora; in seipsum conversione, animi rationum diligentiam ac curam: qua nimirum mens illi ad altissimas assurgens contemplationes, unam Paraleti lubens habebat consolationem; reliqua autem animi oblectamenta, ac corporis relaxationes, crassioribus atque ad corporis rationes magis comparatis, projiciebat.

Nam cum his tribus, hominis animus omnis capiatur ac insolescat, nempe gloria, divitiis, voluptate; nec inanis gloriæ fastu ac superbia elatus, mentis rationibus movebatur; nec pecuniarum amore emollitus, animo capiebatur; quippe cum a teneris ipsis unguibus ejusmodi rerum cupiditas omnis illi extincta esset. Ac neque (quod plerisque usu venit) varils ventris voluptatibus victus concedebat: sed omnis jam vitæ mollioris ac voluptatis fragili fluxaque jucunditate excussa ita laboribus ac sudoribus virtutis causa sese excercebat,

⁴⁴ Josue i, 2. ⁴⁵ Josue. x, 11. ⁴⁶ Sap. xii, 8.

⁴⁸ Exod. iii, 8.

⁴⁹ Josue. x, 12. ⁵⁰ Galat. iv, 26. ⁵¹ Hebræ. xii, 23.

ut illi quam maxime opportunum esset Davidi-
cum illud proferre, propter nimirum Dei laborum
sermone, vias se duras custodisse ⁵⁰.

Alii quidem alia functi virtute, aut divinæ parti-
cipes facti gratiæ, solam forte quisque suam
ætatem beneficio afficere velit : Gregorius autem in
eo laboravit, atque operam posuit, ut non sæ-
duntaxat ætati, sed et cunctis simul deinceps fu-
turis divinam gratiam Dei exemplo explicaret.
Sacris eloquiis fluminis instar ex ejus lingua
fluentibus, doctrinaque ore tradita, ad ipsum
adeuntes nunquam demereri cessabat, arguens,
increpans, obsecrans ⁵¹, pietatis decretis ad sapien-
tiam componens, sermonibus veritatis aptus
atque instruens, cunctosque ad contemplationem
pariter ac actionem expeditos agilesque reddere
maxime cupiens. Conscriptis autem sacris monu-
mentis futuros deinceps per ætates ædificans ; in
iis, eversos constabilit, fideles confirmat ; sed et os
omne fremens, aut quod futurum est, ut fremat
loqui adversus Deum iniquitatem ⁵², obstruit.

Tanta vero Gregorio exacti sermonis, ac veritatis
cura, cum venustate, incitatione, perspicuitate, ac
gravitate, ut quanquam multi sæpius a sæculo
orationes conscripserint, aut divinas enarrationes
ediderint ; quantum stellæ a solis claritate, tantum
universi ab illius divina prædicatione ac eloquio,
vique sermonum, deliciant. Ego, quantum licet
pro virili, dicam.

Cum in orationes invectivas incido, quibus is
Juliam prævaricatoris confutat dementiam, numi-
numque gentilium infelicitatem ac vanitatem ex-
agitat ; ac quibus eorum Deos, ac demones traducit,
Gedeonis gladium video, aut illius trecentas tubas,
atque lampades, quibus alienigenas exterret, ac in
stuporem vertit ⁵³ ; propriisque ipsorum sermonum
atque actionum Jaqueis, innecti facit. Aut Barach ⁵⁴
Jephtheque enses ⁵⁵ ; aut Samsonis mandibulam,
qua hostes milleni percussi collidébantur atque
cadebant ⁵⁶.

Cum in eas, quibus Filii ac Spiritus Deitatem
tuetur, quibus alienigenarum decretum omne
atque doctrinam excindit, ac præsertim Macedonii
Ariique ac sequacium Impudentem amputat bla-
sphemiam, statim admirandi illius Davidis facinoris
memini, triplici lapide funda rotato alienigenam
percutientis, atque procax illud caput amputantis,
ac salutis cornu Israeli erigentis ⁵⁷ : aut Samuelis
illo superiorum tonitruum, atque fulgurum, vehe-
mentiumque e cælo imbrium, quibus is insipientem
Israel emudiebat ⁵⁸ : aut ignis Eliæ, quo holo-
causta ac ligna consumpsit ⁵⁹ ; uti etiam postea
illo duorum quinquagenariorum principum audaciam
contrivit ⁶⁰, aut ejus ipsius gladii quo prophetas
confusionis (id est, Baal) justissime interemit ⁶¹.

Cum laudatorias ac quæ de Dei hominis in carne
negotio sunt orationes lego, quibus sacras solemn-
itates exornat, Dei revera vocibus Ecclesias illumi-
nans, atque oblectans, cum Elia in cælum levor ⁶²,
igneaque eloquia haud secus ac flammeos currus
inascendens, sublimis ad Dominum tollor : ejusque
etiam incotem, quam Elisæo tribuit, cogito ;
quinimo, quæ illi comes est, duplicem Spiritus
gratiam, qua nedum impietatis fluente inhibentur ⁶³,
verum etiam steriles animæ secundissimæ reddun-
tur ; ac quæ per fidei pravitatem interierunt, cre-
duntur vitam recipere ⁶⁴.

Cum antistitum laudes, ac martyrum ; ad hæc
etiam, quæ illius, moribus instituendis adhorta-
tiones exstant ; divinæ ejus sapientiæ varietatem,
multipliciaque ac diversi generis opuscula, ac lu-
cubrations metro, solutaque oratione inecum per-
tracto, Salomonis animi profundum contueor ;
quia et præ illo, ac majus aliquid possumus dicere.
Nam Salomon quidem, cum sapientiam, rerum
scilicet scientiam petiisset, ac accepisset ⁶⁵ ; sic
elementorum indoles, animalium ortus, plantarum
diversa genera, ac eorum quæ sub sole sunt, aut
fiunt, operationes viresque intellexisse perhibitus
est, ut superiorum existerit nemo hac illi scientia
par, aut post eum surrecturus sit ⁶⁶. Gregorius au-
tem cum humana illa sapientia nihil, ac certe
parum quid a Salomone deficeret ; ea ceu rudi-
mento ad divinam sapientiam usus, tantum illa
Salomoni præcelluit, quantum Salomon reliquis
præfulsit. Ac quidem ille, creatorum se contem-
plationi dedens, perspicacem in ea animi vim
insumit ; hic autem ex creatis ad incomprehensi-
supra quam ignotam notitiam transvectus, sum-
meque mysticam ac abstrusissimam nactus incom-
prehensionem, eaque apprehensa, ipsam in ea
contemplationem sistit.

Ac quidem Salomon multiformem ac dividuam
naturæ doctus rationem, intelligentiæ abundantiam
multis libris editis produxisse proditus est : Gre-
gorius autem naturæ supra quam divinæ Unitate
ac Trinitate eximie perspecta ac intellecta, sermo-
nis pulcherrimi vi, ac illustrante Deitatis gratia,
cunctis simul ætatibus divina alte edisserit. Atque
ille quidem, ea, quæ sæculi usu consistit, solertia
ac sollicitudine elatus, ac carnis prudentia victus,
quam procul, heu ! ab spiritu recessit, eorum
nomine quæ sibi deligenda putavit (ne quid nefan-
dum dicam) vituperio dignus ⁶⁷. At Gregorius,
qui Spiritu Dei ageretur ⁶⁸, quanquam ad ejusmodi
sapientiæ pelagus evaserat, facile tamen, ac leni
aura navigat, divino scilicet Spiritu per spirita-
lem disciplinam, vitæque institutionem ad cœlestem
superecœlestis sapientiæ portum ipsum dirigente ;
carnisque affectuum ac libidinum, tanquam flu-

⁵⁰ Psal. xvi, 4. ⁵¹ II Tim. iv, 13. ⁵² Psal. ii, 2. ⁵³ Judic. vii, 20. ⁵⁴ Judic. iv, 16. ⁵⁵ Judic. xi, 32. ⁵⁶ Judic. xv, 15. ⁵⁷ I Reg. xvii, 40. ⁵⁸ I Reg. xii, 17. ⁵⁹ III Reg. xviii, 38. ⁶⁰ IV Reg. i, 9. ⁶¹ III Reg. xviii, 40. ⁶² IV Reg. ii, 9 seqq. ⁶³ IV Reg. xii, 14. ⁶⁴ IV Reg. iv, 16. ⁶⁵ II Paral. i, 10. ⁶⁶ III Reg. iii, 12 ; iv, 30. ⁶⁷ III Reg. ii, 1 seqq. ⁶⁸ Rom. viii, 14.

ciuum insurgente vi natalu superior, atque emergens, tutissimo exitu animi propriam navigationem obsignavit, ac clausit.

Postquam autem, quam sibi propositam habuerat impensoris illius consilii actionem, faustum finem, ac pro ejus diligentiae, ac spei ratione convenientem, vidit accepisse; omni scilicet populari tumultu ac contentione, Anomæorumque linguæ improbitate ac contradictione divisa prorsus, atque conscissa; omnique sacro Orthodoxorum cœtu sacris Ecclesiis restituto, sicque virtute ac fide adulto, ut super eos divina omnino efflorescere sanctificatio conspiceretur⁶⁶. Aderant quidem quorum adventus expectabatur præstantiores episcopi atque proceres; aderant, non ut Ecclesias collapsas erigerent (jam enim sacri antistitis sudoribus id ante præclare præstitum erat), sed ut illius acta confirmarent. Non ut notantem fidem firmarent ac stabilirent (quam ille factis ac sermonibus adamantinis communiverat), sed ut ejus de Deitate doctrinam calculo approbarent. Nec ut Consubstantialitatis gloriam tunc Spiritui deferrent, Deumque pariter ac Patrem Filiumque assererent, sed ut omnes communi suffragio, illius divinis prædicationibus consentirent.

Quod enim magno prius tonitruo filio⁶⁷ concessum est, ad Unigeniti gloriam declararet, ac præ reliquis Evangeliorum scriptoribus, ipsum Deum clare prædicaret; quamobrem etiam scite Theologus nuncupatus est; hoc ipsum plane, huic quem laudamus, quod ad Paraclætum attinet, postea donatum est. Cum enim alii a Deitate extraneum traderent; alii componerent quidem Deitati, ut tamen palam Deum nuncuparent, induci non possent; sed vel suæ ipsi ignaviæ, vel imbecilliorum animis ea temperatione consulerent; solus hic, primusque fere præ omnibus Spiritum Deum Patri ac Verbo consubstantialem perspicue ac valde clare fiduciaque prædicavit; cujus etiam liberæ prædicationis magnificentissimum præmium consecutus est, ut qua aliis præstat excellentia, Theologi nomen nancisceretur, auri scilicet thesauris innumerabilibus, cunctisque pretiosis lapidibus longe clarius.

Sacro igitur episcoporum cœtu, universaque civitate, quod Ecclesia victoria potiretur, id vero ejus certaminum, laborum, sermonum facinus, cœrem omni majorem fide testantibus, eique mutationis in melius causam ascribentibus, ac velut dignum præmium sublimi eum sede collocandum operæpretium ducentibus; ipse negotiorum ecclesiasticorum, turbarumque pertæsus; ad hæc etiam ut de ejus institutione ac sede ortas disceptationes vitaret, eaque ratione Ecclesiarum pacem procuraret; quin jam quoque curam placendi aulae, civibusque declinans. Plerique enim sacerdotes ad sua ipsorum desideria lubentius trahunt, quam ut

A eorum ipsi consilia sequantur; maluntque sibi eos addicere, quam ut ii pietatis lege ipsis addicantur. Ipse vero, cum hactenus omnibus placere sustinisset, ut quod in ipso erat, juxta magnum Apostolum⁶⁸ omnes lucrifaceret; quod amplius est, velut studii libidine placendi, ac assentationis crimen submovens, diffiansque; necnon ejus quam amaverat a principio, coalumnamque habuerat, philosophiæ supra modum desiderio accensus; unamque eandem, supernam scilicet, nulli invidiæ expositam, ac intransferibilem; vitæ autem hujus laborum mercedem, ejus ascensum, proque illa sessionem, sciens; quem homines honorem deferrent, spernit; litibusque expositam sedium celsitatem volenti cedens; ac Vale Ecclesiæ, Augustisque dicens, urbanis se turbis, ac negotiis eximens, ad terram hactenus patriam commigrat.

Illuc iterum reversus, paternaque Ecclesia, amentium labe purgata Apollinaristarum, atque domesticis fidei tradita; ac tum exinde, in terræ angulum solitarius secedens, ab exteriorum se curis omnino collegisset; Ecclesiarum quidem præsides per epistecas constabiliendo coagmentabat; ipse vero potioris vi contemplationis, absolutissimaque philosophia supremo desiderabili consuescens, ac ipso arcanorum præceptore utens, omnem tum figurarum sacrarum symbolorum expressius perfectiusque veram notitiam docetur; tum et ipsam symbolica omni repræsentatione superiorem, illique eminentem, veritatis scientiam.

C Alii quidem prophetarum, aliis in Spiritu visionibus vi animi rectrice ac mente informati; atque alii quidem super solium excelsum et elevatum⁶⁹; alii animalibus quadriformibus vectum, invisibilem conspicati⁷⁰; ac modo quidem electri, modo ignis specie⁷¹; aliasque rursus humana eum forma considerantes⁷², variis figurarum simulacris, ac diversi generis formis tanquam qui per naturam⁷³, nulla certo specie formaque designetur, sitque universorum auctor, atque ea ratione pro eo ac videntes capiunt, indulgentia cuncta subeat atque induat; tanquam in ænigmatis obscurisque repræsentationibus, omni vacantem quantitate ac qualitate, in antecessum videbant. Hic autem, omnium simul visionum, quas seorsim singuli aspectarunt, illustrationes, vique sincerissime edoctus, omnique Evangelio exhibitæ veritatis luce, altissimæ contemplationis compendio imbutus; atque veteris fundamento, nova illa superædificata sacra scientia, omnis plenitudinis sapientiæ Dei vasculum, sedesque efficitur. In Christo quidem omnem plenitudinem divinitatis corporaliter inhabitare credimus⁷⁴; in hunc autem, totum per Spiritum sentinus Christum commeasse.

D Jonas quidem ille Amathi filius, Daniel quoque, ac tres pueri; prior quidem, belluæ marinæ projectus⁷⁵; alter, esca leonibus in lacu datus⁷⁶; po-

⁶⁶ Psal. cxxxii, 18. ⁶⁷ Marc. iii, 17. ⁶⁸ I Cor. ix, 19. ⁶⁹ Isa. vi, 1 seqq. ⁷⁰ Ezech. x, 18 seqq. ⁷¹ Ezech. i, 27. ⁷² Ezech. viii, 2. ⁷³ Dan. vii, 9. ⁷⁴ Col. ii, 9. ⁷⁵ Jon. ii, 2. ⁷⁶ Dan. xiv, 31 seqq.

ix, 19. ⁷¹ Isa. vi, 1 seqq. ⁷² Ezech. x, 18 seqq. ⁷³ Dan. vii, 9. ⁷⁴ Col. ii, 9. ⁷⁵ Jon. ii, 2. ⁷⁶ Dan. xiv, 31 seqq.

strenu, in fornacem ignis injecti, horum singuli oratoriam domum⁷⁹; Jonas, cetum; Daniel, lacum; tres pueri, fornacem effecerant. Precabantur enim, ut ipsorum vita ab interitione labeque emergeret; liberationem precibus exposebant; et vero divino nutu obtinuerunt; Jonas, e ceto; Daniel, e lacu; pueri tres, e fornace ignis liberati. Gregorius autem, tum bestiam, tum lacum, tumque ignis fornacem, corpus existimans, corporisque malum habitum, seu ejus ægrotam valetudinem, atque vitia, quæ animo etiam summe philosopho, ac contemplatione provecissimo quandoque molestiam faciant, divinorumque (ut ipsius verbis utar (13) ei radiorum lucem tanquam interjecta nubes adimant, his tanquam vinculis exsolvi precibus ad Deum flagitabat; ac cum solvere desideraret, et esse cum Christo, ingemiscebat⁸⁰, quemadmodum magnus Apostolus, gravatus, ac, sicut ille, habitaculum quod de cælo est, indui cupiens⁸¹.

Enimvero etiam quod precibus enitebatur, ac cupienti in votis erat, hoc consequitur; Inque bona ac pingui senectute⁸², vitam solvit; ac cum pridem suas omnes vitæ rationes in cælum transtulisset⁸³, utique etiam eo commigrat. Ac quidem corpus, ut quod terra esset, terra obtegendum paterno in tumulto dimittit; ac cum ex tabulis cavisset sub uno occultandum lapide, spiritum in ejus deponens manus qui tradiderat⁸⁴, ad ipsum incontaminato animo transit. Ac sicut sacrum vas electionis divinus Paulus⁸⁵, divinissimo Christi sensu repletus, per eum non e terra, sed e cælo vocatus, inque lucem gentium⁸⁶, ac terræ salutem missus; cum multis defunctus periculis atque ærumnis, Dei salutare Evangelium mortalibus prædicasset, bonumque certamen legitime certasset, coronam justitiæ consecutus est⁸⁷; pariter etiam illius perfectus imitator altioris cælo Trinitatis nutu ad divinam Theologiam vocatus, ac cum ipse quoque per multa pericula divinam omni majorem essentia Consubstantialitatem annuntiasset, bonumque præclare certamen certasset, ac inoffensum pietatis cursum consummasset, rectamque accuratæ fidei regulam servasset, a rebus, quæ in aspectum cadunt solutus, his quæ mente intelliguntur, copulatur; atque peregre a mundo proficiscens, Deo præsens efficitur, ac tanquam mens incorrupta, incorruptis mentibus coaptatur.

Velut sapiens patriarcha, patriarchis; velut prophetica pollens gratia, prophetis; ac quidem apostolis unitur, tanquam apostolica maxime vita præfulgens; sacris præsulibus ac doctoribus, tanquam sacerrimus, doctrinaque præcipuus atque maximus; ac quidem martyribus, tanquam Trinitatis testimonio illis compar; justis autem, ac confessoribus,

tanquam plane exercitatione, quæ ad pietatem ducit, æqualis; ac demum societate cum omnibus, universis conjunctus; atque eam forte ob rem cunctis altius collocatus, ad ipsam pure purissimam Trinitatem propior accedit, atque ab ea, ejusque benignissima largitione, justitiæ coronam accipit; quin illam ipsam ornatu omnem mundum superante, immarcescibilem coronam gloriæ induit.

Decebat enim, ut qui tantos illius gratia agones in terra desudasset, ipsam in cælis velut coronam gloriæ, ac dignum victoriæ præmium acciperet; atque is qui pro ea laboribus defunctus, atque humilis abjectusque effectus esset, laborum eam remissionem ac exaltationem inveniret. Decebat, ut qui pro Unigeniti gloria, ac Spiritus æqualitate omnem laborem ærumnamque proclivis, suscepisset, eorum quoque claritate in sempiternum præfulgeret.

Divino olim proditum oraculo est, Enochum Deo placuisse, ac carne translatum esse⁸⁸, nempe exiguæ illius Dei notitiæ præmio id consecutum, ut ita transferretur. Deinde etiam Eliam Thesbiternum magnifice assumptum cum corpore⁸⁹. Igneus enim currus, ac equi ignei tollentes, non in cælum, sed, velut in cælum, aurigæ instar eum assumpserunt. Ut Gregorius, qui tanto præstantiori, ac majorem habente admirationem obsequio placuisset Deumque demeruisset, quanto fides quæ est veritate, illa perfectior est quæ in umbris posita est, ipse quoque ad Dominum commigrat, atque transfertur: neque id curru igneo cum corpore vectus, sed cum adhuc in corpore versaretur, virtutibus tanquam curru in cælum tollebatur, altisque animi sensis, ac contemplationibus, ad Altissimum sublimis assumptus, atque evadens, revelationum excellentia Deo excedebat; postea autem peregre factus a corpore, omninoque ad Dominum suum migratione e vita profectus, omnibus cum supermundanis virtutibus altiore quam pro mundi ratione cultu stipantibus, ac festive excipientibus augustissimæ coram Trinitati eximia præfulgens claritate apparet.

Verum, o mentis illius magnæ primæque ac divinissimæ discipule ac cultor, mentis perspicacitate maxima prædite. O Verbi illius vivi, quod primæ menti ac Patri unigena est, ac conjunctum natura, præco ac doctor eloquentissime! O divini Spiritus, qui cum Patre et Filio, ejusdemque classis atque ordinis numeratur, spiritualissime ac illustrissime adorator, clarissimeque ac summe conspicue Theologe! O qui diserte nobis, ac dilucide Trinitatem in unitate, ac unitatem in Trinitate adorandam Deum edisseris; hæc quæ a nobis tibi laudatio debetur. Ac siquidem eodigna illa videatur, tuum dubio procul munus, tuique laboris, ac tuæ in dno

⁷⁹ Dan. iii, 23. ⁸⁰ Philipp. i, 23. ⁸¹ II Cor. v, 2. ⁸² Gen. xv, 15. ⁸³ Philipp. iii, 20. ⁸⁴ Luc. xxiii, 46. ⁸⁵ Act. ix, 15. ⁸⁶ Isa. xlii, 6. ⁸⁷ I Tim. vi, 11. ⁸⁸ Gen. v, 24. ⁸⁹ IV Reg. ii, 11.

temporum prædictionis exitus (16) ac finis est. Sin autem longe abest a tua virtute, ipse cum Seraphim, vir beate, qui inaccessiblei Trinitati assistas, ac ter sanctum modulum illi ter sancto ter sancte proloquaris, divino tuo ad nos spiritu propior accede, ac seraphico igneorum eloquiorum calculo, atque carbone indigna continge labia, emundansque ab iniquitate, ac perfectiori adimplens sacra scientia, divinioreque dignans consummatione; primum quidem sanctæ Trinitatis secretiore doctrina ac

scientia divina, nostram divinius sublimiusque mentem adimple; tum vero admirabilium tuarum virtutum dignos laudatores effectos, in tua nos incontaminata ac immortalia comineantes tabernacula suscipe; ut tua ope clariore ac diviniore claritate, atque gratia supra quam exuberantes, digne tecum Deo claritatem dare mereamur, cum Patre, et Filio, et Spiritu sancto, una Deitate, et regno, et potentia, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

(16) Ad calcem scilicet orat. 20.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΓΝΑΤΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΒΙΟΣ ΗΤΟΙ ΑΘΛΗΣΙΣ,

Συγγράφη δὲ παρὰ Νικήτη δούλου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ καὶ Δαυὶδ, τοῦ Παφλαγόνοσ.

S. P. N. IGNATII

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

VITA SIVE CERTAMEN,

Auctore Niceta servo Jesu Christi, cognomento Davide Paphlagone (1)

(Mansi, Concil, tom XVI, col. 209.)

Præclarum juxta et salutare est, cum cæterorum quidem sanctorum omnium res in vita gestas exponere et enarrare, posterisque sæculis vitæ documenta, pariterque ad virtutem incitamenta tradere: tum vero maxime eorum qui fuere præditi venerando pontificatu, quique suo vitæ splendore acerbum adversarium ad gravissimam provocarunt invidiam, et cum invicta laborum omnium patientia, animique magnitudine, fortitudinem contra insectatorem eximiam declararunt. Quod si autem eisdem ad extremam et nostram ætatem propius accedere contingat, tum vero multo maxime præcunctis memorandi omnique laude prædicandi sint; ut qui propter temporum vicinitatem multo magis Ecclesiæ prodesse possint. Quod enim pervetustum est, longisque temporum intervallis remotum, etsi fidem propter scribentis auctoritatem mereatur, desperatur tamen a plerisque studium imitandi; ut

Πάντων μὲν τῶν ἀγίων τοὺς βίους ἀνατάττεσθαι καὶ διηγεῖσθαι, παιδευμά τε πρὸς ἀρετὴν καὶ παράκλησιν ταῖς ἐπιούσαις τῷ παραδιδόναι γενεαῖς, κάλλιστον ὁμοῦ καὶ σωτήριον· μάλιστα δὲ τῶν ἱεραρχήσασπι τῇ κεκοσμημένων, καὶ διὰ τῆς οικείας λαμπρότητος τοῦ βίου εἰς ζῆλον ἀκάθεκτον τὸν πικρὸν διώκτην ἀνερεθισάντων καὶ δυσμενῆ, καὶ διὰ τῆς ἀνευδότητος τῶν πόνων ὑπομονῆς καὶ γενναϊότητος λαμπρὰν ἐπιδειγμένων τὴν ἀριστείαν κατ' αὐτοῦ. Εἰ δὲ καὶ πρὸς τοῖς ἐσχάτοις, καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς τοῦτοις ἐγγίζοντες τύχοιεν καιροῖς, πολλῷ μᾶλλον ἀξιομνημονευτότατοι ἂν εἴεν ἀπάντων καὶ ἀξιεπαίνετοι, ὡς πολὺ πλέον οἰκοδομεῖν τῇ ἐγγύτητι δυνάμενοι τὴν Ἐκκλησίαν. Τὸ γὰρ ἀρχαῖον καὶ πάμπλου κατὰ χρόνον διεσθῆς, εἰ καὶ πιστεύεται τῇ ἀξιοπιστία τῆς γραφῆς, ἀλλὰ καὶ θάπτον ἂν τοῖς πολλοῖς πρὸς τὴν μίμησιν ἀπογινώσκοιτο, λογιζομένοις, ὡς κρείττον ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν, τῶν πρεσβυτέρων

(1) Hujus versionis auctor Matthæus Raderus S. J., quod post Romanos editores Binius et Regius collector tacuerunt.

ἐκεῖνων δυναμένων κατορθοῦν γενεάν. Ὅσα δ' ἂν A τοῖς καθ' ἡμᾶς κατορθοῦσθαι πιστεύοιτο καιροῖς, μᾶλλον ἂν ὄλμαι ταῦτα παρακνίζειν τοὺς εὐσεβεστέρους, καὶ πρὸς τὸν Ἰσον τῆς ἀρετῆς διερεθίζειν ζῆλον. Διὰ ταῦτά μοι τοῦτον ἐνεστήσασθαι νῦν [Ἰσ. νῦν σκοπὸς] τῷ λόγῳ τὸν ἀγῶνα, καὶ μοι σφοδρὸς πόθος κατακάριος ἀληθινοῖς διηγήμασι, καὶ πάσης προλήψεως ἀπηλαγμένοις ψευδοῦς, τὸν μέγαν ἱεράρχην καὶ ποιμένα τῆς βασιλίδος Ἰγνάτιον, ὑπὸ γε Θεῷ Πνεύματι τῆς ἀληθείας ὑφηγητῆ καὶ συλλήπτορι, τοῖς ἀγνοοῦσιν ὁποῖός τις ἦν, ἐκ τῆς κατ' αὐτὸν πολιτείας ἀποδείξει· Ἰγνάτιόν φημι τοῦτον, τὸν ὑστερον μὲν τῷ χρόνῳ, καὶ πρὸ τῆς καθ' ἡμᾶς ταύτης ἀναδειχθέντα γενεᾶς, οὐδενὸς δὲ τῶν πρὸ αὐτοῦ τιμῶν ἱεραρχῶν τὴν πίστιν, τὴν ὁμολογίαν, τὴν ὑπὲρ τῆς δικαιοσύνης ἀθλῆσιν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν εὐδοκίμῃσιν ἀπολειπόμενον. Τοῦτω τὴν παρακαλουθήσασαν ἐξ ἀρχῆς ἄχρι τέλους βίωσιν μετὰ πλείονος ὑφηγούμενος τῆς ἀκριθείας, καὶ πᾶσαν τὴν περὶ αὐτὸν ἀληθειαν ἐκ τῶν ἐγγράφως τε καὶ ἀγράφως πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων ἀπροσπαθῶς καὶ ἀνυποστόλως διηγούμενος, πέποιθα πρῶτον μὲν ἐνώπιον τῆς ἐνυποστάτου καὶ ζώσης δίκαια γράψειν Ἀληθείας· δεύτερον δὲ, τὸ χρόνῳ ἱκανοῖς ἤδη καταπυκνωθὲν τῆς ἀγνωσίας νέφος, καὶ πᾶς τῶν πολλῶν ἀμαυρῶσαν διανοίας, λεπτῦναί τε καὶ σκεδάσαι· ὥστε τοὺς ἐθέλοντας πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων ἀληθειαν εὐκρινῶς ὁρᾶν, τὸν ἐργάτην μὲν ἀληθῶς τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς ἀρετῆς εἰδέναι, καὶ ὑμνεῖν, καὶ ζηλοῦν· τὸν αὐτοργόν δὲ τῆς κακίας καὶ τῆς

Ἰγνάτιος οὗτος ὁ μακαριώτατος καὶ θεῖος ἱεράρχης πατρίδα μὲν ἔσχεν ἐπὶ τῆς γῆς Κωνσταντινούπολιν, ταύτην δὲ λέγω τὴν πάσης χώρας καὶ πόλεων περιφανεστάτην βασιλίδα· πατέρα δὲ Μιχαὴλ καὶ Προκοπίαν, τοὺς εὐγενεστάτους καὶ πιστοτάτους βασιλεῖς. Ὦν ὁ Μιχαὴλ μὲν Θεοφυλάκτου πατρικίου μεγαλοπρεποῦς υἱὸς ἦν, Προκοπία δὲ Νικηφόρου θυγάτηρ τοῦ εὐσεβοῦς ὑπῆρχε βασιλέως. Τοῦτου δὲ πρὸς τὰ ἄνωθεν χωρήσαντος βασιλεία, καὶ τοῦ υἱοῦ δὲ Σταυρακίου ὀλίγιστον χρόνον ἐπιθιώσαντος τῆ βασιλείᾳ, καὶ αὐτοῦ μεταναστάντος, Μιχαὴλ ὁ προβήρθεϊς οὗτος, ἄτε γαμβρὸς ὢν ἐπὶ θυγατρὶ τοῦ τετελευτηκότος Νικηφόρου, καὶ τὰ πρῶτα τῶν ἐν τῷ παλατίῳ τιμωμένων ἀποφερόμενος (κουροπαλάτης γὰρ ἦν), ψήφῳ μὲν Θεοῦ, ψήφῳ δὲ τῆς συγκλήτου πάσης, τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας ἐγχειρίζεται. Τοῦτου τὴν περὶ τὸ Θεῖον εὐσεβῆ γνώμην, καὶ τὴν ἄλλην πᾶσαν ἀρετὴν καὶ δικαιοσύνην, τοῖς ἱστορεῖν κατὰ μέρος ἐθέλουσι παρήσομεν· ἡμῖν δὲ ἀρκέσει πρὸς ἔπαινον ἢ τοῦ ἡθους πραύτης τε καὶ ἐπιείκειαν ἦν ἔργοις ἐκεῖνος, καὶ οὐ πλάσματι μόνον ἐπεδείξατο· διετῆ γὰρ ὀλίγου δεῖν χρόνον εὐσεβεστάτα τὴν βασιλείαν διθύνας, ἐκουσίως αὐτῆς ἐξέστη, καὶ τῷ τυραννικῶς ἐπιθεμένῳ, Λέοντι δὲ τῷ Ἀρμενίῳ, φημί, στρατηγῷ μὲν πρῶτον ὑπ' αὐτοῦ τῶν Ἀνατολικῶν προχειρισθέντι, κατὰ Βουλγάρων δὲ στρατευσάμενῳ, κάκειθεν τὴν ἐπανάστασιν βουλευσαμένῳ, ὑποχωρεῖ τῆς ἀρχῆς ὁ μακάριος ἐκὼν, καὶ τῆς κοσμητικῆς ἀλαζονείας, καὶ τῶν ἐμφυλίων πολέμων καὶ

qui putent, illis majorum nostrorum sæculis multo promptius fuisse quam nostris cum virtute vivere. Quæ vero nostra memoria recte facta creduntur, illa multo acrius, opinor, piorum mentes ad virtutis decus æmulandum inflammant. Quapropter ingens me desiderium animi impulit ad causam hanc sive certamen oratione prosequendum, duceque et adjutore Deo, spiritu veritatis, ostendendum nescientibus, qui vir Ignatius, qualisque et quantus hic antistes et regię pastor urbis in vitæ suæ ratione fuerit: Ignatius, inquam, iste, qui ævo quidem posterior, nostra ætate floruit, prioribus tamen illis venerandis pontificibus nihil, vel de fide, vel confessione, vel decertatione pro justitia, laudeve pietatis erga Deum concessit. Hujus ego totum vitæ cursum dum ab ipso exordio ad exitum usque singulari cura exigo, rerumque de illo apud nos testatissimarum veritatem sive fama, sive scripto acceptarum, sine ulla affectus indulgentia et fraude expono, certo mihi persuaduo futurum, ut prius um teste ipsa vivente ac per se subsistente veritate, æqua præscribam; deinde nubem annorum utcumque multorum intercapedine concretam, animosque tenebris ignorantie involventem, discutiam dissipemque: ut qui veritatem penitus perspicere volent, æquitatis et virtutis cultorem vere nosse, celebrare laudibus, æmularique possint, malitiæ vero et improbitatis architectum jure detestari. Sed hinc jam nobis est exorillendum.

ἀδικίας ἐνδίκως ἀπωθεῖσθαι. Ἀρχτέον δὲ ἐντεῦθεν.

C Beatissimus hic et divinus antistes Ignatius Constantinopolim in terris patriam habuit, hanc, inquam, totius dittonis et imperii præclarissimam regiam: parentes vero, Michaelē imperatorem et Procopiam imperatricem, nobilissimos et religiosissimos principes. Atque Michael quidem Theophylacto patricio splendidissimo viro natus, Procopia vero a Nicephoro pio imperatore procreata est. Nicephoro porro ad cœleste imperium evocato, et Stauracio filio, cum regnum exiguo tempore administrasset, extincto, Michael hic Nicephori gener, ut dictum est, mortuo Nicephoro, cum inter palatinos (nam curopalates erat) principem locum teneret, auspice Deo senatusque decreto imperii sceptrā suscepit. Cujus ego religionem in Deum, omniaque virtutis ornamenta iis narranda relinquo qui res ab illo gestas sigillatim prosequi volent. Nobis ad decus illius memorandum sufficiat morum lenitas et clementia, quam minime fucalam factis ipsis declaravit. Etenim cum non toto biennio imperium sanctissime administrasset, Leoni Armeno per tyrannidem regnum invadenti libens volensque cessit, quamvis ipse præfecturam exercitus in Oriente illi prius commisisset. Expeditionem tamen cum in Bulgarios suscepisset, ibi per insidias defectionem molienti, sponte beatus ille imperium concessit, seseque ab omni fastu, bellisque civilibus atque invidia regni subduxit; ratus multo sibi rei que publicæ commo-

diolem utiliolemque voluntariam regni abdicatio-
nem et pacem, ut qui paci veræ natus esset, fore.
Decedit ergo ex urbe cum tota familia, atque in
Principes insulas secedit; ibique vitam monasticam
cum conjuge et liberis, non cultu tantum corporis,
sed re ipsa degit, causa sua supremo Numini per-
missa.

Beato huic Michaeli, omnique admiratione pro-
sequendo, qui terrarum regna cœlestibus permu-
tavit, quini omnino fuisse libèri perhibentur; mu-
licbris stirpis gemini, Georgo prima natuque ma-
xima, minima Theophano; quæ virginitatis laude per
omnem vitam in religione sanctissime custodita, fel-
luciter obierunt: tres vero stirpis virilis, Theophylac-
tus, Stauracius, Nicetas: quorum natu maximus Theo-
phylactus, et Stauracius, diademate imperii insigniti
sunt: sed Stauracius admodum adolescens ante pa-
tris abdicationem oppetiit; Theophylactus autem
una cum parentibus tunc in monachum attonsus,
Eustracius est appellatus. Nicetam primum decen-
nem ab avo Nicephoro hicanatorum domesticum
aiunt creatum, cujus gratia munus illud primo in-
stitutum: quartum vero decimum ætatis annum a-
gens, terrestri simul cum bonis parentibus regia
relicta, et ipse monachum induit, et Ignatius est
cognominatus.

Leo igitur, illa infausti nominis fera, cum, quam
conceperat, peperisset iniquitatem, occupato per
vim ac tyrannidem imperio, nullam omnia spe-
ctantis oculi rationem habuit, neque beatorum exsu-
lum reveritus est modestiam et æquitatem; imme-
morque erat omnium beneficiorum, quibus beati
illi indignum exornarant: a quo improbæ mentis
artibus illecti erant adco, ut imperator regionum
illum liberorum in sacra baptismatis unctione spon-
sorem et patrinum designaret. Sed nihil horum im-
mitem illius ferocemque animum potuit flectere.
Etenim in exsilium amandatos, alterum ab altero se-
paravit, singulisque suam insulam assignavit, fir-
maque custodia circumsepsit. Filiis porro virilita-
tem ademii, membrorum castratione plectens,
plusquam inhumanus et crudelis. Hinc sane, cum
tam impia imperii jecisset fundamenta, vitam, exitu
principiis respondente, sibiit. Impiam enim invisam-
que Deo Iconomachorum sectam, ab impio illo
Leone quondam meditatam, et a Constantino Leonis
filio, patre etiam deteriore, corroboratam, sed divina
Providentia per sanctam septimam synodum pie
recteque sopitam ac sublatam, invisus draco, dis-
tortusque veritatis interpres conatus revocare, con-
tra orthodoxæ pietatis propugnaculum, Nicephorum,
inquam, religionis tunc antistitem, ac urbis impe-
rantis patriarcham, erectus, illum minis juxta ac
blanditiis oppugnat. Sed cum multo firmiorem quam
sperarat, esperiretur, vi tyrannica de throno detur-
datum, ad dexteriores Steni, id est angusti freti
regionem, in monasterium quoddam importunus
ejecit (cum Ecclesiam apostolice per novennium

Α φθόνων · πολλῶ ἄκρηττω καὶ λυσιτελεσστέραν ἑαυτῶ
τε καὶ τῷ κοινῷ τὴν ἐκούσιον ὑποχώρησιν καὶ τὴν
εἰρήνην, ὡς υἱὸς τῆς ἀληθοῦς εἰρήνης, ἠγησάμενος.
Ἀπαίρει μὲν τῆς πόλεως πανοικί · πρὸς τὰς Πριγ-
κιπέιους δὲ νήσους μετακεχωρηκῶς, καὶ τὸν μονήρη
βίον ἅμα γυναικί καὶ τέκνοις, οὐ τῷ σχήματι μόνον,
ἀλλὰ καὶ τῷ πράγματι καταδεξάμενος, τῷ παμβα-
σιλεῖ Θεῷ τὴν αὐτοῦ κρίσιν καὶ δίκην ἀνέθετο.

Τούτῳ δὴ τῷ μακαρίῳ Μιχαήλ, τῷ θαυμαστῶς τὴν
ἐπίγειον τῆς οὐρανίας ἀντικαταλλαξαμένῳ βσιλείας,
παῖδες οἱ πάντες, πέντε λέγουσι γενέσθαι · ὧν θήλειαι
δύο, πρώτη μὲν ἡ καλουμένη Γεωργῶ, πάντων δὲ ὑστάτη
Θεοφανῶ · αἱ καὶ παρθενικῶς τὸν ὄλον βίον καὶ μοναχι-
κῶς διαβιώσασαι, μακαρίως ἐκοιμήθησαν. Ἄρρενες δὲ
τρεις, Θεοφύλακτος, Σταυράκιος, Νικήτας · τούτων Θεο-
A nudam rei veritatem ubique studiosè persecutus, pro
mea virili curabo, uti ne quid rerum quæ sint me-
moriam dignæ, prætermittam.

B Postquam igitur administri regii, sæpe tentata re,
non potuerunt flectere Ignatium ad id quod iniique
petebant, suam illo dignitatem fortiter et constanter
tuente, a se ipsi consilium de cætero petiverunt ;
rebusque inter se diu agitatis, omnemque in partem
versatis, tandem Photium protospatharium et pri-
mum a secretis, patriarcham urbis regis designant ;
hominem sane minime obscurum et ignobilem, sed
claris et illustribus oriundum natalibus, rerumque
civilium et politicarum usu, prudentiaque et scientia
clarissimum. Grammaticæ enim litteraturæ, et car-
minis pangendi, dicendique laude, quin et philo-
sophiæ et medicinæ, et omnium prope liberalium
disciplinarum externarum studio cognitioneque
tantopere florebat, ut ævi sui facile princeps habe-
retur, imo et cum veteribus jam certare posset.
Omnia quippe in illo concurrerant, aptitudo quædam
et naturæ vis ac felicitas, studium, opes, quibus sibi
librorum omnium maximam copiam comparabat ;
et, quod præ cunctis, gloriæ laudisque cupido, qua
incensus totas noctes, ut lectioni assidue vacaret,
ducebat insomnes. Quoniam vero sacrum etiam
(quod utinam nunquam fuisset) thronum Ecclesiæ
conscensurus erat, sacra quoque et ecclesiastica
volumina studiosè cœpit lectitare. Verum ut Theo-
logi Nazianzeni ritu loquar (4), quod sane ipsius
sapientia indignum fuit, ignorationem ignoravit.
Noluit enim animadvertere, quoniam, *Si quis vult
sapiens fieri in hoc mundo, stultus sit, ut sapiens
fiat* *. Neque viam modestiæ et submissionis ingres-
sus est, qua ad cœlestem gratiam veramque sa-
pientiam pervenitur : neque deposito fastu voluit
converteri, et fieri ut parvulus, propter regnum Dei,
juxta Domini vocem : neque animam suam et men-
tem altius fodere et omni subiectione demittere, ut
jubet Dominus, per abjectiorem humilliolemque se-
mitam ; atque ita per affectuum mortificationem
petræ Christo conjungi, et super ipsam inconcus-
sum fidei fundamentum ponere, et piis operibus
seipsum domiciliura sapientiæ constituere. Nihil
horum huic venit in mentem, alia omnia cogitabat :
fragili et arenoso, vanæ profanæque sapientiæ fun-
damento et insolentiæ, non secundum Christum do-
ctrinæ cor suum mentemque confirmans, vanis
hominum laudibus et plausibus inflatus, elatusque
inani gloria, per ipsam inimicæ Deo superbiæ se
conjunxit : ex quo omnis impietatis omniumque
offensionum materiam edoctus est. Ergo jactis sa-
cerdotii sui improbandis fundamentis, extrema
iniciis consentanea sortitus est. Nec enim repudia-
vit Ecclesiam, tanquam a profanis magistratibus
profane et sacrilege sibi decessatam ; neque velut

* I Cor. III, 18.

(4) Potius, ut more loquar Scripturæ sacræ. HARD.

alteri viro nuptam, sibi per adulterium desponderi veritus est : sed contra potius exultabundus, avide impudenterque in illius complexum ruit, alienamque vitam propriam palam arrogavit, suaque infam dedecore gloriabatur, et laudabatur in iniquitate sua ; intraque sex non amplius dies, manibus hominum initiatus, concupitam Ecclesiæ cathedram invasit. Eratque vere cernere, ut fertur adagio, extemporalem fictitiumque, seu personatum sanctum. Nam primo die monachus ex laico, altero lector, tum hypodiaconus, ac diaconus et presbyter : sexto deinde, qui fuit Christi natalis, et ipse sacrum conscendens tribunal, pacem populo, nihil vera pace dignum cogitans, nuntiavit.

Erat huic auctor et initiator in omnibus Gregorius Ille cognomento Asbesta, quem Syracusanum olim pontificem fuisse ferunt, tum Constantinopoli de maleficiis reum factum, et jam Romæ, quod contra leges et sanctiones ecclesiasticas peccasset, exautoratum. Hunc Ignatius, cum esset patriarcha consecrandus, ne initiationi suæ interesset, admonuit, donec per otium causa ipsius diligenter cognoscere-tur. Quod patriarchæ inter initia factum multi, quamvis juste factum, reprehenderunt.

Hinc, o quis ex his paucis verbis ortam cladem illam et noctem explicet ? quis turbas et factiones, litesque et improbitatem illius probi (5) Siculi dicendo assequatur ? Simul ac enim ejus rei nuntium accepit, non se philosophum ostendit, et infamiam suam prudenter dedecusque contexit ; sed cereos de Ignatii consecratione acceptos abjecit, et impudentissimo ore innocentem coram universa Ecclesia scædissime conviciatus, lupum pro pastore substitui furiose clamitavit. Quem et Petrus quidam Sardonum episcopus cognomento Miser, et Eulampius Apameæ, alique e clero obscuriores [insigniores], seipsos ab Ecclesia sine causa sejungentes, secuti sunt.

Undecim igitur ipsius annis Ignatius a recepta primum sede Constantinopolitana, omni ratione conatus, omnique verborum humanitate et liberalitate adhibita, nunquam tamen potuit Asbestæ improbitatem extinguere. Etenim potentiorum limina terebat, apud omnes virum nullam ob culpam criminabatur, et acerbè conviciis proscindebat, et sanctum exsecratus, ne Christiani quidem cognomine dignabatur. Præsertim vero Photio Photianisque gratissimus honoratissimusque, magnus quidam homo Dei credebatur. Quare ab eodem Photio primum est initiatus ; qui hominis auctoritate inductus, totum ex illo adversus insoutem Ignatium furorem hausit : perinde quasi ad hoc ipsum patriarcha esset consecratus, ut omnibus consiliis modisque omni-

A κοσμικῶν ἀρχόντων ἀδόσμως αὐτῷ καὶ ἀθέσμως ἐν-
δομένην Ἐκκλησίαν, οὐδ' ὡς ἑτέρῳ ἀνδρὶ καθηρο-
σμένην μοιχικῶς ἑαυτῷ κατεγγυᾶσθαι ἠύλαβήθη·
τοῦναντίον μὲν οὖν καὶ περιχαρῶς, ἢ ἀναιδῶς μάλ-
λον, κατησπάζετο, καὶ ὡς ἰδίας τῆς ἀλλοτρίας σαφῶς
ἀντεποιεῖτο, καὶ ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτοῦ ἐγαυρία δοξα-
ζόμενος, καὶ ἐν τῇ ἀδικίᾳ αὐτοῦ ἐνευλογεῖτο, καὶ ἐν
ἕξ ταῖς ὁλαῖς ἡμέραις χερσὶν ἀνθρώπων τελειούμε-
νος, τῆς ἐπιθυμουμένης ἐπελαμβάνετο καθέδρας· καὶ
ἦν ἀληθῶς ἐκείνον ὄραν ἀύθημερον ἅγιον πλαττόμενον,
κατὰ τὴν παροιμίαν. Πρώτῃ γὰρ ἡμέρᾳ μοναχὸς ἀντὶ
λαϊκοῦ, τῇ δευτέρᾳ δὲ ἀναγνώστης, καὶ ὑποδιάκονος τῇ
ἕξτῃ, εἶτα διάκονος, εἶτα πρεσβύτερος· ἔπειτα τῇ ἕκτῃ
(Χριστοῦ δὲ ἦν τὰ γενέθλια) καὶ αὐτὸς τῷ ἱερατικῷ
προσβάς θρόνῳ, τὴν εἰρήνην τῷ λαῷ προσεφώνει,
μηδὲν τῆς ἀληθινῆς εἰρήνης ἄξιον ἐννοούμενος·

B Ἦν δὲ αὐτῷ καθηγητῆς καὶ ἱεροτελεστῆς τὰ πάντα
Γρηγόριος ἐκεῖνος ὁ καλούμενος Ἀσβεστᾶς, ὃν ποτε
καὶ Συρακούσης μὲν ἐπίσκοπον ἔφασαν γενέσθαι, ἐπ'
ἔγκλημασι δὲ τισιν εἰς τὸ Βυζάντιον κατηγορούμενον,
ἤδη δὲ καὶ ὑπὸ τῆς τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ὡς
παρὰ κανόνας πράξαντα, καθηρημένον. Ἰγνάτιος
ἄρτι πρῶτον χειροτονεῖσθαι μέλλων, μὴ παρεῖναι
τοῦτον τῇ χειροτονίᾳ διεπέμψατο, ἄχρις οὗ τὰ κατ'
αὐτὸν, φησὶν, ἐπὶ σχολῆς ἀκριδέστερον διαγνωσθῆ-
ῖ. Τοῦτο ὁ πατριάρχης ἐν πρώτοις, οὐ καλῶς μὲν, ὡς
γε δοκοῦν τοῖς πολλοῖς, πέπραχε δ' οὖν ὁμοῦς ἐν δι-
καιοσύνῃ.

C Ἐντεῦθεν, ὦ τίς ἂν ἐξείποι τὴν ταραχὴν καὶ τὴν
σκοτόμαιναν ; τίς τὴν ἀπὸ τοῦ μικροῦ ῥήματος φιλα-
νειαίαν, καὶ ἔριν, καὶ μνησικακίαν τοῦ δεινοῦ ἐκεῖ-
νου Σικελοῦ παραστήσει ; Εὐθύς γὰρ ἀκούσας, οὐκ
ἐφιλοσόφησε πρὸς τὴν ἀγγελίαν, οὐ τὴν ἰδίαν ὡς
φρόνιμος συνεκάλυψεν αἰσχύνην, τοὺς ἐπὶ χειροτονίᾳ
δὲ κηρὸς τῶν αὐτοῦ χειρῶν ἀπορρίψας, καὶ καταναί-
δευσάμενος, πάσης ἐνώπιον τῆς ἐκκλησίας ἐσχάτως
διελοιδορεῖτο τὸν ἀναίτιον, καὶ λύκον ἀντὶ ποιμένος
ἐπεισιέναι τῇ ἐκκλησίᾳ μανιωδῶς δισχυρίζετο· ὧ
καὶ Πέτρος ὁ Σαρδέων, ὁ λεγόμενος Δεῖλαιος, πρὸς
δὲ καὶ ὁ Ἀπαμείας Εὐλάμπιος, καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν
ἀσημοτέρων [ἀν. εὐσημοτέρων] εἶποντο κληρικῶν,
ἀλόγως τῆς Ἐκκλησίας ἀπορρήγνυμενοι.

D Ἐν ὅλοις μὲν οὖν ἑνδεκα χρόνοις τῆς πρώτης αὐτοῦ
ἱεραρχίας ὁ Ἰγνάτιος ἀποπειρώμενος, καὶ πᾶσαν μὲν
λόγων, πᾶσαν δὲ δωρεῶν προτεινόμενος φιλοτιμίαν,
οὐχ οἷός τε ἐγεγόνει τὴν τοῦ Ἀσβεστᾶ κακίαν κατα-
σθέσαι. Διήρχετο πάσας οἰκίας τῶν δυναστῶν, μάτην
διαλοιδορούμενος καὶ διασύρων πικρῶς, καὶ μηδὲ
Χριστιανὸν ὀνομάζειν τὸν ἅγιον ὁ ἑναγῆς ἀξίων, μάλ-
ιστα δὲ πάντων παρὰ Φωτίῳ καὶ τοῖς αὐτοῦ συγγε-
νέσι τιμώμενος, μέγας τις ἀνθρώπος τοῦ Θεοῦ χρη-
ματίζειν ἐπιστεύετο· ὅθεν καὶ παρ' αὐτοῦ πρώτου
χειροτονηθεὶς ὁ Φώτιος, ἐκ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως
ὄλην τοῦ ἀνδρὸς κατὰ τοῦ ἀναιτίου μανίαν ἐπεσπά-
σατο. Καὶ ὡς περ εἰς αὐτὸ τοῦτο πατριάρχης προχει-
ρισθεὶς, ἵνα πάσαις ἐπινοαῖς, τρόποις πᾶσι, τὸν
ἀθῶον τιμωρήσῃται, οὕτως ἡγωνίζετο, οὐ τῆς ἱερα-

(5) Pro improbi: vel dictum per ironiam, HARD

σύνης μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς αὐτὸν ἀπαλλάξειν, εἰ δυνατόν, τῆς ζωῆς· καίτοι γε χειρόγραφα παρὰ τῶν καταδεχομένων αὐτὸν πρότερον ἀπαιτηθεὶς μητροπολιτῶν, ὥστε πατριχὴν ἀπονέμειν τῷ Ἰγνατίῳ τιμῆν, καὶ πάντα κατὰ βούλησιν αὐτοῦ ὄρῃν, καὶ ἐν μηδενὶ τοῦτον παραλυπεῖν. Οὕτω δὲ μετὰ τὴν χειροτονίαν δύο μῆνες παρῆλθον, καὶ αὐτὸς τοὺς ὄρκους ἠθετηκῶς, πρῶτον μὲν τοὺς ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας τεταγμένους, ὅσους οἰκειότερους εὗρισκε τοῦ πατριάρχου, κατακλείων, καὶ αἰκισμοῖς βίαιοις καὶ μάστιξι κατακλιζόμενος· καὶ κολακείων δὲ πάλιν, καὶ δῶρα προτείνων καὶ προκοπᾶς, καὶ χειρόγραφα ἀπαιτῶν, καὶ πᾶσι * ὥστε πέμψοι, καὶ ἔρευναν ἀκριβῆ ποιήσασθαι κατὰ τοῦ Ἰγνατίου, ὡς αὐτοῦ λάθρα τυρεύοντος κατὰ τῆς βασιλείας. Εὐθύς οὖν ἄρχοντες ἀπηνεῖς καὶ στρατιῶται θρασεῖς τὴν Τερέβινθον καταλαβόντες, καὶ πᾶσαν ποιήσαντες ἐξέτασιν, καὶ πᾶσαν βᾶσανον, τοὺς ὑπ' ἐκεῖνον ἀνθρώπους βασάνισαντες, ἐπειδὴ ἐξέλιπον ἐξερευνῶντες ἐξερευνήσεις, καὶ λοιπὸν οὐδὲν εἶχον, ὥστε δικαίως τιμωρήσασθαι, τῇ ἀδικίᾳ καθαρᾷ χρωῦνται. Λαβόντες γὰρ τὸν ἱερὸν ἄνδρα μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ, καὶ πρὸς τὴν λεγομένην Ἰέρειαν περάσαντες, δέσμιον τοῦτον εἰς μάνδραν αἰγῶν κατέκλεισαν· ἐκεῖθεν τε πρὸς τὰ Προμήτου λεγόμενα ἡμιπερῶσιν, ὅπου δὴ Λέων ἐκεῖνος ὁ Λαλάκων ἐπονεμαζόμενος τῶν Νουμέρων δομέστικος ὢν, ἐπὶ τοσοῦτον αὐτοῦ τοῖς ῥαπίσμασι κατέκοψε τὰς σιαγόνας, ὡς δύο μύλας ἐκεῖ τοῦ ἱερωτάτου γέροντος ἐκπεσεῖν· εἶτα δύο μοχλοῖς σιδηροῖς, ἀνδροφόνων τρόπον, τοὺς αὐτοῦ πῖδας κατασφαλίσάμενοι, καὶ μικρᾷ φρουρᾷ κατακλείσαντες ἀπήεσαν, δύο παῖδας καὶ μόνον πρὸς ὑπηρεσίαν αὐτῷ καταλιπόντες. Ὅλοι δὲ αὐτοῖς ὁ ἀγὼν καὶ ἡ ἐπειξις ἦν, ὥστε λίθελλον αὐτοῖς ἀποταγῆς δοῦναι, καὶ ἐκουσίως τοῦ θρόνου παραχωρεῖν. Ὁ δὲ τὸν λύκον κατὰ τῆς ποιμένης δεινῶς ἐπεισφρήσαντα θεασάμενος, ὅσον ἦν ἐπ' αὐτῷ, τὴν ἐφοδὸν ἐξεῖργεν. Ἡμερῶν δὲ παρελθουσῶν ὀλίγων, εἰς τὰ Νούμερα τοῦτον περάσαντες, σιδηροδέσμιον ἐγκλείουσιν· εἶτα Αὐγουστος ἐνίστατο μὴν, καὶ εἰς πλοῖον αὐτὸν ἐμβαλόντες, εἰς Μιτυλήνην ἐξορίζουσι. Πάντας δὲ τοὺς ὑπονοουμένους οἰκείους εἶναι καὶ φίλους αὐτοῦ, οὓς μὲν δαρμοῖς ἀφορήτοις καὶ θανατιφόροις παρεδίδουν πληγαῖς· οὓς δὲ, τὸ φιλανθρωπώτατον, ὑπερώριζον τῆς πόλεως. Ὅτε δὴ καὶ τὸν χαρτοφύλακα Βλάσιον διὰ τὴν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας παρρησίαν ἐγλωσσοτόμησαν. Ἐν Μιτυλήνῃ δὲ διατρίβοντος, ὁ Φώτιος τὴν κατ' αὐτὸν ἐκκλησίαν τῶν πανηρευομένων συναγαγὼν, καὶ πρὸς τῷ ἱερῷ τεμένει τῶν πανευδόξων Ἀποστόλων γενόμενος, καθάρσει ἀποφαίνεται κατὰ τοῦ μὴ παρόντος Ἰγνατίου· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἀναθεματίζει καὶ ἀποκηρύττει, αὐτὸς κατήγορος γινόμενος καὶ κριτής. Καὶ ὅσους μὲν ἑώρα τῷ αὐτοῦ σκοπῷ καὶ τῇ παραλόγῳ πράξει ταύτῃ συνάδοντας, καὶ τοῖς τελουμένοις ὑπογράφοντας, ἐν τοῖς πρώτοις τῶν φίλων καὶ γνησιωτάτων εἶχε συλλειτουργῶν· ὅσοι δὲ τῇ ἀκρίτῳ κρίσει προσοχθήσαντες, συναινέσαι ταῖς ἀλογισταῖς ταύταις οὐκ ἠθούλοντο, τούτους τῷ πραιτωρῷ καὶ φυλακαῖς πολυτρόποις κολασθησομένους παρεδίδου. Πολλῶν οὖν διαγογγυζόντων, καὶ ἐπὶ ταῖς ἀκρισταῖς

abus innoxium iret perditum, sic pugnabat, ut illum non sacerdotio tantum privaret, sed vita etiam, si posset, exueret: licet essent ab eo per metropolitans suos, a quibus est receptus, exacta chirographa: ut paternum Ignatio honorem tribueret, omniaque ex ejus voluntate gereret, nec ulla in re molestus esset: ipse tamen vix post duos a creatione sua menses juramento suo violato, primum Ignatii familiares conjecit in vincula, dirisque flagris et plagis multavit: deinde rursus blanditus, muneraque et honores pollicitus, chirographa petiit, et omnibus modis studuit adversus Ignatium exitii causam reperire. Cumque nihil horum quæ ipse cupiebat, inveniret, scelerato Bardæ, perque Bardam Michaeli levissimo suggerit, ut mittat, qui in Ignatium velut imperio insidiantem severe inquirent. Ergo crudelibus præfecti atrocesque satellites extemplo Terentium petunt, omniaque genera quæstionum instituant, et famulos Ignatii tormentis omnibus excruciant. Postquam vero defecerunt scrutantes scrutinia, nec quidquam deprehenderunt, quo jura in illum animadverterent, aperto scelere in eum grassantur. Arreptum enim virum sanctum et suos in insulam Hieriam traduxerunt, atque Ignatium vinctum stabulo caprario incluserunt. Inde ad ea loca transferunt, quæ Prometi dicebantur; ubi Leo ille cognomento Lalaco, Numerorum domesticus, tam immaniter colaphis genas illius cecidit, ut sacratissimo seni duos molares excuteret dentes. Deinde vectibus geminis, latronum instar, pedes strinxerunt; angustoque conclusum ergastulo, duobus duntaxat pueris administris illi concessis, reliquerunt. Tota autem vis hæc et vexatio eo pertinebat, ut Ignatius abdicationis libellum scriberet, sponteque throno patriarchatus cederet. Sed Ignatius, cum lupum in gregem atrociter grassari cerneret, quantum poterat, impetum reprimebat. Elapsis autem haud multis inde diebus, in Numera deductum, in carcere catenis onerant: dein Augusto mense appetente, in navigium conjectum Mitylenam deportant. Porro eos qui habebantur ejus familiares et amici, immanissimis cruciamentis plagisque lethalibus afficiebant: quos autem humanissime tractabant, exsilio multabant; Blasioque chartophylaci ob fidem et dicendi libertatem linguam detruncarunt. Ignatio porro Mitylenæ commorante, Photius ecclesia malignantium sibi affinium coacta, absentis Ignatii, in ipso gloriosissimorum apostolorum templo, exauctorationem pronuntiat: nec pronuntiat tantum, sed anathemate Ignatium ferit damnatque; et damnatum idem accusator, idem iudex proclamatur. Qui quos factioni suæ studere, factisque insanis accinere, ac decretis subscribere videbat, hos vero inter intimos amicos ac symmystas habuit. Qui autem ejus amentia offendeantur, factaque (ut qui sincero judicio forent) non probabant, prætorio et vinculis pessime acceptos tradebat. Multis igitur mussitantibus, improbaque Photii acta damnantibus; quin et ipse Photius cum suis factis

et conscientia reprehenderetur, consilium impro-
bum potius quam sapiens capit. Non enim bono ma-
lum, sed malum malo sanare; minorique malo majus
addere cogitat. Nam ut virtutis viam ingressi, per
bona opera quasi per gradus ad Deum enituntur,
ita improbi relicto recto tramite, per opera mala
auctori malitiæ copulantæ, scelusque scelere cumu-
lare non desistunt, donec in profundum malefacto-
rum suorū præcipites agantur.

Legationem ergo et ille Romam veterem destinat,
et a Nicolao papa legatos petit, qui in speciem qui-
dam collapsam Ecclesiæ disciplinam emendent, et
damnata Leonomachorum sectæ reliquias penitus
extinguant; revera autem, ut Romanæ Ecclesiæ
auctoritate Ignatii exauctorationem firmaret testa-
tioramque redderet. Legat ergo Theophilum Amorii
episcopum, et Samuolem, qui ad illum diem Cho-
narum antistes Laodiceo subjectus, archiepiscopi
honore dignatus est a Photio. Per quos egregius
ille non veritus est ad pontificem maximum menda-
cie perscribere; Ignatium senio et morbo confectum,
corporisque in valetudine laborantem, se misere
abdicasse, suaque in insula et cœnobio commorari,
et a principibus populoque, et tota Ecclesia, omni
honore et officiis coli. Pontifex, legatis exceptis, re-
rum Constantinopoli gestarum ignarus, duos le-
gatos, Zachariam et Rhodoaldum episcopos ablegat.
μενος, καὶ τὴν τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν ἀγνοῶν,
αὐτὸς ἀποστέλλει.

Interea athleta Christi semestri Mitylenæ exacto, C
ab exilio redit: redit autem voluntate principum
restitutus insulæ Terebintho, non tam honori,
quieti et solatio, quam ignominia, vexationi, ma-
jorique afflictioni. Quanta enim inimicus in eo ma-
lignatus sit, quantasque ærumnas Nicetas regiæ
classis drugarius cognomento Oryphas, quantas
nem contumelias, ut Photio et principibus gratifi-
carentur, irrogarit, quæ oratio assequatur? Quis
singillatim, impetum, convicia, verbera, tormenta,
quæ ille in familiares illius cruenta manu exercuit,
εκπονᾷ? Accessit et alia sancto viro calamitas.
Ea tempestate Rhossi gens Scytharum, a Ponto
Euxino ad Stenum excursione facta, omnem circa
regionem omniaque monasteria deprædati sunt:
insulanorum quoque Byzantinorum per populatio-
nem vasa omnia diripuerunt, argentum abstule-
runt, captos ad unum omnes trucidarunt. Ipsius
denique patriarchæ cœnobio barbarico furore et im-
petu incursantes, tota suppellectili direpta, spolia-
runt, duosque supra viginti ex familiarissimis captos,
in uno navigii trochantere omnes securibus truci-
darunt. Quas ille clades cum accepisset, unicam
hanc in ore vocem semper habuit: *Dominus dedit,
D
Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum
est.*⁴, et quæ sequuntur. Ita gratias agens et ora-

ταύταις Φωτίου καταγινοσκόντων, ὑπὸ τε τῶν οἰ-
κείων ἔργων ἐκείνος καὶ τῆς συνειδήσεως διελεγχόμε-
νος, βουλὴν βουλευέται πονηρὰν μᾶλλον ἢ συνετὴν.
Οὐ γὰρ ἀγαθῶ, ἀλλὰ κακῶ τὸ κακὸν λάσασθαι δια-
νοεῖται· μᾶλλον δὲ τῷ ἡττοῦν τὸ μείζον ἐπενεγκεῖν.
Ὅσπερ γὰρ οἱ τὴν ὁδὸν ἀνιόντες τῆς ἀρετῆς, διὰ τῶν
ἀγαθῶν ἔργων ὡς διὰ κλίμακος ἀναβαίνουνσι πρὸς τὸν
θεόν· οὕτως οἱ τὴν εὐθείαν ἀφιέντες, διὰ τῶν πονη-
ρῶν πράξεων τῷ τῆς πονηρίας προσοικειοῦνται πα-
τρὶ· καὶ κακῶ κακὸν ἐπιπλέκοντες οὐ διαλείπουσιν,
ἕως ἂν εἰς τὸν τῶν οικείων ἔργων ἐκτραγῶσι βόθρον.

Διανοεῖται τοίνυν κάκεινος πρεσβυτάς εἰς τὴν
πρεσβυτέραν ἀποστελᾶν Ῥώμην, καὶ παρὰ Νικολάου
τοῦ πάπα τοποτηρητάς αἰτῆσαι, πρόφασιν μὲν εἰς
διόρθωσιν τῆς Ἐκκλησίας, εἶπουν ἐκτομὴν τελείαν
τῶν ἐν τῆς Χριστιανοκατηγορικῆς τῶν Εἰκονομάχων
αἰρέσεως ἀντεχομένων· τὸ δὲ ἀληθές, ὡς ἂν μετὰ τῆς
τῶν Ῥωμαίων χειρὸς περιφανιστέραν τοῦ Ἰγνατίου
ποιήσῃται καθάρσιν. Ἀποστέλλει τοίνυν Θεόφιλον
ἐπίσκοπον τοῦ Ἀμορίου, καὶ Σαμουὴλ ἐπίσκοπον
ἄχρις ἐκείνου τῶν Χωνῶν ὑπὸ Λαοδίκιαν τυγχάνοντα,
ἀρχιεπίσκοπον τετιμηκώς· δι' ὧν καὶ τὰ ψευδῆ πρὸς
τὸν πάπαν γράφειν ὁ γεννάδας οὐκ ὀκνεῖ· γράφει
γὰρ, ὡς Ἰγνάτιος διὰ γῆρας καὶ νόσον καὶ σώματος
ἀδυναμίαν παραιτησάμενος, ὑπεχώρησε τῆς Ἐκκλη-
σίας, καὶ ἐν τῇ κατ' αὐτὸν νήσῳ καὶ τῷ μοναστηρίῳ
μένων, πάσης τιμῆς καὶ θεραπείας ὑπὸ τε τῶν βασι-
λευόντων, ὑπὸ τε πάσης τῆς πόλεως καὶ τῆς κατ'
αὐτὸν Ἐκκλησίας ἀξιοῦται. Τούτους ὁ πάπας δεξά-
μενος δύο τοποτηρητάς Ζαχαρίαν καὶ Ῥοδόαλδον ἐπισκό-
τους ἀποστέλλει.

Ἐν δὲ τῷ μεταξύ ἐπάνεισι μὲν τῆς ἔξορας ὁ
ἀθλητής, ἐξ μηνῶν ἐν Μιτυλήνῃ πεποιηκώς· ἐπάνεισι
δὲ διὰ τῆς τῶν κρατούντων προνοίας πρὸς τὴν Τερέ-
βινθον ἀποκαθιστάμενος, οὐ πρὸς τιμὴν μᾶλλον ἢ
ἀτιμίαν, οὐδὲ πρὸς ἀνάπαυσιν καὶ παραμυθίαν, ἀλλὰ
πρὸς θλίψιν καὶ κάκωσιν περισσοτέραν. Ὅσα γὰρ ὁ
ἐχθρὸς ἐν αὐτῷ ἐπονηρεύσατο, καὶ ὅσας αὐτῷ Νική-
τας ὁ τοῦ βασιλέως στόλου δρουγγάριος, ὁ Ὀρύφας
λεγόμενος, θλίψεις ἐπήνεγκε καὶ ἐπηρείας, Φωτίῳ
καὶ τοῖς κρατοῦσι χαριζόμενος, τίς λόγος παραστή-
σαι δύναται; τίς καθ' ἐν ἀπαγγεῖλαι τὰς ἐπαγωγὰς,
τὰς ὑβρεῖς, τὰς ζημίας, καὶ τοὺς δαρμούς, ὅσα χειρὶ
μιαφῶν κατὰ τῶν τοῦ μακαρίου οικείων ἐκαίνος
ἐτακτήνατο; Ἐπεγένετο δὲ καὶ ἄλλη τῷ ἀγίῳ συμ-
φορά· Κατ' ἐκείνον γὰρ τὸν καιρὸν τὸ μιαυφονώτατον
τῶν Σκυθῶν ἔθνος, οἱ λεγόμενοι Ῥῶς, διὰ τοῦ Εὐ-
ξείνου πόντου προσκεχωρηκότες τῷ Στενῷ, καὶ πάντα
μὲν χωρία, πάντα δὲ μοναστήρια διηρπακότες, ἐνὶ δὴ
καὶ τῶν τοῦ Βυζαντίου περιοικίδων κατέδραμον
νησιῶν, σκαυτὴ μὲν πάντα ληϊζόμενοι καὶ χρή-
ματα, ἀνθρώπους δὲ τοὺς ἀλόντας πάντα ἀπο-
κτείναντες· πρὸς οἷς καὶ τῶν τοῦ πατριάρχου μονα-
στηρίων βαρβαρικῶν καταδραμόντες ἀρμήματι καὶ
θυμῷ, πᾶσαν μὲν τὴν εὐρεθείσαν κτῆσιν ἀφείλοντο,
εἴκοσι δὲ καὶ δύο τῶν γνησιωτέρων αὐτοῦ κε-
κρατηκότες οικειῶν, ἐφ' ἐνὶ τροχαντήρι πλοίου τοὺς

⁴ Job. 1, 21.

πάντας ἀξίνοις κατεμέλισαν. Τούτων δὲ τῶν συμφο-
 ρῶν ἐκεῖνος ἐπακούων, μίαν ἀεὶ ταύτην ἐπὶ στόματος
 εἶχε φωνήν· Ὁ Κύριος ἐδωκεν, ὁ Κύριος ἀφεί-
 λετο· ὡς τῷ Κυρίῳ ἐδοξεν, οὕτως ἐγένετο,
 καὶ τὰ ἐξῆς· οὕτως εὐχαριστῶν, καὶ ταῖς προσευ-
 χαῖς ἀδιαλείπτως πρὸς τὸν Θεὸν ἀνατεινόμενος, τὴν
 παρ' αὐτοῦ κρίσιν καὶ βοήθειαν ἐπεκαλεῖτο, ματαλαν
 δὲ πᾶσαν τὴν ἀπὸ τῶν κρατεῖν δοκούντων ἠγεῖτο
 σωτηρίαν· οἶγε καὶ ἡνίκα τοῦτον τηλικαύταις περι-
 πεσεῖν ἀνταῖς ἤκουσαν καὶ θλίψεσι, τοσοῦτον ἀπ-
 ἔσχον τοῦ συμπαθῆσαι καὶ παραμυθῆσασθαι, ὥστε
 καὶ λύπης πρόφασιν ἠγήσασθαι, ὅτι μὴ καὶ αὐτὸς τῇ
 βαρβαρικῇ ἐάλῳ χειρὶ, καὶ τοῖς οἰκείοις συνανηρέθη
 παισὶν· οὐ μᾶλλον εὐθυμοῦντες ἐπὶ τοῖς ἀνηρημέ-
 νοις, ἢ ἀνιῶμενοι ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τοῦ δικαίου. Καὶ
 οὐ θαυμαστόν. Ψυχὴ γὰρ πᾶσα τῆς ἀγάπης μὲν
 ἀλλοτριωθεῖσα, τοῦ δὲ μέλους ἀναπλησθεῖσα, καὶ ὡς
 πυρὸς ὑπ' αὐτοῦ δαπανωμένη, μίαν ταύτης ἠγεῖται
 τοῦ πάθους ἀναψυχὴν, τὴν ἀπώλειαν τοῦ μισουμένου.
 Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ πάλιν συνέδρια, πάλιν ἀρ-
 χόντων καὶ ἀρχιερέων κατὰ τοῦ ἀθῶου βουλευτήρια·
 ὁ μὲν οὖν εἰς τὰ Ποσέως ἐκάθητο, τὴν κατ' αὐτοῦ
 σκευωρίαν ὑφορώμενος. Φῶτιος δὲ τὴν κατ' αὐτὸν
 ἐκκλησίαν καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἤκοντας λαβὼν
 τοποτηρητάς, τὸν ἱερὸν τῶν Ἀποστόλων κατελήφει
 ναόν. Παρήσαν καὶ οἱ βασιλεῖς, παρήσαν καὶ πάντες
 οἱ ἀρχόντες, καὶ πᾶσα σχεδὸν ἡ πόλις παρήσαν ἐκεῖ.
 Ἐπειδὴ οὖν συνεληλύθεισάν, πρῶτον μὲν Βαάνην
 πραιπόσιτον, τὸν Ἀγγορὴν ἐπικαλούμενον, καὶ ἄλ-
 λους δὲ τινὰς ἐξουθενημένους Ῥωμαίους πρὸς Ἰγνά-
 τιον ἀποκρισιάρους προχερίζονται. Οἱ καὶ παρα-
 γενόμενοι, Ἡ μεγάλη, φασὶ, καὶ ἱερὰ σύνοδος καλεῖ
 σε πρὸς ἑαυτὴν· ἐλθέ τάχιον ἀπολογησόμενος πρὸς
 τὰ δικαίως ἢ ἀδίκως θρυλλούμενα κατὰ σοῦ. Ὁ δὲ
 μακάριος, Εἶπατε, φησὶν, ἀξιῶ, πῶς ἐλεύσομαι; ὡς
 ἐπίσκοπος, ἢ ἱερεὺς, ἢ θεραπευτής; Οἱ δὲ, μὴ εἰδέ-
 ναι τί πρὸς ταῦτα ἀποκριθῶσιν, εἶπον· Ἀλλὰ νῦν
 ἀπιόντες πρὸς τοὺς ἀποστείλαντας, βεβαίαν ἀπό-
 κρισιν αὐθις ἰόντες κομιοῦμεν. Τῇ οὖν ἐπαύριον οἱ
 αὐτοὶ παραγενόμενοι, οἱ τοποτηρηταὶ τῆς πρεσβυ-
 τέρας, ἔφασαν, Ῥώμης, Ῥοδοάλδος καὶ Ζαχαρίας,
 δι' ἡμῶν τῶν ἀναξίων δηλοῦσι τάδε· Εἰς τὴν ἁγίαν
 καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον ἀνυπερθέτως ἀπάντησον,
 ὡς ἔχει σου ἡ συνείδησις. Εὐθύς οὖν τὴν ἀρχιερατι-
 κὴν στολὴν ἐκεῖνος ἐνδυσάμενος, σὺν ἐπισκόποις καὶ
 πρεσβυτέροις, καὶ πλήθει πολλῶν μοναχῶν τε καὶ
 λαϊκῶν, ἀπήει πεζοπορῶν. Πλησίον δὲ τοῦ ναοῦ Γρη-
 γορίου τοῦ Θεολόγου, ὅπου σταυρὸς ἐν μαρμαρίνῳ
 κλονι κατὰ μέσον ἀνεστήλωται τῆς λεωφόρου, γενο-
 μένῳ, Ἰωάννης πατρίκιος, ὁ Κόξης λεγόμενος, ἀπ-
 ἠντησεν αὐτῷ, λέγων ἀπὸ τοῦ βασιλέως ἀπεστάλθαι,
 καὶ ἀπειλῶν, ὡς εἰ μὴ παγανεύων ἐν μοναχικῇ τῷ
 συνήθει σχήματι προέλθοι, θάνατον ἐπηρτῆσθαι τὴν
 ζημίαν. Ὁ καὶ πεποιηχότα τὸν ἀοίδιμον τῷ συν-
 εδρίῳ παρεστήσαντο. Καὶ δὴ παριστάνουσιν ἐβδομή-
 κοντα καὶ δύο ψευδομάρτυρας, οὓς ἐκ πολλοῦ προ-
 ητοιμάσαντο, ἀνθρώπους ἀσεβεῖς πάντας, ἀγελαίους
 καὶ συγκλητικούς, ὧν ἠγεῖτο Λέων πατρίκιος ἐκεῖ-
 νος, ὁ Κρητικὸς ἑνομαζόμενος, καὶ Θεοδοτάκιος πα-

tionem assidue intentus, a Deo iudicium et auxilium,
 nullam a principibus salutem exspectans, implora-
 bat. Nam illi, ubi hunc tantis oppressum malis et
 ærumnis audiverunt, tantum abest ut dolerent,
 vel afflictum solarentur, ut moleste etiam ferrent,
 eum non cum domesticis suis barbarica vi captum
 interiisse: non magis læti de interemptis, quam
 tristes de salute iusti viventis. Quod mirum videri
 non debet: mens enim omni charitate destituta, odio-
 que penitus imbuta, velut igne subjecto consumpta,
 ejus quem odit, exitium, unicum putat mali sui
 levamentum. Nec multum temporis fluxit, et rur-
 sum conciliabula, rursus principum et pontificum
 adversus sanctum conventicula. Atque Ignatius
 quidem in ædibus Poseos morabatur, insidiosasque
 contra se machinationes observabat. Photius autem
 cum sua factione, et missis ab urbe pontificis
 legatis, sacram Apostolorum ædem occuparat. Ade-
 rant imperatores, aderant et principes cuncti, to-
 taque prope civitas confluxerat. Frequentes ergo
 cum adessent, primum Baanem præpositum cogno-
 miento Angoram, aliosque nonnullos ex vilioribus
 Romanis, apocrisiarios ad Ignatium destinant. Qui
 coram Ignatio, Magna, inquit, et sacra synodus
 te citat. Quamprimum ergo ades, causam de obje-
 ctis tibi sive veris, sive falsis criminibus dicturus.
 Hic beatus: Agite, inquit, obsecro, quomodo ve-
 nism? an ut episcopus, an sacerdos, an monachus?
 Illi hærentes: Nunc, inquit, abimus, cras ad te
 certa relaturi. Postridie igitur iidem reversi: Le-
 gati, inquit, veteris Romæ, Rhodoaldus et Za-
 charias, per nos indignos hæc nuntiant tibi, uti sine
 mora ad sanctam et œcumenicam synodum adsis,
 ut tua conscientia tibi dicat. Ergo (Ignatius) ex-
 templo sacrum patriarchæ ornatum indutus, cum
 episcopis et clero, magnaue religiosorum frequen-
 tia, civiumque concursu et comitatu, viam pedes
 ingressus, cum ad ædem sancti Gregorii Theologi,
 ubi crux in media publica via marmoreæ columnæ
 imposita est, venisset, Joannes patricius, Coxes
 nuncupatus, illi occurrit; seque ab imperatore
 missum dicit; ac nisi privata et usitata monachi
 veste prodiret, ei capitis periculum ac supplicium
 imminere. Parec vir sanctus, synodoque sistitur.
 Apponunt duos supra septuaginta perjuros testes,
 quos jam olim impios omnes subornarant, grega-
 rios juxta ac senatorios; quorum dux erat Leo
 patricius cognomento Creticus, et secundum illum
 Theodotacius item patricius; cui et perjurii pretium
 magistri dignitas delata est. His reliquos ex uno-
 quoque gradu sorteque vel deterrimos adjunxerunt.
 Neque hos tantum, sed quos dibaptistas appellant
 hæreticos. Atque, ut ita dicam, ex omni hominum
 face et colluvie turpissimos quosque nequissimos-
 que auro dignitatumque pollicitationibus inductos,
 singillatim producerunt, qui jurati testarentur,
 Ignatium, qui patriarcha jam fuerat annos prope
 duodecim, non rite et ordine creatum, cathedram
 Ecclesiæ occupasse. Quid vero stolidi horum judi-

ces, in quorum manibus iniquitates sunt, et dextera eorum repleta est muneribus? Quid contra perjurium hoc decreverunt? Tricesimum subito canonem subjiciunt, qui sic habet: Si quis episcopus sæcularibus potestatibus usus, per ipsos Ecclesiam obtineat, deponatur (6). Quod autem sequitur in eodem capite: ut et omnes communicantes cum illo, etc. fraudulentum malitiose tacuerunt. Oportebat enim, siquidem pro sanctione apostolica propugnabant, non partem, sed totum canonem observare: et si accusationem admisissent, ut Ignatium, ita ab illo initiatos, et cum illo communicantes exauctorare: sicque in operibus manuum suarum peccatores manifeste deprehensi essent. Contra jus autem fasque decernentes, hoc pronuntiarunt tantum, quod pro ipsis ad evertendum Ignatium ab illis sine causa læsum, faciebat. Quod autem sequitur in canone, quo illi ipsi eidem subjiciuntur censuræ, dissimularunt: id quod illis tacentibus opportune patriarcha ipse succlamavit. O improbitatem! o stuporem! Quis enim ignorat Ignatium episcoporum omnium calculis et totius populi applausu legitime canoniceque creatum fuisse: Ipsum autem Photium potius ab execrato Bardà, et sæcularibus armatum principibus, contra leges, magisque per tyrannidem, quam ecclesiasticum ritum, thronum invasisse? Sed non cognoverunt, neque intellexerunt, qui in avaritiæ et ambitionis tenebris ambulant, se iisdem consiliorum laqueis, quos aliis paraverant, comprehendi.

κακουργίας! ὦ τῆς σκαιότητος! Τίς γάρ οὐκ οἶδεν, ὡς Ἰγνάτιος μὲν ψήφῳ πάντων ὁμοῦ τῶν ἀρχιερέων, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ὅλης συναινέσει, κανονικῶς καὶ ἐνθέσμως προκεχειρίσται· αὐτὸς δὲ ὁ Φώτιος μᾶλλον τῷ τε δεινῷ Βάρδᾳ καὶ τοῖς κοσμικοῖς ἀρχουσι χρησάμενος συνεργοῖς, ἀκανονίστως καὶ τυραννικῶς μᾶλλον ἢ ἐκκλησιαστικῶς τοῦ θρόνου καταδράττεται; Ἄλλ' οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ συνῆκαν οἱ τῷ τῆς φιλαργυρίας καὶ δοξομανίας σκότῳ διαπορευόμενοι, ὡς ἐν οἷς διαβουλίαις*, συλλαμβάνονται.

Post longam ergo verborum altercationem, laborem, et cunctationem, sola impotenti freti potentia, præter jus fasque omne, pontificali cultu pannoso et sordenti primo [pan. et sord. primo, tum pontif. cultu] induunt, rursusque postea a tergo exuunt. Erat autem hypodiasconus quidam Procopius nomine, ab Ecclesia ejectus; quippe quem mente insanum moribusque profanum patriarcha non ita pridem gradu moverat. Hic primus ablato a patriarcha pallio, vesteque reliqua sacra, istud solemne proclamabat: Indignus. Zacharias et Rhodoaldus, nonnullique alii nefarii homines idem vociferantes, impio decreto suffragabantur. Quos tamen onines brevi cœlestis vindicta consecuta est, cum illos sancti vatis Zachariæ falsi illa jure optimo demersit. Photius autem quo pacto suum adversus in-

Λ τρίκιος μετ' αὐτὸν, ᾧ καὶ τῆς ἐπιτορκίας μισθὸν τὴν ἀξίαν μαγίστρου προετείνατο. Ἐφ' οἷς καὶ τοὺς λοιποὺς ἀφ' ἐκάστου βαθμοῦ καὶ τοῦ καταδεεστάτου πάντων συλλεξάμενοι, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν λεγομένων διδαππιστῶν, καὶ ἀπὸ παντὸς, ὡς εἰπεῖν, τάγματος τοὺς ἀσχιστότους καὶ μιαιφωτάτους τῶν ἀνθρώπων χρυσοῦ τε καὶ ἀξιομάτων ἐξαγορασάμενοι, ἕνα καθ' ἕνα προσῆγον, ὁμνύοντας, ὡς Ὁ δωδεκαετῆ μικροῦ δεῖν χρόνον ἀρχιερατεύσας Ἰγνάτιος ἀψηφίστως χειροτονηθεὶς, ἐκράτησε τῆς ἐκκλησίας. Τί οὖν οἱ μάταιοι τῶν τοιούτων κριταί, ὧν ἐν χειρὶν αἱ ἀνομίαι, ὧν ἡ δεξιὰ αὐτῶν ἐπλήσθη δώρων; τί οὗτοι πρὸς τὴν ψευδορκίαν ταύτην ἀνθυπήνεγκαν; Τὸν τριακοστὸν εὐθύς ὑπαναγινώσκουσι κανόνα, Εἰ τις ἐπίσκοπος, λέγοντα, κοσμικοῖς ἀρχουσι χρησάμενος, δι' αὐτῶν ἐγκρατῆς ἐκκλησίας γένηται, καθαιρεῖσθω. Τὸ ἐξῆς δὲ τοῦ κεφαλαίου, ὅτι Καὶ οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες, κακούργως οἱ δόλιοι παρεσιώπησαν· ἔδει δὲ πάντως, εἴπερ ἀποστολικὸν νόμον ἠγωνίζοντο τηρεῖν, οὐκ ἐκ μέρους, ἀλλὰ τελείως τηρεῖν· καὶ εἰ ἀληθῶς εἶχεν ἡ κατηγορία, ὡςπερ ἐκείνον, οὕτω καὶ τοὺς ὑπ' ἐκείνου χειροτονηθέντας, καὶ αὐτῷ κοινωνήσαντας, καθαιρεῖν· καὶ οὕτως ἂν ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν οἱ ἁμαρτωλοὶ σαφῶς συνελαμβάνοντο. Ἀδικώτατα δὲ διανοούμενοι, ὅσον μὲν αὐτοῖς πρὸς βλάβην τοῦ παρ' αὐτῶν ἐπηρεαζομένου συνετέλει, τοῦτο ἐξαφώνησαν, τὸ ἐξῆς δὲ, ὡς καὶ αὐτοὺς τῇ αὐτῇ ὑποβάλλον ἐπιτιμίᾳ, κατεκρύψαντο· ὃ δὲ καὶ ὁ πατριάρχης αὐτοῖς τότε παρασιώπησασιν εὐστόχως ἐπιφωνεῖ. Ὡς τῆς

Μετὰ πολλὴν οὖν τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἄμιλλαν καὶ σπουδὴν καὶ τριβὴν, κατ' οὐδένα δικαιοσύνης νόμον, μόνῃ δὲ τῇ ἐξουσίᾳ μανικῶς χρώμενοι, ἐνδύουσι τοῦτον ἱμάτιον διεβρωγῶτα καὶ ρυτιπῶντα, καὶ τὴν ἱερατικὴν στολὴν περιβαλόντες, ἐκ τῶν δισσθεν ἀπαμφιάζουσιν. Ἦν δὲ τις ἐκκήρυκτος ὑποδιάκονος, Προκόπιος τοῦνομα, τὸν λόγον ἀλογος, τὸν βίον βέβηλος, ὃν ὁ πατριάρχης πρῶτην διὰ τοῦτο ἐβρίβη τοῦ βαθμοῦ. Οὗτος πρῶτος ἀναιρούμενος τὸ ὠμοφόριον καὶ τὴν λοιπὴν ἐτήθητα, ἐβόησε τὸ Ἀνάξιος. Ζαχαρίας τε καὶ Ῥοδόαλδος, καὶ τινες ἄλλοι μιαιφῶται τὰ ἱσακραυγάζοντες, τῇ ἀνοσίᾳ ψήφῳ συνεπεψηφίζοντο· οὐς πάντας οὐ μετὰ πολὺ μετήλθεν ἡ δίκη, καὶ τὸ τοῦ Ζαχαρίου τοῦ θεοῦ δρέπανον ἐκδικώτατα κατακτεῖναι συνετέλεσε. Φώτιος μὲν οὖν τὴν ἐνδομυχοῦ-

Δ σαν ἐν αὐτῷ κατὰ τοῦ ἀνεγκλήτου μῆνιν πῶς ἂν ἄλλως τῇ οἰκουμένη πάσῃ κατεστήσατο φανεράν, καὶ πῶς ἂν ἑαυτὸν ὡς πορρωτάτω τοῦ εἰρηνικοῦ καὶ πράου ποιμένος ἀπέφηνησεν Ἰησοῦ, ἢ τοιαῦτα διανοηθεὶς, καὶ οὕτως ἀδικώτατα τῷ δικαίῳ ἐπιθέμενος; Ταύτην τὴν κρίσιν οὐκ ἦν ὅστις οὐκ ἐμέμψατο, καὶ τῆς ἀλογιστίας, μᾶλλον δὲ μισανθρωπίας τὸ ὑπερ-

(6) Canon apostol. 29, alias 31.

θάλλον ἀπιστράφη. Οὐδὲ γὰρ οἱ τῷ μέρει μόνον τοῦ ἄρθου λόγου τιθέμενοι, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ Φωτίου οἱ συγγενεῖς καὶ οἰκεῖοι κατεστέναξαν τῶν γενομένων, καὶ εἰς κακὸν ταῦτα προδήσεσθαι τῷ τῆς ἀδικίας οἰωνίζαντο κριτῇ. Τί δὲ ἐκεῖνος; ἄρ' ἠδέσθη τοὺς ἀνθρώπους, ἢ τὸν δικαιοσύνην ἀγαπῶντα καὶ κρίσειν Θεὸν φοβηθεῖς, ἐξ ἐκείνου κατέπαυσε τὴν ὀργήν; Οὐδαμῶς· ἀεὶ δὲ φθόνον φθόνῳ, καὶ κακίαν ἐπιστυνᾶπτων τῇ κακίᾳ, ἠγωνίζετο σπουδῇ πάση καὶ μηχανῇ οὐ θανατῶσαι μόνον, ἀλλὰ τὸ τούτου χεῖρον, καὶ ὡς θανάτου ἀξιὸν αὐτὸν ἀνελεῖν. Τότε μὲν οὖν, ὡς ὑπέλαβον, καθαιρήσαντες καὶ ἐκκηρύξαντες, ἀνθρώποις αὐτὸν ὠμοτάτοις καὶ ἀσεβαστάτοις τιμωρεῖσθαι πικρῶς παραδιδώκασιν, ἄχρις ἂν οἰκεῖα χειρὶ τὴν ἰδίαν καθαίρεισιν ὑποσημήνηται. Ἦσαν δὲ οἱ κολαφίζοντες, καὶ ταλαιπωροῦντες αὐτὸν, καὶ πήξεως ὀσης δριμείας, ἐνὶ χιτωνίσκῳ πιέζοντες, καὶ στυροῦντες αὐτὸν, καὶ πυρπολοῦντες, καὶ ἐν δυσὶν ἑβδομάσιν ἐμφοῦριον συνέχοντες, καὶ ἀσιτία τελεῖα κατατήκοντες· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτῆς αὐτὸν τοῦ Κοπρωνύμου τῆς λάρνακος ἐκάθιζον ἀναβιβάζοντες, καὶ τῶν ποδῶν αὐτοῦ κάτωθεν λίθους ἐξαρτῶντες βαρεῖς, καὶ ἐπὶ πλεῖον τῇ τοῦ μαρμάρου τὴν ἔδραν ὀξύτητι πικρῶς ἄγαν πλήσσοντες ἐπέτριβον. Οἱ οὖν ταῦτά τε καὶ ἄλλα πλείω ἐνουβρίζοντες εἰς τὸν μακαριώτατον, καὶ λόγοις καὶ ἔργοις ἐμπαροينوῦντες εἰς αὐτὸν, σπέρμα πονηρὸν, ὡς εἶπεῖν, υἱὸς ἀνομοῦ, ὁ Μωροθεόδωρος ἐκεῖνος, καὶ ὁ Γοργονίτης Ἰωάννης, καὶ ὁ Θεοδοῦλου Νικόλαος, ὁ Σκουτελόφης ἦν.

Μετὰ γοῦν τὰς κολάσεις, ἃς οὗτοι προσήγαγον τῷ ὁμολογητῇ τοῦ Χριστοῦ, μετὰ τὰς ἀπειλάς, μετὰ τὰς ἀλύσεις, ἃς κατὰ τῶν τιμῶν ἐπέβαλον ποδῶν, μετὰ τὰ ραπίσματα, μετὰ τὸ σταυρωδῶς ἐπὶ πρόσωπον κατὰ τῶν μαρμάρων ἐφαπλῶσαι, καὶ ὅλην τὴν νύκτα δεδεδεμένον τιμωρήσασθαι, μετὰ τὸ ἐπιβιδᾶσαι τῇ λάρνακι εἰς τὴν ἐξῆς νύκτα πᾶσαν, εἴθ' οὕτως ἀπολύσαι τῶν δεσμῶν, καὶ κατὰ τοῦ ἐδάφους αὐτὸν ἀκοντίσαι καὶ συντρίψαι, καὶ τῷ αἵματι φοινίξαι τὴν γῆν· μετὰ ταῦτα πάντα μικρὸν τοῦτον ἐμπνέοντα (συνεῖχε γὰρ μάλιστα λελυμένη καὶ ἡ γαστήρ), βίβης τῆς τοῦ ἁγίου χειρὸς ὁ Μωροθεόδωρος κρατήσας, καὶ χάρτην λαθὼν, ἐπηξεν ὡς δι' αὐτοῦ σταυρὸν, ὃν καὶ ἀναγαγὼν ἐπιδίδωκε Φωτίῳ. Ὁ δὲ τὸν σταυρὸν λαθὼν, ἐξ ἑαυτοῦ ὑπέγραψεν οὕτως· « Ἰγνάτιος ἀνάξιο; Κωνσταντινουπόλεως ὁμολογῶ ἀψηφίστως εἰσελθεῖν, καὶ τὰ ἔτη ταῦτα οὐχ ἠγλαζόν, ἀλλ' ἐτυράνουν. » Ταύτης τῆς ὑπογραφῆς τῷ βασιλεῖ πεμφθείσης, ἀφίεται μὲν ὁ μακάριος ἐκείνης τῆς ἐνοχῆς, τὸν μητρικὸν δὲ οἶκον τὰ Ποσειῶς καταλαθὼν, μικρὸν τέως ἀπὸ τῶν πολλῶν πόνων ἀνέψυχεν ἐκεῖ. Ὁ ἐχθρὸς δὲ οὐκ ἐπαύετο δόλους ἐν καρδίᾳ τεκταινόμενος, καὶ πονηρὰ κατὰ τοῦ αἵματος διαλογιζόμενος. Τοίνυν ὑποβάλλει τοῖς κρατοῦσιν ἐπὶ τὸν τῶν Ἀποστόλων αὐθις αὐτὸν ἀναγαγεῖν ναδν, καὶ βιάζεσθαι, πρῶτον μὲν τὴν οἰκειαν καθαίρεισιν ἀνεγνωκῶτα ἐπὶ τοῦ ἀμβωνος ἀναθεματίζειν ἑαυτόν· μετὰ ταῦτα δὲ (ὡ τῆς μισαιφόνου βουλῆς! ὡ τῆς δεινότητος!) τοὺς τε ὀφθαλμοὺς ἐκκέψαι καὶ τὴν χεῖρα

manitatem non aversaretur. Neque enim illi soli, qui rectam rationem sequebantur, sed ipsius quoque Photii propinqui et familiares ad hanc rerum gestarum infamiam ingemiscebant, augurabanturque, hanc omnem improbitatem in ipsius quondam iniqui iudicis caput et exitium redundaturam. Quid vero ille? an homines est reveritus? an timuit diligentem justitiam et iudicium, Deum? illoque ex tempore iram posuit? Minime vero. Quinimo odium odio, invidiam invidia, scelus scelere cumulans, illum omni ratione vique conabatur non tantum pessumdare, sed, quod est atrocius, veluti noxium ultimoque supplicio dignum e medio tollere. Itaque tunc, ut cœperant, exauctoratum publicoque præconio damnatum, immanissimisque scelestissimisque hominibus excruciantum tradidere, quoad sua manu suæ ipsius abdicationi subscriberet. Ergo illum colaphis plectunt, misereque divexant: et cum frigore prope contabesceret, unica tantum tunicula indutum macerant, arunt, atque discruciant. Cumque binas illum hebdomadas in carcere tenuissent, extrema prope fame conficiebant. Imo et Copronymi sepulcrum seu arcam conscendere cogebant, in eaque collocato, ingentia a pedibus saxa suspendebant, sæpeque marmoris acumine sedem concussam atterebant. Hæc et his plura tormenta, sannas, contumeliasque impium semen, ut sic loquar, et impia progenies viro sanctissimo dictis factisque, et stolidus ille Theodorus, et Gorgonites Joannes, atque Nicolaus Theoduli Scutelopsis, irrogabant.

Ergo post cruciamenta, quibus Christi confessorum afflixerant, post comminationes, post catenas et compedes venerandis pedibus injectas, post alapas, et postquam eum ad formam crucis in faciem in marmore prostratum ac distentum, tota nocte vinctum insuper torsissent, atque tumbæ impositum totam insequentem noctem cruciassent, tandemque solutum humi projecissent fodicassentque, ut sanguine etiam terram purpuraret: post hæc, inquam, omnia, cum adhuc modice spiraret (urgebatur enim et alvi solutioris profluvio), tum insanus Theodorus sacra viri manu per vim arrepta, chartaque subjecta, quasi per illum crucem impressit, allatamque Photio porrexit. Qui signo accepto, sua ipse manu subscripsit: « Ignatius indignus Constantinopolitanus confiteor, me non lege et suffragiis creatum ecclesiæ thronum invasisse, neque his annis rite et sancte ecclesiam rexisse, sed tyrannidem exercuisse. » Hoc pseudo-chirographo imperatori misso, vir sanctus e custodia est dimissus, maternisque in ædibus Poseos paululum a tot ærumnis respirabat. Sed enim hostis non desuit fraudes animo versare, pessimaque adversus innocentem consilia coquere. Itaque suggerit imperatoribus, ut Ignatius ad ædem apostolorum reductus, primum exauctorationem suam ipse publice pro ambone legat, atque sibi ipsi anathema dicat. Deinde, o crudele consilium, o singularem immanitatem! ambo illi effodere lumina, manuumque

præcidere illa furia meditabatur. Tam altum impii odium conceperant, ut divinæ vindictæ rationem ducerent nullam. Aberat omnis Dei metus, et quidem diaboli furor illos agitabat. Pentecostes sancta dies complebatur, cum ecce ibi armatorum manus domicilium in quo degebat, corona præter omnem expectationem repente cingit. Vir sanctus ubi animadvertit se peti, et parricidæ Esau furorem sensit, consilium contra temporum improbitatem opportunum, suaque sapientia et Spiritu sancto ejus rectore dignum capit. Quodnam illud? Vilem a servis et sæcularem sumit vestem, geminasque sportas ab humeris una a pertica suspensas bajuli ritu gestans, deceptis per noctem custodibus, uno comitatus Cypriano discipulo suo, profugit, iter ingressus per embolum ad Sybaiticum, saucio et afflicto pectore, velut alter David, cum profugeret a facie Saul. Enimvero per tenebras eunti divinitus occurrit vir augusta admodum facie decorus, coma barbaque decenter promissa, veste candida, niveoque vectus equo, quasi Blachernas tenderet. Ignotus autem illè vir, cum propter luminis inopiam eum videre clare non posset, nibilo secius, quisquis ille erat, divino Spiritu impulsus pronuntiavit: Deus, inquit, et sanctissima Dei Mater, sacratissime domine, te et comites tuos tueatur. Quam vocem ille cum tanquam oraculum e caelo missum accepisset, et loco itinerarii subsidii, quasi viaticum sibi datum putaret, multo alacrius iter carpebat; et tenui illo ac servili habitu ignotus navigium conscendit, et Principes, Præconesum, aliasque Propontidis insulas, aliam ex alia permutando, per solitudines in montibus et speluncis, cavernisque terræ, ut cum Apostolo loquar, absconditus errabat, egenus, afflictus, angustiat, victumque rogatoris instar a piis Christianis emendicabat. At Pholius amissa, quam spe devorarat, præda omnia cœnohia, urbemque totam ac suburbia vestigabat, sicubi velut igne evanidum reperiret titionem. Cum ergo nihil eorum quæ cupiebat, succederet: procurato cuncto regio, Orypham illum cum sex cursoribus ad cuncta loca maritima, cunctasque insulas lustrandas amandat, uti quocumque loco deprehensum, veluti perturbatorem eversoremque imperii, de medio tolleret. Itaque venatici illi canes cum sæpius et pluribus in locis in Ignatium ipsum incidissent, servili tunicula decepti non agnoverunt. Qui et ipsum alias medios transeuntem quæritantes, velut Assyrii cæcitate percussi, non senserunt. Abierunt ergo, quod est in parcœmia, ut frustrati præda hiantes lupi. Ignatius persolutis Salvatori pro tutela votis, per multas tribulationes ad regnum cœlorum contendebat. Atque illi quidem hæc agebant. Quid vero hæc illis molientibus, longanimis, justus, et fortis Deus, qui non irascitur per singulos dies? an diutius extremas has malorum ærumnas potuit dissimulare? Minime vero.

οὐκ ἠδυνήθησαν ἰδεῖν. Καὶ αὐτοὶ μὲν, ὡς λύκοι μάτην κεχρηνότες, ἀπήεσαν, κατὰ τὴν παροιμίαν. Ὁ δὲ τὰς εὐχαριστηρίους εὐχὰς ἀναπέμπων τῷ Σωτῆρι, διὰ πολλῶν ὀλίψεων τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν ἐξωκεῖτο. Οἱ μὲν ἐν τούτοις ἦσαν. Τί δὲ ὁ μακρόθυμος Κύριος, ὁ δίκαιος, ὁ ἰσχυρὸς, ὁ μὴ τὴν ὀργὴν ἐπάγων καθ' ἑκάστην ἡμέραν; ἄρ' ἐπὶ πολὺ τὰς ὑπερβολὰς τῶν κακῶν ταύτας ἠνέσχετο καθορᾶν; Οὐδαμῶς.

Α μανιωδῶς ἐδυσσοδόμευεν. Οὕτως αὐτῶν εἰς βάθος τὸ μῖσος καθήψατο, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνης λόγος παρ' αὐτοῖς οὐδεὶς, καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος ἀπῆν, καὶ ὁ τοῦ διαβόλου ζῆλος ἐσπουδάζετο. Αὕτη συνεπληροῦτο ἡ τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς ἡμέρα, καὶ ἰδοὺ πλῆθος στρατιωτῶν ὀπλοφόρων τὸν οἶκον ἐξαίφνης, ἐν ᾧ κατήγετο, περιεκύκλου. Ἰδὼν οὖν ὁ ἅγιος ἐκεῖνος τὰ ἐρχόμενα ἐπ' αὐτὸν, καὶ τὴν ἀδελφοκτόνον μανίαν αἰσθόμενος Ἡσαῦ, βουλήν βουλευέται, ἀντίρροπον μὲν τῆς τοῦ καιροῦ κακίας, τῆς αὐτοῦ δὲ συνέσεως καὶ τοῦ ὀδηγοῦντος αὐτὸν θεοῦ Πνεύματος ἐπάξιον. Τίς δὲ ἡ βουλή; Ἄλλοιοὶ μὲν ἑαυτὴν, οἰκτρὰν καὶ λαϊκὴν παρὰ τῶν οἰκετῶν ἀνειλημμένος στολὴν, δύο δὲ σφυρίδας ἐφ' ἑνὸς ξύλου τῶν ἰδίων ἀπαωρήσας ὤμων, ἀχθοφόρου τινὸς τρόπον ἀπέδρα, τοὺς φύλακας κατὰ μέσας νύκτας λαθῶν. Ἔσπευδε δὲ ἅμα τῷ μαθητῇ Κυπριανῷ, τὴν ἐπὶ τὸ Συβαίτικον διὰ τοῦ ἐμβόλου ποιούμενος πορείαν. Τὴν ψυχὴν δὲ συντριβόμενος, καὶ τοῖς δάκρυσι περιβραίνόμενος, καὶ σφόδρα κατάπικρος τὴν καρδίαν καὶ κατώδυνος ὢν, ἔτρεχεν ὡσπερ Δαυὶδ ἐκεῖνος ἀπὸ προσώπου διαδρᾶναι Σαοῦλ. Κρεῖττονι δὲ προνοίᾳ συναντᾷ τούτῳ διὰ τῆς νυκτὸς ἰόντι ἀνὴρ τις πάνυ τὴν προσοψίν εὐπρεπῆς, τὸν τε πύγωνα καὶ τὴν κόμην εὐσταλῶς καθειμένους τῆς κεφαλῆς· καὶ αὐτὸς στολὴν λευκὴν ἑσταλμένος, καὶ ἔπιπυ ἐπιδαίνων λευκῷ, τὴν ὡς ἐπὶ Βλαχέρνας ἐβάδιζεν ὁδόν. Ἄγνως δὲ ὁ ἀνὴρ, ὅτι πυρὸς οὐδαμοῦ, καὶ τρανῶς ἐκεῖ τοῦτον ἰδεῖν οὐκ ἦν· πλὴν, ὅστις ποτὲ ἦν, Πνεύματι θεῷ κινήθεις, ἔφη· Ὁ Θεὸς καὶ ἡ ὑπεραγία, λέγων, Θεοτόκος ἀκίνδυνόν σε, πανίερε δέσποτα, καὶ τοὺς μετὰ σοῦ διαφυλάξαι. Τοῦτο τὸ ῥῆμα, οἴάπερ, ἐφόδιον ἀγαθὸν ἀνωθεν ἦκον ἐπ' αὐτὸν, ὁ μακάριος ὑποδεξάμενος, προθυμότερον ἐβάδιζε· καὶ τῷ δουλικῷ καὶ πενιχρῷ σχήματι πάντας λαθῶν, καὶ εἰς πλοῖον ἐμβὰς, καὶ τὰς Πριγκιπέλους, καὶ Πραικονησίους, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ Προποντίους νήσους, ἄλλην ἐξ ἄλλης ἀμείβων, καὶ ἐν ἐρημίαις κλανώμενος, βρεσέτε καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς τῆς γῆς, ἀποστολικῶς φάναι, κατακρυπτόμενος ὅποις, ὑστερούμενος, θλιβόμενος, κακουχούμενος, τὰς πρὸς τὸ ζῆν ἀφορμὰς ἐπαίτου τρόπον διὰ τῶν φιλοχρίστων ἠρανίζετο. Φώτιος δὲ τῆς θήρας διαμαρτῶν, πάντα μὲν μοναστήρια, πᾶσαν δὲ τὴν πόλιν, καὶ τὰ περὶ αὐτὴν ἀνηρευνᾶτο, εἰ ποῦ ἄρα καταλάβοι τὸν ὡσπερ δαλὴν ἐξηπτασμένον [ἴσ. ἐξηφανισμένον] ἐκ προσώπου πυρός. Μιτδὲν οὖν ἀνύειν δυνάμενος ὢν ἐβούλετο, παρασκευάζει προστάγματι βασιλικῷ, τὸν χαλεπὸν ἐκεῖνον Ἄρῦφαν σὺν ἑξ ὁρμεῦσι πάσας τὰς νήσους καὶ τὴν παράλιον ἀνερευνᾶσθαι, καὶ εἰ ποῦ συμβαίη ληφθῆναι τὸν Ἰγνάτιον, εὐθὺς ἀναρῆσθαι τοῦτον, ὡς ὄλην ἀνατρέποντα τὴν βασιλείαν. Πολλάκις οὖν καὶ κατὰ πλείους τόπους αὐτῷ περιπέπτοντες οἱ θηραταὶ, διὰ δουλικὴν οὐκ ἐπέγνωσαν στολὴν. Καὶ ἄλλοτε πάλιν διὰ μέσου αὐτὸν παρερχόμενον, ἀορασίᾳ ληφθέντες, ὡς οἱ περὶ τὸν Ἐλισσαῖον Ἀσσύριοι, τοῦτον

Αὐγουστος ἐνίστατο μῆν, καὶ σεισμοῖς ἐξαισίαις ἡ βασιλεύουσα κατεδονεῖτο· καὶ πᾶς οἶκος ἐκλονεῖτο, καὶ πᾶσα καρδία τῷ φόβῳ κατεσειέτο· καὶ πᾶς ἄνθρωπος τῷ τοῦ θανάτου δέει συνεχόμενος ἐδόξ, μίαν αἰτίαν εἶναι τοῦ σεισμοῦ, μίαν τὴν εἰς τὸν πατριάρχην Ἰγνάτιον ἀδικίαν καὶ παρανομίαν. Ἐν ἡμέραις δὲ τεσσαράκοντα μηχανόμενος ὁ σεισμὸς ἐπὶ τοσοῦτον αὐτῶν τὴν ὠμότητα καὶ ἰταμότητα κατέκαμψεν, ὡς καὶ τοὺς κρατοῦντας αὐτοὺς ὄρκον προθεῖναι δημοσίᾳ, μήτ' αὐτὸν ἐκείνον τὸν ἱερὸν φυγάδα, μήτε παρ' ᾧ κρύπτεται φανερούμενον, ὑπεύθυνον καθεστάναι λοιπὸν, ἀθωούμενον δὲ εἰς τὴν εἰκελίαν ἀνενοχλήτως ἀποκαθίστασθαι μονήν. Τοίνυν οὕτως ἀκούσας ὁ ἀθλητῆς, καταδηλοῖ ἑαυτὸν αὐτίκα τῷ πατρικίῳ Πετρῶν^α· ὃς τοῦ αὐτοκράτορος θεῖος πρὸς μητρὸς ὢν, καὶ τοῦ βασιλέως ἄρας ἐγκόλπιον, εἰς ἐνέχυρον φέρων δίδωσι τῷ πατριάρχῃ. Ὁ δὲ τοῦτο τοῦ τραχήλου ἀπαιωρήσας, καὶ πρὸς τὸν Βάρδαν ἀναχθεὶς, ἔστη. Πρὸς δὲ ἐκεῖνος, Ἴνα τί, φησὶ, τρόπον δραπετεύου μιμησάμενος, ἄλλην ἐξ ἄλλης χώραν ἀμείδων περινοστεῖς; Ὁ δὲ, Χριστὸς, ἔφη, ὁ ἡμέτερος βασιλεὺς καὶ πατὴρ ἐνετείλατο· Ἐὰν διώκουσιν ὑμᾶς ἐκ τῆς πόλεως ταύτης, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην. Ἦττηθεὶς οὖν τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀρετῆς ἐκεῖνος, ἀνεύθυνον τοῦτον καὶ ἀνετον εἰς τὴν αὐτοῦ καταστῆναι κελεύει μονήν. Εὐθύς οὖν καὶ ὁ σεισμὸς ἔστη. Καὶ Βούλγαροι δὲ τότε προνοαίαις Θεοῦ, βιαίῳ κατατακέντες λιμῷ, ἅμα δὲ καὶ τοῖς δώροισι τοῦ αὐτοκράτορος θεληθέντες, τὰ ὄπλα καταθέμενοι, τῷ ἀγίῳ προσήεσαν βαπτίσματι.

Τότε καὶ οἱ προλεχθέντες τοποτηρηταὶ Ῥώμης φιλοφρόνως ὑπὸ Φωτίου δωροδοκηθέντες, τὴν Ῥώμην παλινοστήσαντες κατέλαβον. Οὗς ὁ πάπας ἀνακρίνας Νικόλαος, καὶ τὰ κατὰ τὸν πατριάρχην Ἰγνάτιον ἠκριθῶκώς, καὶ ἐκ τοῦ στόματος αὐτῶν ὑποδίκους αὐτοὺς πεφωρακῶς, ὡς ἐπισυστάσεως ληστρικῆς, ἀλλ' οὐ κανονικῆς συνόδου κατάρξαντας, διηνεκεῖ καθαιρέσει καὶ ἀναθεματισμῷ καθυποβάλλει· καὶ οὐ μόνους αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν Φώτιον, ὡς ἐπιβήτορα καὶ μοιχόν, ἀποκηρύττει, καὶ ὑπὸ συνόδῳ κανονικῇ καὶ ψήφῳ πάσης τῆς ὑπ' αὐτὸν Ἐκκλησίας ἀναθεματίζει καὶ καθαιρεῖ· οὐδὲν αὐτὸν διαφέρειν Μαξιμου τοῦ Κυνικοῦ, τοῦ τῷ Θεολόγῳ Ἰρηγορίῳ ἐπιφυνέντος, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν συγχέαντος, ἀποφηνάμενος. Ὅθεν αὐτὸν τε, ὡς τῶν

σκανδάλων αἰτίον, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ χειροτονημένους, ὡς ὁμύφρονας τούτῳ δηλονότι καθεστῶτας, ἀποστολικῇ κρίσει τῇ αὐτῇ ὑποβάλλει καταδίκῃ. Οὐ τοῦτο δὲ ποιεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς κοινωνοῦντας Φωτίῳ, αὐτὸν τε τὸν βασιλέα καὶ τὴν ὑπ' αὐτὸν πολιτείαν πᾶσαν δι' ἐπιστολῶν ἀφορίζει. Ταῦτα δὲ Ἀνατολῆς πατριάρχεις τὴν ἐνθεσμον κρίσιν ταύτην

Augustus instabat mensis, et tremoribus harrissetis Constantinopolis quatiebatur: ædes nutabant omnes, omniaque mortalium pectora metu palpitabant, nemo non mortis horrore occupatus clamitabat, unicum plane hujus prodigii seu motus causam esse injuriam et sacrilegium in patriarcham Ignatiam commissum. Urbe autem totos quadraginta dies continuo tremente, usque adeo ferocia et immanitas illorum mitigata est, ut ipsi principes publice jurejurando contestarentur, neque fugam sacro illi exsuli, nec hospiti exsulis apud quem delitisset, fraudi futuram; sed absolutum crimine, innocentemque pronuntiatum, sine cujusquam molestia in suo coenobio secure permansurum. Quod cum Christi athleta accepisset, Petronæ se patricio, materno imperatoris avunculo, aperit: qui pretiosum gestamen, quod ad sinum imperatoris pendebat, pro pignore allatum tradit patriarchæ, quo ille de collo suspensus ad Bardam accedit; qui ad patriarcham: Quid, inquit, fugitivi more ex loco in locum profugus oberras? cui Ignatius: Christus, inquit, rex noster ac Pater præcepit: Si persequuntur vos in una civitate, fugite in aliam¹. Victus innocentia et virtute viri Bardas, innoxium liberumque in monasterium remitti suum jubet. Statimque moveri terra desiit, et Bulgari providentia Dei, fame urgente, muneribusque ab imperatore deliniti, armis positis, ecclestis baptismatis unda sunt lustrati.

Legati quoque pontificii a Photio donis blande corrupti Romam redierunt. Quos Nicolaus pontifex de patriarcha Ignatio interrogatos, et severe inquisitos, cum suis illos verbis captos convicisset, illos sicariæ potius factionis, quam legitimæ synodi præsidēs egisse, perpetua exauctoratione damnatos anathemate percussit. Nec legatos tantum, sed ipsum quoque Photium tyrannum et adulterum pronuntiat, et legitimæ synodi sententia totius Ecclesiæ suæ anathemate ferit deponitque, ipsumque a Maximo Cynico, qui Gregorio Theologo insultans, Ecclesiā turbis omnibus permiscuit, nihil differre declarat. Quare illum, ut scandalorum auctorem, et ab illo consecratos, apostolica auctoritate, veluti conjuratos, eidem sententiæ subjicit. Nec his contentus, assecclas illius, ipsumque imperatorem cum senatu ejus omni per litteras a cœtu fidelium excludit. Quæ Nicolaus cum divino zelo inflammatus egisset, æquissimam judicii sui sententiam ad Orientis patriarchas transmisit.

Ἰὴν θεῖω ὁ Νικόλαος καταπραξάμενος, καὶ τοῖς τῆς διεπέμψατο.

Per idem fere tempus ingens in ædibus Sophiæ incendium exstitit, nec quantum vicinis calamitatem, quantumque exitium attulerit, dicendo explicari potest. Quæ tamen res eos qui perverse agere decreverant, ad meliorem mentem non reduxit;

¹ Matth. x, 23.

sed ex apostolico oraculo, in pejus proficiebant, *errantes, et in errorem mittentes* *.

Bardas enim imperium affectans, primum europalates, mox Cæsar renuntiatus, imperatoris, sororis filii, stultitia abutebatur, seipsumque omnis intemperantiae effusæque libidinis mancipium prodebat. Michael vero animo juvenilibus desideriis corrupto, rem divinam pro fabula seu ludibrio ducebat, ludibrium ipse factus omnis sceditatis et peccati, ipsiusque peccati patris. Etenim homunciones quosdam impurissimos et profanissimos, et scurras, divini quidem Spiritus celestisque gratiæ omnino expertes, pessimisque dæmonis artibus instructissimos, sacrilege impudenterque sacerdotes et antistites ad Ecclesiæ profanam imitationem dementissimus consecravit, illisque Theophilum quemdam protospatharium, scurram et mimum, interque profanos profanissimum, patriarcham præfecit, risum sibi et cachinnum improbum detestandum et deridendum quæritans. Per quæ oblationi sanctæ flebat injuria, nomen vero Dei contumeliis affectum inter gentes blasphemabatur.

Sed Michael tantopere infamia hac gloriabatur, uti nec publice quidem hæc erubesceret jactare: *Mihi Theophilus, Cæsari Photius, Christianis Ignatius est patriarcha. In hoc amentitiæ dicam, an impietatis potius, tandem chaos est devolutus? Ita sacrilegus ille scurra, ut dixi, Theophilus, exserta sua petulantia aulas lambens regias, nefandis sceleribus, lascivia et facetiis, turpissima imitatione per contemptum rerum divinarum, mysteria et sacramenta traducebat et illudebat; quod ne gentes quidem quamvis impiæ ausæ sunt aliquando. Quæ Photius cum coram se geri cerneret, rem indignissimam nec reprehendit, nec restitit impietati, neque, quod res divina ludibrio haberetur, verbum ullum contra seu grave seu leve edidit. Quod mirum videri non debet: erat enim mercenarius opilio, non germanus pastor: quocirca illi de percunte grege cura nulla. Ad hæc duo tantum toto pectore intentus: alterum ut iis qui rerum potiri videbantur, blandiendo, modisque omnibus gratificando et obsequendo, patriarchatum sibi firmaret: alterum, ut Ignatium, si qua ratione fieri possent, etiam vita exueret. Atque hæc ita se habere, non esse autem verba inania, facta ipsa clamant. Ecquis enim technis illius auditis, atrocem animum non illico perspexit? Nam die quapiam advena quidam prius ignotus omnibus, monachi habitu indutus, Eustratius nomine, recta ad patriarchium properabat, ingressusque binas litteras licet palam promptas porrigebat; quas quidem sapientissimus iste Photius per dolum excogitavit, ut postmodum manifeste patuit: alteras Ignatii nomine ad Nicolaum pontificem datas, quibus statum*

στολικήν πρόβησιν, Ἐπὶ τὸ χειρὸν προέκοπτον, πλανῶντες καὶ πλανώμενοι.

Id vel inde colligi potest, quod Basilius Macedo pacem conclusit cum Aschod, rege Armeniæ, quem *dilectissimum suum filium* appellabat, ut narrat Joannes Catholicos, celeberrimus Armeniæ historicus (c). At Nicetas pariter principem Armeniæ, quem refellit, nomine *filiæ dilectissimi* appellat, sive nomine imperatoris Constantinopolitani scripserit, sive, quod verosimilius, tanquam episcopus Ascotum filium in Christo nominaverit. Porro Basilius Macedo obiit anno 886, Aschod vero, anno 889. Refutatio ergo Nicetæ ante illam ætatem in publicam lucem prodit.

Nec recentiora sunt opuscula quæ Nicetas Byzantinus scripsit contra Mahometanos. Quamvis enim nulla nota temporis in capite libri appareat, occurrit tamen infra *confutatio epistolæ secundæ ab Agarenis missæ ad Michaellem imperatorem, Theophili filium*. Alqui agitur hic de Michaelle III qui anno 836 natus est, et an. 867 a Basilio Macedone trucidatus est. Epistola illa secunda scripta est ergo ante annum 867, nec diu post a Niceta confutata, siquidem de ea loquitur quasi recenter scripta. Præterea ab initio summis laudibus extollit imperatorem cujus jussu se librum illum exarare declarat; quæ laudes maxime ad ætatem Basilii convenire videntur, vel ad initia regni Leonis Sapientis qui anno 886 patri Basilio successit.

Falso igitur Nicetæ opera recenserentur inter scripta sæculi XI (d) vel XII (e), etsi et illis ætatibus Græci cum Armenis de dogmatibus fidei disputaverint, sed prorsus collocanda erant inter monumenta exeuntis sæculi IX; quod nemo hactenus demonstravit.

Postquam Allatius in sua *Græcia orthodoxa* (f) asseruisset, Nicetam Byzantinum a Niceta Davide non esse distinguendum, quin opinionis suæ momenta exponeret, postea tamen ubi de Nicetarum scriptis ex industria disserit (g), duos esse auctores distinctos affirmat. Allatium sive affirmantem sive negantem identitatem utriusque auctoris cæce et candide sequitur card. Mai. Nobis autem longe verosimilior videtur secunda opinio, non tantum ideo quod scribendi ratio utriusque diversa sit, sed etiam quia Nicetas David e Paphlagonia oriundus, Nicetas vero philosophus Constantinopoli natus esse videtur. De iis penes doctos iudicium esto.

J-B. M.

(a) Vid. *Compendio storico di Memorie chronologiche concernenti la religione e la morale della nazione Armena. Opera del marchese Giovanni di Serpos. T. II, p. 44. Venezia 1786.* Notat, epistolam quam Aschod I Constantinopolim misit, scriptam fuisse ab Isaaco Mrud, doctore serocis indolis, qui ex odio suo erga Græcos multa incongrue dixit, et scilicet Nicetæ, ut conjicimus, cum refellendi ansam præbuit.

(b) Vid. Opera Photii, t. II, p. 714, *Patrolog. Græc.* t. CII.

(c) *Histoire d'Arménie par Jean Catholicos* (His-

torien), pag. 126, Paris 1841.

(d) *Histoire d'Arménie de Matthieu d'Edesse*, traduite par Dulaurier, part. II, chap. 93, p. 135, Paris 1858, ubi Matthæus Edessenus narrat quomodo Kakig Ascoti filius, tempore Ducæ imperatoris, id est inter an. 1059 et 1067, Constantinopoli pro Armenis disputavit, et Græcis satisfecit.

(e) Conferantur disputationes Theoriani.

(f) *Græciæ orthodoxæ*, t. I in notis, ad calcem voluminis, ubi lectorem remittit ad Disquisitionem suam, postea edendam, *De Nicetis*.

(g) Apud Mai *Nova Bibl. Patr.*, t. VI, p. 9.

DE SCRIPTIS NICETÆ BYZANTINI.

(Ex Leonis Allatii *Diatriba de Nicetis*, ap. Maium, *Biblioth. nov. Patr.* tom. VI, part. II, p. 8).

Habetur: Νικήτα Βυζαντίου φιλοσόφου ἔκθεσις κατασκευαστικὴ μετ' ἀποδείξεως τοῦ Χριστιανικοῦ δόγματος, ἐκ κοινῶν ἐννοιῶν, καὶ διαλεκτικῆς μεθόδου, καὶ φυσικῶν ἐπιχειρημάτων, καὶ συλλογιστικῆς πολυτεχνίας προαγομένη· καὶ ἀντίρρησης τῆς σταλείσης ἐπιστολῆς ἐκ τῶν Ἀγαρηνῶν πρὸς Μιχαὴλ βασιλέα υἱὸν Θεοφίλου, ἐπὶ διαβολῇ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως· *Nicetæ Byzantini philosophi expositio confirmans cum demonstratione Christianum dogma ex communibus notionibus, et dialectica methodo, et naturalibus argumentis, et artificio syllogistico producta. Et consutatio epistolæ ab Agarenis ad Michaelem imperatorem, Theophili (non Theophylacti, ut Possevinus et Epitomatores Gesneriani vertunt) filium missæ, quæ Christianam fidem calumniabantur.* P.: Δυσθήρατόν τι χρῆμα ἀλήθεια, καὶ τοὺς γε λίαν ὀξυωποῦντας.

Alius est ejusdem tractatus: Ἀντίρρησης, καὶ ἀνατροπὴ τῆς δευτέρας ἐπιστολῆς τῆς σταλείσης παρὰ τῶν Ἀγαρηνῶν πρὸς Μιχαὴλ βασιλέα υἱὸν Θεοφίλου, ἐπὶ διαβολῇ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως· *Consutatio et eversio secundæ epistolæ ab Agarenis ad Michaelem imperatorem Theophili filium missæ, quæ fidem Christianam calumniabantur.* P.: Ἐβουλόμην, ὦ φίλος, τὸν περὶ πίστεως ἡμῶν, τοῦ Χριστιανικοῦ λέγω δόγματος, λόγον.

Tertius est: Ἀνατροπὴ τῆς παρὰ τοῦ Ἀραβοῦ Μωάμεθ γραφείσης βίβλου ἐν κεφαλαίοις λ'· *Refutatio libri ab Arabe Mohamedo conscripti, capitibus triginta.* P.: Μεγάλων καὶ τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀξίων ὑπαρχόντων. Hos tractatus contra Agarenos dicunt asservari in bibliotheca Vaticana Possevinus, et Epitomatores (a).

Est præterea pro synodo Chalcedonensi adversus epistolam Armeniæ regis, quæ ille dictam synodum hæreseos incusare veritus non fuerat: Νικήτα Βυζαντίου φιλοσόφου καὶ διδασκάλου Ἐλεγχος καὶ ἀνατροπὴ τῆς σταλείσης ἐπιστολῆς ἐκ τοῦ ἄρχοντος τῆς Ἀρμενίας, ἐπὶ διαβολῇ τῆς ὀρθόδοξου ἡμῶν πίστεως, καὶ τῆς ἀγίας καὶ οἰκουμενικῆς τετάρτης συνόδου, ἐξ ἐπιτροπῆς τοῦ φιλοχρίστου καὶ εὐσεβεστάτου βασιλέως ἡμῶν. Ἐγράφη δὲ πρὸς τὸν ἄρχοντα ἐκ προσώπου τοῦ πατριάρχου· *Nicetæ Byzantini philosophi et doctoris refutatio epistolæ ab Armeniæ principe missæ, quæ invidiose fidem nostram orthodoxam, et sanctam atque œcumenicam quartam synodum criminatur, jussu Christi amantis et piissimi nostri imperatoris. Scripta est ad principem, et patriarcham inducit loquentem.* Epistolam hanc doctissimam tum argumentorum copia et vi, tum sententiarum gravitate, et sanctorum Patrum auctoritatibus refertissimam, et vere auream, non passus inter meæ litterariæ suppellectilis latebras diutius immorari, Latinitate donatam, edī curavi in primo tomo scriptorum Græciæ orthodoxæ hic Romæ typis sacræ Congregationis de fide propaganda anno 1652, in 4, Græce et Latine.

Ejusdem etiam sunt: Προλεγόμενα, καὶ ἐξήγησις τῶν πάντε φωνῶν· *Prolegomena et expositio quinque locum.* P.: Μέλλοντες σὺν Θεῷ ἄρχεσθαι. In bibliothecis Italicis.

(a) Mirari licet, magnum Allatium, loqui nunc ex aliena potius notitia, quam ex propria. Atqui codex Vaticanus DCLXXXI, qui illa Nicetæ Byzantini adversus Mohametum Agarenosque opera continet, jamdiu exstabat ante Allatium in bibliotheca Vaticana, ut nos diximus in hac *nova Patrum bibl.* T. IV, part. I, p. 321, ubi tamen nostra aliqua secundum hanc Allatii dissertationem reformanda videntur. Neque enim hic Byzantinus Nicetas idem est ac Nicetas David; quod cum in calce tomi I *Græciæ orthodoxæ* affirmasset Allatius, nosque eum sectati fuerimus, nunc idem aliter sentit, eique nos ipsi obsequenter rursus consentimus. — Idem Allatius ignoravit codicem Latinum CCCXIV, qui pariter in bibliotheca Vaticana jamdiu exstabat; ideoque neque

Nicetæ Aquileiensis episcopi, neque nobilium ejusdem scriptorum meminuit, quæ nos, Deo laboribus nostris favente, illinc deprompsimus, scilicet *de ratione fidei, de Spiritus sancti potentia, et de diversis Christo Domino convenientibus appellationibus.* — Denique Allatius nullam facit mentionem Nicetæ episcopi Naupacti, quem pariter omnino ignorat Lequinius in *Or. ck.* T. II, col. 198 seq., ubi scribit illius urbis episcopos. Atqui ego in bibliotheca Vaticana manibus non semel contrectavi ms. ad quatuor Evangelia et ad apostolorum Actus copiosum Græcum Nicetæ episcopi Naupacti commentarium, quod egregium opus accurate postea describam, ejusque aliquem saltem fructum cum Ecclesia publice communicabo. A. M.

ΝΙΚΗΤΑ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ

ΕΛΕΓΧΟΣ ΚΑΙ ΑΝΑΤΡΟΠΗ

ΤΗΣ ΣΤΑΛΕΙΣΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΕΚ ΤΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΤΗΣ ΑΡΜΕΝΙΑΣ
ΕΠΙ ΔΙΑΒΟΛΗ ΤΗΣ ΟΡΘΟΔΟΞΟΥ ΗΜΩΝ ΠΙΣΤΕΩΣ
ΚΑΙ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗΣ ΤΕΤΑΡΤΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ.

ΕΞ ΕΠΙΤΡΟΦΗΣ

ΤΟΥ ΦΙΛΟΧΡΙΣΤΟΥ ΚΑΙ ΕΥΣΕΒΕΣΤΑΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΗΜΩΝ.

Ἐγράφη δὲ πρὸς τὸν ἄρχοντα ἐκ προσώπου τοῦ πατριάρχου.

NICETÆ BYZANTINI

REFUTATIO ET EVERSIO

EPISTOLÆ AB ARMENIÆ PRINCIPE MISSÆ

QUÆ INVIDIOSE FIDEM NOSTRAM ORTHODOXAM

ET SANCTAM ET ŒCUMENICAM QUARTAM SYNODUM CRIMINATUR

JUSSU

CHRISTI AMANTIS ET PISSIMI NOSTRI IMPERATORIS.

Scripta est ad principem, et patriarcham inducit loquentem.

(Ex Leonis ALLATI *Græcia orthodoxa* t. I, p. 663.)

¶. Cum Dei humanitate, et divinis judiciis, nec-
non piissimorum atque orthodoxorum nostrorum
imperatorum benignitate supremam pontificatus
sedem reginæ urbium gubernare in me receperim,
omni studio animique alacritate rationis competentem
gregem Christi nostri, inter pastores primarii, uti
fas est, regere dirigereque aditor, et ut vires mi-
nistrant, et oratio in oris apertione ab universorum
Domino suggeritur, divinis sæpenumero dogmatibus
instruere contendo, ne zizaniorum satori dæmoni in
sincero ac purissimo frumento, vera scilicet rectaque
fide et doctrina, super quam firma atque inconcussa
catholica et apostolica Ecclesia fundata est, zizanas,
hæreticas nempe opiniones disseminandi, noxamque
divino gregi afferendi, locus sit. Quapropter licet non-
nulli aulam Domini ingressi, nostrorumque arcano-
rum participes facti, postea ab aliquibus temerariis
hominibus seducti, sive ex ignorantia, sive avita
morositate oppressi, non ita recte exquisitam veri-
tatis rationem, puramque Christianorum sententiam
profitentur, hos nunc quidem consueta oris allocu-
tione corrigere, et in veritatis rectique dogmatis nor-
ma constabilire incumbimus, nunc vero eos, quos ob
longum locorum intervallum præsentibus alloqui non
possumus, per epistolas confirmare studemus, et

Α α'. Θεοῦ φιλανθρωπία, καὶ θεοῖς κρίμασι, καὶ εὐ-
μενείᾳ τῶν πανευσεβῶν καὶ ὀρθοδόξων ἡμῶν βασι-
λέων, τὴν ἀρχιερατικὴν βαθμὴν τῆς βασιλίδος πόλεως
πηδαλιουχεῖν ἀναβεδεγμένος, πάσῃ σπουδῇ καὶ προ-
θυμίᾳ τὸ λογικὸν ποιμνιον τοῦ ἀρχιεπισκοπικοῦ ἡμῶν
Χριστοῦ ἐνόμωσ' διέπειν καὶ διευθύνειν ἐπιχειροῦμαι·
καὶ, ὡς ἡ δύναμις ἐγχεῖται, καὶ λόγος ἐν ἀνοίξει τοῦ
στόματος παρὰ τοῦ τῶν ὄλων χορηγεῖται, καὶ θεοῖς
δόγμασι καταρτίζειν πυκνῶς τοῦτο ἔσπούδακα, ὡς ἀν-
χώραν μὴ λάβῃ ὁ τῶν ζιζανίων σπορευὸς διάβολος, καὶ
τῶν ἀδόλων καὶ καθαρῶν σίτω, τουτέστι τῇ εὐλι-
κρινεῖ καὶ ὀρθῇ πίστει καὶ διδασκαλίᾳ, ἐν ἣ βεβαία
καὶ ἀσάλευτος ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία
ἔστηκε, ζιζάνια, ἡγοῦν αἰρετικὰς τινὰς ἐννοίας ἐπι-
σπεύρη, καὶ τινὰς τοῦ θεοῦ ποιμνίου καταλυμήνηται.
Β Διὰ τοῦτο, εἰ καὶ τινες τῆς αὐτῆς Κυρίου ἐντὸς
γενόμενοι, καὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς μυστηρίου μετασχεῖν
καταξωθέντες, εἴτα ὑπὸ τινῶν εἰκαίων ἀνδρῶν κατα-
συρέντες, ἢ καὶ ἐξ ἀμαθείας, ἢ καὶ ἐκ προγονικῆς
δυστροπίας κεκρατημένοι, καὶ μὴ λίαν ὀρθῶς τὸν
ἀκριθεῖ λόγον τῆς ἀληθείας καὶ καθαρᾶς δόξης τῶν
Χριστιανῶν πρεσβεύοντες τυγχάνοιεν, τοὺτους πῆ-
μὴν τῇ [κατὰ στόμα ὀμίλιᾳ ἐπανορθοῦν, καὶ ἐπιβε-
βαιῶν εἰς τὸν τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ ὀρθοῦ δόγματος
λόγον προθυμούμεθα· πῆ δ' οἷς κατὰ πρόσωπον ὀμι-

λέιν, ὡς πέρρω που διεστῶτες, ἐξαδυνατούμεν, τοὺς διὰ γραμμῶν ἐπιστηρίζειν σπουδάζομεν· καὶ ἐπὶ εἰπεῖν, πάντα τὸν περιούσιον λαόν, καὶ τὸ βασιλεῖον ἱεράτευμα χρηματίσαν Κυρίου, καὶ δεομένους ὠφελείας τῆς κρείττονος, ὡς οἶόν τε, ἡγήσῃ ἡμᾶς ἐπιβουλεύσας. Τοῦτο γὰρ χρέος ἀφωσιωμένον ἀρχιερεῦσιν ἀεὶ καθέστηκε. Ταύτη τοι διαθέσει ψυχῆς καὶ πρὸς τὴν εὐκλείαν τοῦ πεποθημένου ἡμῶν τέκνου, καὶ χρονίας ἡμῖν ἀγάπης πρὸς αὐτὸν καθισταμένης, καὶ πλείστιον, ὡς εἰκός, πρὸς τὸ γράφειν ἡμῖν συνωθούτων, ἔδοξε μάλλον διὰ τῆ, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐκ πολλοῦ χρόνου ἐν τοῖς τῆς Ἀρμενίας κλίμασι δόγματος οὐκ ὀρθοῦ ἐπεισφύετο καὶ ἐπισκῆψαντος, Σεβήρου τινός, φημὶ, αἰρεσιάρχου καὶ τοὺς ἐκείσε πάντας καταλυμηναμένου πρὸς τὸ γράφειν παρορμηθῆναι. Ὅθεν δὴ τῆς ἡμετέρας ἐπιστολῆς πολλὰς ἀποδείξεις χρησάμενοι, ἐν αἷς θάπτον πρὸς τὸ θεόν καὶ ὑμᾶς πεισθῆσθαι ἰδούκουν, καὶ ἀναμνηθέντας τὸ ἀληθὲς πῆς ἀμώμου καὶ καθαρῆς πίστεως τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου μεθ' ἡμῶν στήναι· καὶ ἅμα τὸν ἕνα Χριστὸν καὶ Κύριον, καὶ Θεὸν ἡμῶν τὸν ἐκ δύο φύσεων, καὶ ἐν δύο φύσεσι, καὶ δύο φύσεσι ἔχοντα, μὴ δὲ τῆ ὑποστάσει ὄντα κυρίως δοξάζαι. Ὑπερ ἀνέκαθεν καὶ σχεδὸν εἰπεῖν ἡ ὑφήλιος πᾶσα, καὶ οἱ ἀρχιερατικοὶ πάντε θρόνοι τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας τὸ τηλικῶς ἐν τῇ Χαλκηδονέων μητροπόλει συναθροισθέντες, καὶ κατὰ πάντα ὁπαδοὶ καὶ ὁμόφρονες ταῖς πρώην τρισὶν ἁγίαις συνόδοις γενόμενοι, κατὰ μηδὲν διαφωνήσαντες συνοδικῶς ὠρισάν τε καὶ ἐθέτισαν. Τοιγαροῦν ἔκτοτε καὶ μέχρι τῆς σήμερον οἱ ὀρθῶς καὶ εὐσεβῶς μετὰ τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας βιοῦν ἐθέλοντες, τὴν ἐκείσε συγκροτηθεῖσαν σύνοδον ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν τετάρτην πρὸς ταῖς ἄλλαις τρισὶν ἀσμένως ὑποδοχόμενοι, διαπαντὸς σέβουσι. Μενοῦνγε ἔλατς ἡμῖν οὐχ ἡ τυχοῦσα παρῆν, ὅπως ἐκ τῆς ἡμετέρας ἐπιστολῆς πεισθέντες, ὅτι τάχιστα τῆς χειρὸς δόξης μετασταίητε, καὶ πρὸς τὸ παρ' ἡμῶν ὀρθὸν δόγμα τῆς ἀληθείας πεισθευόμενον, ἦγουν τὸ δοξάζειν δύο φύσεσι καὶ μίαν ὑπόστασιν ἐπὶ τῆς οἰκουμένης Χριστοῦ, εὐμαρῶς μεταπίποιτε.

β'. Ἐπεὶ οὖν τὸ ἐπιζόμενον ἡμῖν εἰς πέρας οὐκ ἐκτίθηκεν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ γραφέντα ἐδυσχέρησεν· καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἀντειπεῖν καὶ ἀντιρρητικῶς ἡμῖν λόγους γράφαι ἐπειράθη, τοῦτου χάριν πυρωθεὶς τῷ θεῷ ζήλω, καὶ τὴν τῆς σωπῆς ὑφορώμενος δίχην, οὐδ' ἂν ταυτοῖς ἀτημέλητόν σε καὶ ἀθεράπευτον καταλιπεῖν ᾤκηθῃμεν. Διὸ ὅσα μὲν ἐν τῷ γράμματι σου ἐπὶ διαβολῇ τῆς ἡμετέρας ἀληθινῆς ὁμολογίας ἐμφέρεται, καὶ ἄξια ποσῶς λόγου ὄντα, ταῦτα εἰς μέσον ἀγαγόντες, ἀνατρέψαι πειρασόμεθα. Τοιγάρτοι μικρὸν μετὰ τὸ προοίμιον τῆς σῆς ἐπιστολῆς οἰνεὶ ἐπισφίγγων καὶ ἐπισυνδῶν τὴν τῆς ἀγάπης κτήσιν μετὰ τὴν εἰς μίαν ὁμολογίαν τῆς ἀληθινῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως, σπουδάζων τοὺς ὁμοτρόπους ἐν οἴκῳ Κυρίου φωτίζεσθαι τε καὶ καταρτίζεσθαι. *Εἰ καὶ τινες ἀπέδρασαν ἐκ ταύτης τῆς καλῆς καὶ ὀρθῆς ὁμολογίας, ἧς παρέδωκαν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι, καὶ κατώρθωσαν αἱ ἅγαι τρεῖς σύνοδοι, καὶ τὰ ἔξῃς, ἀριθλοτάτα ἡμῖν διὰ τούτων*

A ut verbo extricem universo populo accepto, et regio sacerdotio, quod fuerat Domini, necnon posterioris utilitatis indigenti pro viribus viam demonstrare necessarium est: hoc etenim semper est proprium antistitum munus atque officium. Propterea tum inclinatione voluntatis qua ad gloriam nostri desideratissimi filii propendemus, tum amore diuturno, quo eum prosequimur, plerisque etiam ad scriptiorem compellentibus, visum est satius, propter nescio qua ratione multo ab hinc tempore in regionibus Armenorum dogma non rectum, Severi cujusdam hæresiarchæ jam per omnes eas partes introductum, quod desævians omnes ibi habitantes sumopere lædit, ad scribendum animum applicare, ut inde nostræ epistolæ plerisque demonstrationibus usi, quibus quanto citius vos ad id, quod æquum est, reduci existimo: et de novo veritatem inculpatæ sinceræque fidei Christiani mysterii edocti una cum nobis sentiatis, et simul unum Christum et Dominum, et Deum nostrum, qui ex duabus naturis, et in duabus naturis, et duas naturas habet cum unica hypostasi, uti est, tenèatis, quod ab antiquo tempore, et sere, ut ita dicam, universus terrarum orbis, et quinque archieraticæ sedes catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ tum in Chalcedonensium metropoli coacti, in omnibus consortes ac concordēs, et a primis tribus synodis minime in aliquo discrepantes ex synodi sententia decreverunt et determinarunt. Quapropter ex eo tempore ad hunc diem, qui recte pieque cum catholica et apostolica Ecclesia vivere satagunt, ibi coactam synodum sanctam, et œcumenicam quartam, præ aliis tribus lubenter exosculati per omnia venerantur. Spes itaque certa nos tenet, vos nostrâ hæc epistola persuasos, abjecta omni cunctatione a pessima vestra sententia recessuros, et ad rectum veritatis dogma, quod nos profiteamur, nempe in œconomia Christi duas naturas, et unam hypostasim esse, facili negotio relapsuros.

γ. Cum ergo, quod nos sperabamus, finem non habuerit, imo scriptis etiam nostris exasperatum et contra ire, et refutatoriam quoque orationem scribere conatus es, ideo divino zelo succensi, crimen silentii et accusationem effugientes, te neglectum et incuratum deserere operæ pretium esse non duximus. Quare quæcumque in epistola tua nostram veram professionem calumniatus atlexuisti, aliquo tamen modo non indigna consideratione in medium afferentes, redarguere conabimur. Atqui paulo post tuæ epistolæ proœmium, quasi astringens et alligans mutuam amicitiam cum una veræ et immaculatæ fidei professione, studensque ut tui similes in domo Domini illuminentur et instruantur: *Licet nonnulli, ais, ex proba hæc rectaque professione recesserint, quam sancti apostoli tradiderunt, et sanctæ tres synodi perfecerunt, etc.*, manifestissime nobis per hæc tuam opinionem indicasti, laudibus extollens et beatos eos existimans, quibus cum divino

amore veræ fidei professio una est. At quænam hæc fuerit verissima professio, quam apostoli tradiderunt, et tres sanctæ synodi constabiliverunt, licet aliqui ex hac recta fide rebellarint, omnino dices tuam, quæ unius naturæ unum Christum et Deum nostrum ex diversis naturis post unionem factam profiteatur, et ex duabus naturis et duas naturas habere in una hypostasi pernegat. Hunc enim compositionis modum in divini Verbi unionem cum carne factum fuisse palam infra declamas. Heu rem miram! Quanam tu ratione testes oculatos et divinos veritatis præcones, necnon sanctos ac deiferos viros aliis atque aliis temporibus ad synodos congregatos tandem culpas et contumelia oneras? Quis enim ex iis, qui res dijudicandi peritia pollent, traditam esse, aut confirmatam dicet apud Verbi ministros, aut Patres divinos, quam tu profiteris sententiam, quæ asserat, Christum unius naturæ post unionem esse, et ex duabus unionem confectam, in duabus vero, aut duas esse naturas post unionem inficietur? Propterea accedat princeps apostolorum Petrus per suam confessionem, te quæ dixisti ementitum esse manifesto evincens et, per eum universus apostolorum cætus. Etenim Christus Dominus et Deus noster dixit apostolorum principi Petro: *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam*¹. Hæc porro Dominus Petro dixerat, cum Domino semetipsum hominem nuncupanti Petrus enuntiasset, *Tu es Christus Filius Dei vivi*². Tum vero in Christo Domino et Deo nostro hæc duo dicta copulata sunt, confirmatumque est, et Deum esse, et hominem. Si itaque ambæ hæc deitatis et humanitatis rationes, cum Christus Dominus et Deus noster unus existat, post ipsius unionem de eodiscuntur, et unus et idem est sempiternus Filius ante omnia sæcula a Patre sine tempore et mutatione prognatus, qui est una sanctissimæ Trinitatis hypostasis, Deus Patri secundum æternitatem æqualis, paternam essentiam et naturam in se perpetuo habens, sed qui extremis temporibus ex Spiritu sancto et Maria Virgine carnem et humanitatem assumpsit, hic æternus Filius sine ulla mutatione factus tanquam unus ex hominibus, per omnia præ uno peccato, nostra, quam ipse non habebat, natura accepta, in eo divina, quam ab æterno possidebat, permanente, manifestum est, in duabus naturis, et duas naturas possidere, qui unus est hypostasi Christus post unionem, si modo compellationes *Deus et homo* naturas indicant, tanquam quæ de multis dicuntur. Confessionis itaque de Christo verum dogma in Chalcedone celebratæ divinæ synodi sanctorum Patrum definitio recte decernit, Christum determinans, unam esse ex sancta Trinitate hypostasim duas naturas habentem, naturam divinam et naturam humanam.

Χαλκηδόνι συγκεκροτημένης θείας συνόδου τῶν ἁγίων ὑπόστασιν ἐκ τῆς ἁγίας Τριάδος εἶναι, δύο φύσεις ἔχοντα, φύσιν θεϊκὴν καὶ φύσιν ἀνθρωπίνην.

Ἐνέφηνα; τὴν σεαυτοῦ δόξαν ἀποσεμνύων, καὶ μακαριστοὺς εἶναι οἰόμενος, οἷς ἂν μετὰ τῆς ἐνθέου ἀγάπης καὶ ἡ τῆς ἀληθοῦς πίστεως ὁμολογία μία πάρεστι. Τίς δὲ αἴτη ἡ ἀληθεστάτη ὁμολογία, ἣν οἱ ἀπόστολοι παρέδωκαν, καὶ αἱ ἅγιαι τρεῖς σύνοδοι κατώρθωσαν, εἰ καὶ τινες ἐκ ταύτης τῆς ὀρθῆς πίστεως ἀπεδυσπέτησαν; Πάντως ἐρεῖς τὴν σεαυτοῦ, ἦτις μίᾳ φύσεως τὸν ἕνα Χριστὸν καὶ Θεὸν ἡμῶν ἐκ διαφόρων φύσεων μετὰ τὴν ἔνωσιν ἀποτελεσθέντα ὁμολογεῖ, καὶ ἐκ δύο φύσεων, καὶ δύο φύσεις ἔχοντα ἐν μίᾳ ὑποστάσει ὄντα ἀρνείται. Τοῦτον γὰρ τὸν τρόπον τῆς συνθέσεως παρακατῶν ἐν τῇ τοῦ θεοῦ Λόγου πρὸς σάρκα ἐνώσει γεγενῆσθαι σαφῶς διαγορεύεις. Βαβαὶ τοῦ θαύματος! Πῶς εἰς τοὺς εὐτόπτας καὶ θελοὺς κήρυκας τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς κατὰ διαφόρους χρόνους συνοδικῶς συνειλεγμένους ἁγίους καὶ θεοφόρους ἄνδρας τοσοῦτον ἐπιχέεις τὸν μῶμον; Τίς γὰρ τῶν ὑγιῶς κρίνειν εἰδότεων, παραδεδοῦσθαι, ἢ βεβαιουῦσθαι φήσεται παρὰ τοῖς ὑπηρέταις τοῦ λόγου, ἢ τοῖς θεοῖς Πατράσι τὴν οὕτως παρὰ σοῦ πρεσβευομένην δόξαν, τὴν φάσκουσαν τὸν Χριστὸν μίᾳ φύσεως μετὰ τὴν ἔνωσιν εἶναι, καὶ ἐκ δύο μὲν ἀποτελεσθεῖσαν τὴν ἔνωσιν, ἐν δύο δὲ, ἢ δύο εἶναι τὴ φύσει μετὰ τὴν ἔνωσιν ἀπαγορεύουσαν; Διὸ εἰσαχθήτω ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων Πέτρος, διὰ τῆς ἑαυτοῦ ὁμολογίας ψευδηγοροῦντά σε δεικνύων, καὶ δι' ἐκείνου ἅπας ὁ τῶν ἀποστόλων σύλλογος. Καὶ γὰρ Χριστὸς ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν τῷ τῶν ἀποστόλων Ἐφῆ κορυφαίῳ Πέτρῳ· *Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρῳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾗδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς*. Τοῦτον δὲ τὸν λόγον ὁ Κύριος Ἐφῆ τῷ Πέτρῳ, ἠνίκα πρὸς τὸν Κύριον, ἑαυτὸν Υἱὸν ἀνθρώπου κεκληκῶτα, Πέτρος εἶρηκε· *Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος*. Καὶ συνήχθησαν ἐπὶ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἀμφότεροι οἱ λόγοι, καὶ πεπίστωται, δεῖ καὶ Θεὸς καὶ ἀνθρωπὸς εἶσιν. Εἰ οὖν ἀμφότεροι οἱ λόγοι, τῆς θεότητος, φημί, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ ἐνδὸς ὄντος Χριστοῦ καὶ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν, μετὰ τὴν ἔνωσιν αὐτοῦ κατηγοροῦνται, καὶ εἰς καὶ ὁ αὐτὸς εἶσιν ὁ αἰδιος Υἱὸς, ὁ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀχρόνως καὶ ἀπαθῶς γεγεννημένος, ὃς εἶσιν ὑπόστασις μία τῆς ἁγίας Τριάδος, Θεὸς ἴσος τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν αἰδιότητα, τὴν πατρικὴν οὐσίαν καὶ φύσιν αἰδίως ἐν ἑαυτῷ ἔχων, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου σαρκωθείς, καὶ ἐνανθρωπήσας, οὗτος ὁ αἰδιος Υἱὸς ἀτρέπτως καὶ ἀναλλοιώτως, καὶ γεγονῶς ὡς εἰς τῶν ἀνθρώπων κατὰ πάντα, χωρὶς ἀμαρτίας, προσειληφῶς τὴν ἡμετέραν, ἣν οὐκ εἶχε, φύσιν, μεμενηκυίας αὐτῷ τῆς θείας, ἣν αἰδίως προσείχε, φύσεως φανερόν, δεῖ ἐν δύο φύσεσι καὶ δύο φύσεσι ἔχων εἶσιν ὁ εἰς τῇ ὑποστάσει Χριστὸς μετὰ τὴν ἔνωσιν· εἴπερ τὸ Θεὸς ὄνομα καὶ ἀνθρώπος φύσεων εἰσι δηλωτικά, ὡς κατὰ πολλῶν φερόμενα. Οὐκοῦν τὸ τῆς εἰς Χριστὸν ὁμολογίας τοῦ Ἀποστόλου ἀληθινὸν δόγμα ὁ τῆς ἐν Πατέρων ὄρος ὀρθοτομεῖ, τὸν Χριστὸν ὀρίζων μίαν

¹ Matth. xvi, 18. ² Ibid. 16.

γ'. Καὶ τῆς τούτου παράδειγμα, εἰ θέλεις συν-
 ορῶν, ὡδε· Προκείμεσθωσιν οὖν χρύσινοι τρεῖς, ὁ εἷς
 ἐμβληθεὶς πυρὶ, καὶ πυρωθεὶς ἐγένετο πῦρ, μεμενη-
 κῶς χρυσοῦ, οἷος ἦν. Σὺ οὖν εἰ θέλεις ἐν μέρει μὲν
 τοὺς ἄλλους δύο χρυσίνους, ἐν μέρει δὲ πολλοὺς ἀν-
 θρακας πυρίνους, εἶτα τὸν χρύσινον τὸν πυρωθέντα,
 καὶ πῦρ γενόμενον μεταξὺ τῶν ἄλλων δύο χρυσίνων
 καὶ τῶν ἀνθράκων, τὸν διάμεσον ἐν θεόσῃ χρύσινον
 ἔχοντα τὴν τε φύσιν τῶν ἄλλων δύο χρυσίνων τελείαν,
 τουτέστιν ὄντα χρυστὸν, ὡς τοῖν δυοῖν ἐκείνοι τοῖν
 χρυσίνοι ἐκάτερον, καὶ τῶν ἀνθράκων φύσιν, ἐπειδὴ
 πῦρ ἐστίν, ὡσπερ τῶν ἄλλων ἀνθράκων ἕκαστος·
 τὴν αὐτὴν δὴ τρόπον ὁ ἀπίδος Υἱὸς ἐξ οὐρανοῦ κατα-
 βὰς, οὐχ ὑπόστασιν ἐξ ἡμῶν, ἀλλὰ τὴν ἡμετέραν
 φύσιν ἔλαβε, καὶ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, ὡς ὁ θεὸς
 ἀπίστολος Παῦλος λέγει, *πεπειρωσθαι κατὰ πάντα*
καθ' ἡμετέραν ὁμοιότητα χωρὶς ἁμαρτίας. Τοῖνον
 οὖν ὁ ἀπίδος Υἱὸς ἔχει τὴν τε τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ
 ἁγίου Πνεύματος, ἣν αἰεὶ προεῖχε φύσιν, τὴν ἡμετέραν
 ἀνθρωπίνην φύσιν μετὰ καὶ τὴν ἑαυτοῦ σάρκωσιν,
 μία ὑπάρχων ἐκ τῆς ἁγίας Τριάδος ὑπόστασις, τῆς
 ἁγίας Τριάδος προσθήκην οὐκ εἰσδεξαμένης. Εἰ δὲ
 τοῦτο φανερὸν καὶ τοῖς μικρὰ δυναμένοις συνορῶν
 ἐστίν, ὅτι τὴν σεαυτοῦ δόξαν, τὴν περὶ μιᾶς φύσεως
 τοῦ Χριστοῦ, οὔτε τῶν ἀποστόλων ὁ χορὸς παραδέδω-
 κεν, οὔτε μὴν αἱ ἅγιοι τρεῖς σύνοδοι, αἱ κατὰ δια-
 φόρους καιροὺς παρ' εὐσεβῶν βασιλέων προνοία Θεοῦ
 συναθροισθεῖσαι, αἷς καὶ αὐτὸς διὰ τοῦ σοῦ γράμμα-
 τος συνωμολογεῖς, καὶ ἀποδέχη, ἐπεὶ καθαιρέσει μὲν
 τῆς τοῦ Ἀρείου, καὶ Μακεδονίου, καὶ Νεστορίου
 κακοδοξίας πρῶτον σύνοδοι συναγῆγεργεμένοι, αἱ μὲν
 πρότεραι δύο τὴν ἐπὶ θεολογίᾳ ὀρθὴν ὁμολογίαν
 ἐτράνωσαν τε καὶ ἐθέσπισαν, τοῦ ὁμολογεῖν ἀληθῶς
 τὸν ἀπίδιον Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ
 τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁμοούσια τῷ Πατρὶ καὶ ὁμοφυῆ,
 καὶ τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς θεότητος, ἰσοκλεῶς τῷ Πατρὶ
 τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα μετέχειν, καὶ ἕνα
 Θεὸν καὶ τρία δοξάζειν, καὶ τρία ταῖς ἰδιότησι πι-
 στεύηται, καὶ μηδέτερον εἰς κτίσμα τούτων κατάγειν.
 Αὗται δὲ περὶ μιᾶς φύσεως τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστη-
 ρίου οὐδαμῶς ἐθέσπισάν τε καὶ ὤρισαν. Ἡ δὲ πρώτη
 μὲν ἐν Ἐφέσῳ, τρίτη δὲ πρὸς ταῖς δυσὶν οἰκουμένην
 ἁγία σύνοδος, αὕτη μὲν τὴν τοῦ Νεστορίου κακοδοξίαν
 θριαμβεύσασα, ἥτις τὸν ἕνα Χριστὸν καὶ Κύριον καὶ
 Θεὸν ἡμῶν εἰς δύο υἱοὺς καὶ δύο πρόσωπα κατατε-
 μεῖν ἐτόλμησε, καὶ τὴν πάναγνον καὶ ἁγίαν Παρθέ-
 νον Θεοτόκον καλεῖν ἀπηρυθριασμένως ὁ δειλαῖος
 οὐκ ἤξιον, μᾶλλον μὲν ὡς Χριστοτόκον, ὡς ψιλὸν
 ἀνθρώπον γεννήσασαν. Τὰς γὰρ δύο φύσεις τοῦ Ἐμ-
 μανουήλ, ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς ὁ Χριστὸς ἐθεωρεῖτο, ἡγουν
 τὴν θεότητα, φημί, καὶ τὴν ἀνθρωπότητα, ἀνά μέρος
 τιθεῖς, καὶ ἰδιοσυστάτως ταύτας ὁμολογῶν, καὶ φύ-
 σιν ἀπρόσωπον μὴ δοξάζων, καὶ διὰ τοῦτο ὄσαι μὲν
 αἱ φύσεις, τὸσαῦτα καὶ τὰ πρόσωπα συνεισάγων, καὶ
 σχετικὴν ἔνωσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου πρὸς τὸν ἐκ Μαρίας
 γεννηθέντα ὁμολογεῖ. Τοιγάρτοι τοῦτον ἀναθεματί-
 σασα, ἐθέσπισέ τε καὶ ἐκύρωσε τὴν καθ' ὑπόστασιν

3. Et præclarum huiusce rei exemplum, dum-
 modo id non renuas, tibi habeto. Sint aurei nummi
 tres : unus in ignem conjectus et ignitus factus est
 ignis, remanens id quod prius erat aurum. Tu porro
 si seposueris alios duos nummos aureos in una
 parte, et ex alia multos carbones ignitos, postmo-
 dum ignitum illum aureum, et ignem jam factum
 inter alios duos aureos et carbones conjicias, me-
 dium nummum aureum intueris naturam aliorum
 duorum aureorum habentem perfectam, tanquam
 qui aurum est, quemadmodum et duo alii aurci,
 carbonum quoque naturam, quando ignis est, sicut
 et ex aliis carbonibus quilibet. Non alia ratione
 sempiternus Filius de cœlo descendens non a nobis
 hypostasini, sed naturam accepit, et factus est tan-
 quam unus ex nobis. Et divinus Paulus apostolus
 asseverat, *tentatum fuisse per omnia secundum
 nostram similitudinem absque peccato* 1. Igitur sem-
 piternus Filius habet Patris et Spiritus sancti,
 quam semper antea possederat, naturam, et nostram
 humanam, post suam incarnationem, cum sit una
 sanctæ Trinitatis hypostasis, nullo sanctæ Triadis
 adilitamento. Id si ita est, manifestum sit iis, qui
 pusilla etiam capere possunt, tuam de una Christi
 natura sententiam, neque apostolorum cœlum, ne-
 que tres sanctas synodos diversis temporibus a piis
 imperatoribus divina Providentia congregatas, quas
 et ipse per tuam epistolam recipis, et eodem atque
 nos animo voluntateque probas, tradidisse. Ad
 refellendas equidem Arii, Macedonii et Nestorii ve-
 sanas opiniones illæ coactæ sunt, primæ ducæ pro-
 fessionem de Deo rectam exposuerunt, et decreve-
 runt, ut omnes vere profitentur, sempiternum Fi-
 lium et Verbum Dei et Patris, necnon et sanctum
 Spiritum ejusdem essentiæ naturæque esse cum
 Patre, et eandem et unam divinitatem æquali glo-
 ria cum Patre Filium et Spiritum sanctum parti-
 cipare, et unum Deum tria hæc confiteri, licet pro-
 prietatibus tria esse credantur, et ex his neutrum
 ad creaturas deferre. Et hæc de una natura mysterii
 secundum Christum nihil sanciverunt, aut desinive-
 runt. Prima autem Ephesina, sed tertia ordine
 œcumenica sancta synodus, Nestorii hæresi delib-
 lata, qui unum Christum et Dominum et Deum
 nostrum in duos filios, et duas personas dividere
 ausus, immaculatissimam sanctamque Virginem
 vocitare *Deiparam* inverecunde nimis miser renue-
 bat, sed potius *Christiparam*, tanquam, quæ purum
 hominem genuisset : namque duas Emmanuelis na-
 turas, ex quibus et in quibus Christum contempla-
 mur, deitatem nempo et humanitatem per se unam-
 quamque separans, et æque ac si propria hypostasi
 subsisterent asseverans, et absque persona naturam
 nullam agnoscens, et propterea tot personas, quot
 erant naturæ, introducens, secundum habitudinem
 unionem Dei Verbi ad eum, qui ex Maria prognatus
 erat, assererat, eundem anathemate ferit, decre-

1 Hebr. iv, 15.

vitque et constituit unionem essentialem et secundum hypostasim duarum naturarum, deitatis scilicet et humanitatis, in uno Christo, una nempe hypostasi observari. Nullo itaque modo sancta synodus, vesani Nestorii opinionem, quæ duas in Christo personas astruebat, condemnans, unam in Christo naturam prorsus asserendam esse decernit. Etenim neque prima sancta synodus, quæ tres naturas in divinis, quæ erat Arii opinio, sustulit, protinus et triadem hypostaseon denegavit. Sic et Ephesina tertia synodus de duabus hypostasibus sententiam anathemate feriens, non statim et naturarum diversitatem condemnavit. Quinimo ad stabilendam secundum hypostasim et essentialem unionem naturarum unius Christi, deitatis et humanitatis, hominis exemplum usurpavit, qui ex duabus naturis, corporea atque incorporea conflatus, in duabus naturis consideratur, licet una tantum hypostasis sit quicumque homo. Et quamvis exemplum de homine particulari non in omnibus assimilatur unioni Christi, eo tamen solummodo ad insanam Nestorii opinionem refellendam usa est, qui palam affirmabat nullam esse absque propria persona naturam, necque non posse, ut duæ naturæ secundum hypostasim et essentialiter unitæ in una hypostasi observentur, quæ non inferant et duas personas, quod unionem scheticam, sive secundum habitudinem, efficit, ideoque duos filios et duos Christos miser deprædicabat. Hanc falsam opinionem dirimens, hominis exemplum usurpavit. Imo plerosque deiferos Patres in sancta tertia synodo Ephesina divus Cyrillus in medium adlucit, stabiliens secundum hypostasim unionem in una hypostasi, qui est Christus in diversis naturis agnitus. Quod vero in diversis naturis agnoscitur, omnino in illis est, in quibus agnoscitur. Cum itaque oratio demonstraverit de una Christi natura confessionem, neque ab apostolis fuisse assertam, neque a sanctis tribus synodis constabilitam, frustra falsa fabularis emittians, eam a sanctis apostolis traditam, et a sanctis tribus synodis fuisse confirmatam: nam oratio potius naturarum diversitatem in uno Christo representavit. Illud autem rursus asserere, etsi nonnulli ex hac sententia nempe affirmante, unius esse naturæ Christum post unionem, *transugerunt*, ad eos scilicet, qui duas naturas Christum habere post unionem profitentur, quosnam ignorantiae terminos non exsuperat? Quis enim non novit partem a toto, minus a multesimo decedere? Et non contra. Quapropter qui vestræ sunt sententiæ, si ad eos, qui nostræ sunt, comparentur, minimam atque infimam partem occupare comperientur. Quare indecore agis dicens nos ex vestra sententia aufugisse. Quin, ut potius verum dicam, vos a nobis decussistis.

4. Infra etiam in epistola tua nolens sanctam et universalem synodum admittere, quam nos inter reliquas alias sanctas tres synodos annumeramus,

A καὶ οὐσιώδη ἔνωσιν τῶν δύο φύσεων, τῆς θεότητος, λέγω, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος ἐν τῷ ἐνὶ Χριστῷ, ἡγουν τῇ μιᾷ ὑποστάσει θεωρεῖσθαι. Οὐδαμῶς οὖν ἡ ἀναίρουσα ἀγία σύνοδος τὸ τοῦ ματαιόφρονος Νεστορίου φρόνημα, τὸ δοξάζον ἐπὶ Χριστοῦ δύο πρόσωπα, συνεισάγει ἐξάπαντος τὸ μίαν φύσιν ἐπὶ Χριστοῦ ὁμολογεῖν. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς θεολογίας, οὐχ ἡ ἀναίρουσα πρώτη ἀγία σύνοδος τὸ τρισδὸν τῆς ὁμολογίας τῶν φύσεων τὸ τοῦ Ἀρείου φρόνημα, ἤδη καὶ τὸ τρισδὸν τῆς ὑποστάσεως ἀνήρει. Οὕτως καὶ ἡ ἐν Ἐφέσῳ ἀγία τρίτη σύνοδος ἀναθεματίσασα τὸ διττὸν τῶν ὑποστάσεων φρόνημα, οὐκ ἤϊη καὶ τὸ τῶν φύσεων διάφορον ἀνεῖλε. Μεινοῦνγε πρὸς βαβαίωσιν τῆς καθ' ὑπόστασιν καὶ οὐσιώδους ἐνώσεως τῶν φύσεων τοῦ ἐνὸς Χριστοῦ, φημί δὲ τῆς θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, καὶ τὸν τινα ἀνθρώπον ὑποδείγματος χάριν προσεβλήθη, ὃς ἐκ δύο μὲν φύσεων, σώματος τε, φημί, καὶ ἀσωμάτου, τὴν σύνθεσιν ἐσχίκε, καὶ ἐν δύο φύσεσι θεωρεῖται, μία τις ὑπόστασις οὕσα ὁ καθέκαστα ἀνθρώπος. Καὶ οὐ κατὰ πάντα ἰσομοιούμενον τὸ παράδειγμα τοῦ τινος ἀνθρώπου πρὸς τὴν κατὰ Χριστὸν ἔνωσιν, ἀλλὰ μόνον πρὸς τὴν τοῦ Νεστορίου κακόνειαν ἀποτετινομένην, ὃς τρανῶς ἔφασκε, μὴ εἶναι φύσιν χωρὶς οἰκείου προσώπου, καὶ ἀδύνατόν ἐστιν ἰδεῖν δύο φύσεις καθ' ὑπόστασιν, καὶ οὐσιωδῶς ἡνωμένας ἐν μιᾷ ὑποστάσει, μὴ συνεισάγουσας καὶ δύο πρόσωπα, ὅπερ ποιεῖ σχετικὴν ἔνωσιν, καὶ διὰ τοῦτο δύο υἱοὺς, καὶ δύο Χριστοὺς, ὃ δειλαῖος ἐκήρυττε. Ταύτη τοι τὴν ψευδῆ δόξαν ἀναίρουσα τῷ τινος ἀνθρώπου παραδείγματι ἐχρήσατο. C Ἀλλὰ καὶ πολλοὺς τῶν θεοφόρων Πατέρων εἰς τὴν κατ' Ἐφεσον ἀγίαν τρίτην σύνοδον προεκκόμικεν ὃ ἐν ἀγίοις Κύριλλος, συνιστῶν τὴν καθ' ὑπόστασιν ἔνωσιν ἐν μιᾷ ὑποστάσει, ὃς ἐστιν ὁ Χριστὸς ἐν διαφόροις φύσεσι γνωριζόμενος. Τὸ δ' ἐν διαφόροις φύσεσι γνωριζόμενον πάντως καὶ ἐν ἑκαταῖς ἐστίν, ἐν αἷς καὶ γνωρίζεται. Ἐπεὶ οὖν ὁ λόγος παρέστησεν, ὅτι τὴν περὶ μιᾶς φύσεως τοῦ Χριστοῦ ὁμολογίαν, οὔτε τις τῶν ἀποστόλων εἶρηκεν, οὔτε μὴν ἐκ τῶν ἀγίων τριῶν συνόδων ἐθεδαιώθη. Μάτην ψευδοεπειεὶ λέγων, ὅτι περὶ ἐκ τῶν ἀγίων ἀποστόλων παρεδόθη, ἐκ δὲ τῶν ἀγίων τριῶν συνόδων ἐθεδαιώθη· ὁ λόγος γὰρ μᾶλλον τῶν φύσεων τὸ διάφορον ἐν τῷ ἐνὶ Χριστῷ παρέστησε. Τὸ δὲ πάλιν εἰρημέναι, εἰ καὶ τῶς D ἐκ ταύτης (ἡγουν τῆς δόξης, τῆς λεγούσης μιᾶς φύσεως εἶναι τὸν Χριστὸν μετὰ τὴν ἔνωσιν) ἀπέδρασαν, ὡς δὴθεν τοὺς δύο φύσεις τὸν Χριστὸν εἶναι μετὰ τὴν ἔνωσιν ὁμολογοῦντας, ἐξ αὐτῶν ἀποδεδρακέναι, ποίας ἀμαθίας ἀνάμεστον οὐκ ἂν εἴη; Τίς γὰρ οὐ συνοιδεν, ὅτι τὸ μέρος ἐκ τοῦ ὅλου, τὸ ὀλιγοστὸν ἐκ τοῦ πολλοῦ ἀποδρᾶν εἴωθεν· οὐ μὴν ἐμπαλιν; Διὸ οἱ τῆς ὑμετέρας δόξης πρὸς τοὺς τὴν ἡμετέραν πρᾶσθεύοντας εἰ παραβληθεῖεν, τὸ ὀλιγοστὸν ἂν καὶ ἐλάχιστον μόριον ἔχοντες φανείεν. Ὡστε οὐ δεῖ ἀποφαίνεσθαι σε, ἡμᾶς ἀποδεδρακέναι ἐκ τῆς ὑμετέρας δόξης, ἀλλὰ μᾶλλον τάληθες εἰπεῖν, ὑμᾶς ἐξ ἡμῶν.

δ. Παρακατῶν δὲ ἐν τῷ γράμματί σου, καὶ ἀποδυσπετῶν πρὸς τὴν ἀποδοχὴν τῆς ἀγίας καὶ οἰκουμένης τετάρτης συνόδου, διὰ τὸ ἡμᾶς συναριθμοῦν

ποιῆσαι τῷ ἀριθμῷ τῶν λοιπῶν ἀγίων τριῶν συν-
 ὄδων, καὶ ὡς περ ἐξ εὐλόγου αἰτίας ταύτην ἀπαναινό-
 μενος, τοιαύτη γράφεις· Οἶδα μὲν, ὅτι οὐκ ἔστι
 κεκρυμμένος εἰς ὑμᾶς ὁ τρόπος τῆς τετάρτης
 συνόδου, ὅτι ἐν τῷ γράμματι αὐτῆς ἡ ἀγνωσύνη
 σου ἐμνήσθη ταύτην τὴν σύνοδον, καὶ ἔταξεν
 αὐτὴν μετὰ τῶν λοιπῶν τριῶν συνόδων, καὶ θέ-
 λει καὶ ἡμᾶς ταύτην δέχεσθαι, ἣν οὐκ ἐδέξαντο
 οἱ Πατέρες ἡμῶν, οὔτε οἱ διδάσκαλοι ἡμῶν, ἐπι-
 στάμενοι τὴν κενοφωνίαν αὐτῆς ἐκ τῶν λοιπῶν
 τριῶν συνόδων, τῶν διαγνωσθέντων, καὶ κηρυ-
 ξάντων ὅλην τῷ κόσμῳ τὸν ἕνα Χριστὸν καὶ Υἱὸν
 καὶ Κύριον, ἐνωθέντα ἐκ δύο φύσεων, ἀσυγχύ-
 τως, καὶ ἀτρέπτως, καὶ ἀχωρίστως, τῆς αὐτῆς
 συνόδου εἰς δύο φύσεις κεχωρισμένας λεγούσης, B
 καὶ ἐνεργείας, καὶ θελήσεις, ὁμοφωνήσασα τῷ
 Νεστορίῳ, πληρὴ εἰς τὰ δύο πρόσωπα· ἐκείνου
 μὲν λέγοντος δύο πρόσωπα, αὐτῆς δὲ δοξαζού-
 σης ἕν, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς ὀρθοδόξους χλευά-
 σασα, ὅτι οὐ συμφωνεῖ τῷ Νεστορίῳ. Θαυμάζειν
 μοι ἔπεισι τοιαῦτα γράφοντός σου· οὐδὲ γὰρ συν-
 ἦκας, ὡς γέ μοι δοκεῖ ἐκ τῶν σῶν ῥημάτων, τῆς
 ἀγίας τετάρτης συνόδου τὸ τε βούλημα καὶ τὴν
 πραγματείαν. Οὐδαμοῦ γὰρ φαίνεται ἡ τοιαύτη ἀγία
 σύνοδος, δύο φύσεις κεχωρισμένας ἰδιοσυστάτως ὄ-
 σασ, καὶ καθ' ἑαυτὰς ἀνά μέρος ὑπαρχούσας ἐπὶ τοῦ
 κατὰ Χριστὸν μυστηρίου δοξαζούσας, εἰ καὶ ἀδίκως
 παρ' ὑμῶν συκοφαντεῖται, μᾶλλον μὲν οὖν τὰς παρ'
 ἑκάτερα τῆς μεσότητος, ἡγουν τῆς ἀληθείας, δόξας,
 φημι δὴ τὸν πλεονασμὸν καὶ τὴν ἔνδειαν, ἐκτροπὰς C
 ὄσας τῆς μεσότητος, καὶ διὰ τοῦτο ψευδεῖς ὄσας
 ἐξοστρακίσασα, τὴν μέσῃ τάξιν ἔχουσαν δόξαν, ἀλη-
 θείας ἐχομένην ἐκράτυνε. Καὶ γὰρ ὡς περ ἐπὶ τῆς
 θεολογίας ἡ μεσότης φαίνεται ἔχουσα τάληθὲς δόγμα
 τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, ὁ δὲ
 πλεονασμὸς καὶ ἡ ἔνδεια τὸ ψεῦδος (ὅς γὰρ διὰ τὸ
 τρισσὸν τῆς ὑποστάσεως καὶ διάφορον, καὶ τὸ τρισ-
 σὸν τῶν φύσεων δοξάσεις, καὶ μὴν καὶ ὅς διὰ τὸ
 ἐνιαῖον τῆς φύσεως, καὶ τὸ μοναδικὸν τῆς ὑποστά-
 σεως συνεισφέρει, τάχα μοι δοκεῖ καὶ τῆ ἀληθείᾳ,
 τῆ κατὰ πλεονασμὸν καὶ ἔνδειαν δόξῃ νενοσηκέναι.
 Ὅπερ πέπονθεν Ἀρειὸς τε καὶ Σαβέλλιος ὁ Αἰθῦς,
 τὰ ἐκ διαμέτρου κακὰ, καὶ ὁμότιμα τὴν ἀσέβειαν.
 Ἡ δὲ τῆς ἀληθείας ὁδὸς μέση τις οὐσα, καὶ τοῦ
 μὲν τὸ τρισσὸν τῶν φύσεων, τοῦ δὲ τὸ συγχυτικὸν
 καὶ μοναδικὸν τῆς ὑποστάσεως ἐξοστρακίσασα, ἕνα
 Θεὸν, ἡγουν μίαν οὐσίαν καὶ φύσιν, καὶ τρεῖς
 ὑποστάσεις ὁμοουσίους ἐπὶ τῆς θεολογίας τρανῶς
 ἀνακηρύττει. Ὅπερ εὐσεβῶς ἡ ἀγία καὶ οικου-
 μενικὴ πρώτη σύνοδος ἐθέσπισέ τε καὶ ὥρισε)
 τὸν αὐτὸν εἶναι τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς ἀγίας τετάρτης
 συνόδου θεωρεῖν ἔνεστι. Τοῦ γὰρ Νεστορίου διὰ τὸ
 δισσοῦν τῆς ὁμολογίας τῶν φύσεων, καὶ τὸ δισσοῦν τῆς
 ὑποστάσεως εἰσάγοντος, καὶ διὰ τοῦτο δύο υἱοὺς ἐπὶ
 τῆς οἰκονομίας δοξαζόντος, τοῦ γε μὴν Εὐτυχοῦς, καὶ
 Διοσκόρου, καὶ Σεβήρου καὶ τῆς ἀμφ' αὐτὸν συμμο-
 ρίας, διὰ τὸ ἐνιαῖον τῆς ὑποστάσεως, καὶ τὸ μοναδι-
 κὸν τῆς φύσεως λέγοντος· φανερὸν δὴ ποιεῖν, ὅτι ὁ
 μὲν τῆ κατὰ πλεονασμὸν ψευδεῖ δόξῃ νενοσηκεν, ὁ

A quasi ex rationabili causa eam respuas simili scri-
 bis : *Sat novi apud vos non esse in occulto quartæ
 synodi modum, cujus sanctitas tua in epistola men-
 tionem induxit, eamque una cum aliis tribus synodis
 collocavit : capitque nos eam recipere, quam neque
 Patres, neque doctores nostri receperunt, scientes eam
 aliis tribus synodis, quæ determinarunt, et universo
 terrarum orbi promulgarunt, unum Christum et Fi-
 lium et Dominum unitum ex duabus naturis incon-
 fuse, immutabiliter et inseparabiliter, absõna ac
 diversa censuisse, cum asserat duas naturas divisas,
 et operationes, et voluntates, Nestorio ipsi, duas per-
 sonas si excipias, consentiens ; ille enim saletur duas
 personas, synodus unam, sicque orthodoxis fucum
 faciens quasi non consentiat Nestorio. Admiratio
 sane me tenet, te similia scribere. Neque enim in-
 telligis, ut ipse ex tuis verbis conjicio, sanctæ quartæ
 synodi neque propositum, neque scopum. Siquidem
 sancta hæc synodus duas naturas ex se subsisten-
 tes separatimque existentes in Christi mysterio
 unquam tenuit, licet vos illam non sine calamitæ
 ignominia criminamini, quinimo inter extrema me-
 dium veritatis duntaxat sequens, excessum et de-
 fectum, quæ sunt e medio diverticula, ideoque
 falsa abjudicans, medium locum occupantem sen-
 tentiam veritati innixam constabilivit. Quemadmo-
 dum enim in divinis medium obtinet verum ca-
 tholicæ et apostolicæ Ecclesiæ dogma, ita excessus
 et defectus falsum. Qui namque, propter hyposta-
 seon triadem ac diversitatem, naturarum item tria-
 dem persenserit, vel propter naturæ unitatem sin-
 gulare etiam hypostaseos introduxerit, hæc is mihi
 videtur a veritatis opinione in ea, quæ ex excessu
 et defectu consequitur, falsitate graviter aberrare.
 Quod perpassi sunt Arius et Afer Sabellius, mala
 ex diametro se invicem adversantia, juncta tamen
 impietate. Sed veritatis via media, et hujus quidem
 triade naturarum, illius confuso ac hypostaseos
 singulari proscriptis, unum Deum, unam scilicet
 essentiam, et naturam, et tres ejusdem naturæ hy-
 postases in divinis palam deprædicat, quod pie san-
 cta et œcumenica prima synodus decrevit et de-
 terminavit. Simili ratione et de sancta quarta sy-
 nodo philosophandum est. Nam, Nestorio, propter
 geminam naturam, geminam etiam hypostasim in-
 troducente, ideoque duos filios in œconomia asse-
 rante : Eutyche vero ac Dioscoro, necnon Severo,
 aliisque ejusdem doctrinæ consortibus, propter uni-
 tatem hypostasis, singulare quoque naturæ laten-
 tibus, manifestum est, hunc quidem ex excessu,
 alios ex defectu mala opinione laborasse. Sed defi-
 nitio sanctæ Chalcedonensis synodi mediam verita-
 tis viam ingressa, sanctamque et œcumenicam pri-
 mam synodum secuta, quæ mediam veritatis viam
 constabilivit, absurda penes extrema, duplex nempe
 hypostaseos, quod duos filios facit et duos Chri-
 stos, quod est per excessum, imo et defectum, qui
 propter singulare hypostasis, naturæ quoque unita-
 tem exhibet, corrigens, veritatis viam, quæ medium*

occupat confirmavit, et palam constat in unione Christi secundum hypostasim, duas naturas convenisse partium locum in uno Christo continentes, et unam hypostasim: quando medium aliquid obtineat cum extremis commune, et in aliquo differat, et in quibus cum excessu disconvenit, cum defectu concordat; in quibus autem a defectu discordat, cum excessu convenit. Exempli causa: Ecclesiae opinio, quæ ab Ario secundum naturas dissentit, cum Sabellio unam naturam asserente consentit; quæ cum Sabellio pugnat secundum singulare et confusum hypostasis, non abhorret ab Ario secundum triadem hypostaseon. Sic etiam discurrendum est in œconomia de media via, veritatis nempe sententiam in aliquo cum extremis concordare, in aliquo differre, et in quibus differt ab excessu, cum defectu concordare, in quibus a defectu, cum excessu. Sit pro exemplo. Ponantur opiniones, Nestorii, inquam, et Eutychetis, et Severi, quarum altera duas naturas et duas personas fatetur, altera unam naturam et unam hypostasim asserit. Manifestum inter eas secundum excessum atque defectum nimium interesse, siquidem earum longissime diversa ratio est, nihilque est, quo natura, vel hypostasis inter se communicent. Quare assumatur ea opinio, quæ medium veritatis occupat; ea omnino in aliquo cum extremis convenire debet, et in aliquo discrepare, et in quibus ab excessu disconvenit, cum defectu consentire, in quibus defectui non concordat, cum excessu conjungi. Talis est sanctæ quartæ synodi sententia, in Christo duas naturas et unam hypostasim enuntians, quæ a Nestorio secundum hypostasim dissentiens (ille enim duas, hæc unam profitetur), cum Eutychete atque Severo consentit, quod et ipsi unam hypostasim constituentur. Sed rursus a Dioscoro, et Eutychete, et Severo disconveniens secundum naturam, quod illi unam naturam in œconomia asserant, illa duas, non dissidet a Nestorio, qui duas tantummodo naturas in Christo posuit. Nempe ex eo quod in aliquo quis communicat cum alio, omnino cum eo communicare opinetur, et tanquam una sentiente eum, qui in aliquo cum quopiam sentit, in eodem habeat, atque exsecratur; quandoquidem et vera Ecclesiae opinio, quod in aliquo cum extremis concordat, Ario et Sabellio, ut oratio comprobavit, proscribetur. Et quis tantam blasphemiam ferre poterit? Pari ratione et de sancta quarta synodo pie disserendum est. Quia consentit in aliquo cum Nestorio, ideone et una cum eo sentire dicemus? Apage. Hæc itaque synodus hoc modo mediam veritatis viam evulgans non est improbo consilio, et summa ignorance calumnianda, abjudicandaque, sed potius ubi prius rectum ipsius dogma amplexus fueris, exosculanda, annumerandaque cum aliis sanctis tribus synodis, quod, ut oratio demonstravit, nihil præ aliis sanctis tribus synodis innovavit; quinimo, si verum fateri volumus, eadem prorsus, æqueque omnia

A δὲ τῆ κατ' ἑνδεῖαν. Ἡ δὲ τῆς ἐν Χαλκηδόνι ἁγίας συνόδου θεσμοθεσία μέσση ὄδῳ τῆς ἀληθείας βαδίσασα, καὶ μιμησαμένη τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμένην πρώτην σύνοδον, ἦτις τὴν μέσσην ὄδον τῆς ἀληθείας ἐβεδάωσε, καὶ αὐτὴ τὰ παρ' ἑκάτερα ἄτοπα, τὸ δισσὸν τῶν ὑποστάσεων, ὅπερ ποιεῖ δύο υἱοὺς καὶ δύο χριστοὺς, ὃ ἐστὶ κατὰ πλεονασμὸν, ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν ἑνδεῖαν, ὅπερ διὰ τὸ ἐνιαῖον τῆς ὑποστάσεως τῆ φύσει τὸ μοναδικὸν δίδωσι, τὴν μέσσην τάξιν ἔχουσαν ὄδον ἀληθείας ἐκράτυνε, καὶ ἀνακηρύττει ἐπὶ τῆς καθ' ὑπόστασιν ἐνώσεως τοῦ Χριστοῦ δύο φύσεις τὰ συνελθόντα, μερῶν τάξιν ἔχοντα ἐν τῷ ἐνὶ Χριστῷ, μίαν δὲ τὴν ὑπόστασιν. Ἐπειδὴ ἡ μεσότης ἐπὶ τι κοινωνεῖ τοῖς ἄκροις, καὶ ἐπὶ τι διαφέρει, καὶ ἐν οἷς διαφέρεται τῷ πλεονασμῷ, κοινωνεῖ τῇ ἑνδεῖᾳ, ἐν οἷς δὲ διαφέρεται τῇ ἑνδεῖᾳ, κοινωνεῖ τῷ πλεονασμῷ. Οἷόν τι φημι· Τὸ τῆς Ἐκκλησίας φρόνημα, διαφερόμενον τῷ τοῦ Ἀρείου κατὰ τὰς φύσεις, κοινωνεῖ τῷ Σαβελλίου, τῷ μίαν φύσιν δοξάζειν· τοῦ δὲ δὴ Σαβελλίου διαφερόμενον κατὰ τὸ μοναδικὸν καὶ συγχυτικὸν τῆς ὑποστάσεως, συμφρονεῖ τῷ τοῦ Ἀρείου κατὰ τὸ τρισσὸν τῶν ὑποστάσεων. Οὕτως ἐνεστὶ σκοπεῖν καὶ ἐπὶ τῆς οἰκονομίας τὴν μέσσην ὄδον τῆς ἀληθείας δόξαν, ἐπὶ τι κοινωνεῖν καὶ διαφέρεισθαι τοῖς ἄκροις· καὶ ἐν οἷς διαφέρεται τῷ πλεονασμῷ, κοινωνεῖ τῇ ἑνδεῖᾳ, ἐν οἷς δὲ διαφέρεται τῇ ἑνδεῖᾳ, κοινωνεῖ τῷ πλεονασμῷ. Οἷόν τι λέγω· Προκείμεθωσαν δόξαι, τοῦ Νεστορίου, φημι, καὶ Εὐτυχοῦς, καὶ Σεβήρου, ἡ μὲν δύο φύσεις καὶ δύο πρόσωπα κηρύττουσα, ἡ δὲ μίαν φύσιν καὶ μίαν ὑπόστασιν δοξάζουσα. Φανερόν ἐστι κατὰ πλεονασμὸν καὶ ἑνδεῖαν ἔσονται ἀντικείμεναι· ἐπεὶ τὰ οὕτως πάντῃ ἀντίκεινται, καὶ οὐδεμίαν κοινωνίαν φύσεως ἢ ὑποστάσεως πρὸς ἀλλήλας κέκτηνται. Οὐκοῦν ληφθήτω τις δόξα, ἡ τὸ μέσον τῆς ἀληθείας ἔχουσα· αὕτη οὖν ἐπὶ τι τοῖς ἄκροις ἐποφείλεται κοινωνεῖν, καὶ ἐπὶ τι διαφέρειν, καὶ ἐν οἷς διαφέρεται τῷ πλεονασμῷ, κοινωνεῖν τῇ ἑνδεῖᾳ, ἐν οἷς δὲ διαφέρεται τῇ ἑνδεῖᾳ, κοινωνεῖν τῷ πλεονασμῷ. Τοιαύτη τις ἐστὶ καὶ ἡ τῆς ἁγίας τετάρτης συνόδου ἐπὶ Χριστοῦ, δύο φύσεις καὶ μίαν ὑπόστασιν κηρύττουσα, ἦτις διαφερομένη τῷ Νεστορίῳ κατὰ τὴν ὑπόστασιν (ὅτι ὁ μὲν δύο, ἡ δὲ μίαν κηρύττει), κοινωνεῖ τῷ Εὐτυχεῖ καὶ Σεβήρῳ, κατὰ τὸ μίαν ὑπόστασιν ὁμολογεῖν καὶ αὐτοῦς. Πάλιν δ' αὖ διαφερομένη τῷ Διοσκίρῳ, καὶ Εὐτυχεῖ, καὶ Σεβήρῳ κατὰ τὴν φύσιν (ὅτι οἱ μὲν μίαν φύσιν ἐπὶ τῆς οἰκονομίας κηρύττουσιν, ἡ δὲ δύο), κοινωνεῖ τῷ Νεστορίῳ, κατὰ τὸ τὰς δύο καὶ μόνον φύσεις δοξάζειν ἐπὶ Χριστοῦ. Καὶ οὐ δεῖ ἐκ τοῦ κατὰ τι κοινωνεῖν, καὶ τὸ ἀπλῶς κοινωνεῖν λογίζεσθαι, καὶ ὡς ὁμόφρονα τὸν κατὰ τι κοινωνοῦντά τινι, ταυτὸν ἐκείνῳ λογίζεσθαι καὶ μυσάττεσθαι. Ἐπεὶ καὶ τὸ ἀληθὲς φρόνημα τῆς Ἐκκλησίας, διότι ἐπὶ τι κοινωνεῖ τοῖς ἄκροις, Ἀρείῳ, φημι, καὶ Σαβελλίῳ, καθὼς ὁ λόγος παρέστησεν, ἀποκηρυχθήσεται. Καὶ τίς ἂν ὑπόσῃ τὸ βλάσφημον; Οὕτως καὶ ἐπὶ τῆς ἐν Χαλκηδόνι ἁγίας τετάρτης συνόδου εὐσεβῶς συνορᾶν ἐνεστὶ· διότι κοινωνεῖ ἐπὶ τι τῷ Νεστορίῳ, ἤδη ὁμο-

φρονεῖν δώσομεν; Οὐμενου. Οὐκοῦν τὴν οὕτως ἄγίαν σύνοδον, τὴν μέσην ἔδδν τῆς ἀληθείας κηρύ-
ξαν, οὐ δεῖ κακοβουλία καὶ ἀμαθεία συκιφαντεῖν
ἔδγμα ὁμολογήσαντα, ἀποδέχεσθαι, καὶ μετὰ τῶν
λόγος ἔδειξε μηδεμίαν κενοφωνίαν εἰσάγουσαν τὴν
τρισὶ συνόδοις, μᾶλλον δὲ, εἰ χρὴ τάληθές εἰπεῖν,
τῆς ἀληθείας βαδίσαι, ὡσπερ ἔχειναι.

ε'. Ἐνεσσι δὲ σκοπεῖν καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς συνόδου,
εἰ ἄρα βούλεται κηρύττειν ἐπὶ Χριστοῦ. Ἐπομένη
γάρ, ὡς αὐτὴ φησι, τοῖς Πατράσι, κατὰ λέξιν ἔδε
φάσκει· Ἐνα καὶ τὸν αὐτὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν
Χριστὸν συμφώνως ὁμολογεῖν ἐκδιδάσκει· διὰ μὲν
τοῦ συμφώνως ἐκείνην τὴν ὑπόψιν προῦποτεμνο-
μένη, τὴν οὐκ ἐκ πάντων ολομένην τῶν συναγηγε-
μένων ἐπισκόπων ἐν αὐτῇ τὴν ὑποκειμένην ἐκθεσιν
γεγονέναι, ἀλλ' ἐξ ἐνίων, οἷς καὶ μόνοις ἀρέσαι τὰ
εἰρημένα. Μετὰ δὲ τοῦτο ὡσπερ συνεκτικωτάτην
πλάνην ἐξιωμένη, λέγω δὴ τὴν τῆς τοῦ Νεστορίου
δυσσεβείας διαίρεσιν, ἐπεισαγομένην τῇ ἀχράντῳ
οἰκονομίᾳ. Διὸ λέγει, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖν
Υἱὸν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· διὰ τῆς τοῦ
ἐνθὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ προσηγορίας, πρόβριζον τὴν τῆς
διαίρεσεως ἐξάρουσα δόξαν· καὶ μᾶλλον διὰ τῆς ἀρ-
βενικῆς προφορᾶς. Ἐνα γὰρ εἶπεν, οὐχ ἕν· καὶ
ταύτη τὴν ὅλην σύνθεσιν ἀποσημαίνουσα, καὶ οὐ
κατὰ μέρος αὐτῆς, ὅπερ εἰκὸς ἦν τὴν ἄλλην ἐνδείκνυ-
σθαι προφορὰν, κἂν τοῦτω μιμουμένη τὸν ἐν ἀγίοις
Γρηγόριον· διὰ μὲν τοῦ, ἄλλος καὶ ἄλλος, τὸ ὅλον
σημαίνουσα, διὰ δὲ τοῦ, ἄλλο καὶ ἄλλο, τὰ μέρη.
Μετὰ ταῦτα δὲ τῆς ἐκ τοῦ ἐναντίου φαύλης δόξης
ὑπονοίας, φησὶ, *Τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν θεότητι, καὶ
τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι*, ἕτερον, οἶμαι,
λέγουσα οὐδὲν, εἰ μὴ τι νομίση τις διὰ τῆς τοῦ ἐνθὸς
προσηγορίας, ἢ γυμνὴν ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν
θεότητα πληρῶσαι τὴν οἰκονομίαν, ἢ τροπὴν ὑπο-
μείναςαν εἰς ἀνθρώπου φύσιν, ἀλλὰ τέλειον τὸν αὐ-
τὸν κατ' ἄμφω ὑπάρχοντα, τὴν τε θεότητα, φησὶ,
καὶ τὴν ἀνθρωπότητα, ὡς ὅλον ἐν τοῖς οἰκείοις μέ-
ρεσι γνωριζόμενον θεὸν ἀληθῶς, καὶ ἀνθρώπον ἀλη-
θῶς, τὸν ἐκ ψυχῆς λογικῆς, καὶ σώματος· καὶ οὐχ
ἀπλῶς δὴ θεὸν, ἢ ἀνθρώπον, ἀλλ' ὁμοούσιον τῷ Πα-
τρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπό-
τητα τὸν αὐτόν. Καὶ τοῖς μὲν ὀρθῶς προσέχουσι τοῖς
εἰρημένοις, οὐδὲν ἔτι ἦν εἰς ἐξήγησιν ὑπολειμμέ-
νον τῆς ἀχράντου οἰκονομίας τῇ συνόδῳ, ἥτις καὶ τὸ
μᾶλλον προῦπιδομένη, λέγω δὴ τὸ ἀπαθὲς καὶ ἀθά-
νατον ἐνίους καὶ ἀφθαρτον ἐκ πρώτης συλλήψεως, τὸ
θεῖον ἐκεῖνο καὶ ἀχραντον τοῦ Κυρίου σῶμα τολμᾶν
ὁμολογεῖν, καὶ ταύτη ἀνατρέπειν τὴν ὅλην οἰκονο-
μίαν, λέγει· *Κατὰ πάντα ὁμοιον ἡμῖν χωρὶς ἁμαρ-
τίας*. Ὅπερ τῆς μὲν ἀγίας ἐστὶ Γραφῆς, εὐκαίρως
δὲ κείμενον ἐνταῦθα, ἐπιστομίζει τοὺς τὰ τοιαῦτα
φρονούντας. Εἰ γὰρ οὔτε πάθος σώματος, οὔτε θάνα-
τος, οὔτε μὴν διάλυσις, ἦν δὴ φθορὰν ἰδίως ἀξιοῦμεν
καλεῖσθαι, ἁμαρτία· χωρὶς δὲ μόνης ἁμαρτίας κατὰ
πάντα τὰ ἄλλα τῆς αὐτῆς ἡμῖν φύσεως ἐστὶ τὸ ἀχραντον
ἐκεῖνο καὶ πανάγιον σῶμα· εὐδὴλον ὅτι ὁ εὐδοκῆσας
θεὸς τὴν ἡμετέραν πτωχείαν λαβεῖν, τοιαύτην ἔλα-
βεν, ἦν καὶ πτωχείαν καλεῖσθαι δικαίως, ἅπαντα

studuit, et concorditer voluit cum illis, tanquam quæ
mediam veritatis viam inierit.

καὶ ἀποπέμπασθαι, ἀλλὰ μᾶλλον τὴ ταύτης ἕρην
λοιπῶν ἀγίων τριῶν συνόδων καταριθμεῖν. Διὸ ὁ
ἀγίαν τετάρτην σύνοδον πρὸς ταῖς λοιπαῖς ἀγίαις
τὴν μέσην ἔδδν

5. Possumus etiam ex eadem synodo colligere,
quid ipsa de Christo profiteatur. *Patrum enim insi-*
stens vestigiis, ut ipsa ad verbum referi, *unam et*
eundem Dominum nostrum Jesum Christum concor-
diter confiteri, nos edocet: per verbum *concorditer*
suspicionem illam tollens, qua existimabatur non
ab omnibus episcopis eodem coactis præpositam
fidei expositionem compositam, sed ab aliquibus
tantummodo, quibus ea dicta in integro fuere.
Postmodum veluti primario, et reliquos continentii
errori, impii duntaxat Nestorii divisioni, in immacu-
latam œconomiam intruso medicina admovens, ait:
Unam et eundem confiteri Filium Dominum nostrum
Jesum Christum, unius *eiusdemque* compellatione
funditus divisionis opinionem evertens, et potissi-
mum masculine pronuntians: *unus enim illi dici-*
tur, non *unam*, atque universam compositionem, et
non partem ipsius exprimit, quod insinuari necesse
erat, si aliter extulisset; in hoc quoque divum Gre-
gorium secuta, per illud, *alius et alius*, totum, per
illud, *aliud et aliud*, partes indicavit. Postea adver-
sæ prævæ opinionis suspiciones tollit dicens, *per-*
fectum ipsum in deitate, et perfectum eundem in
humanitate: tantummodo asserens, nisi quisquam
existimaverit per unius appellationem, aut humana
natura denudatam deitatem, œconomiam adim-
plesse, aut mutationem passam in humana natura
perfectum eundem secundum utraque existentem,
deitatem, inquam, et humanitatem, tanquam qui
totus ac perfectus in propriis partibus agnosceba-
tur, vere Deum, et vere ex animo rationis compote,
et corpore hominem, neque simpliciter Deum, aut
hominem, sed unius cum Patre essentiæ secundum
deitatem, et nobis eundem secundum humanita-
tem; ut qui recta mente dictis animum applicat,
nihil præterea ad perfectam immaculatæ œconomix
expositionem a synodo desideret. Quæ ultra præco-
gnoscens nonnullos nec passioni, nec morti, nec
recurrant, tu ipse, nescio qua ratione, inconsulte nostra deridens, scriptis contradicis, nec sine admiratione hunc in modum loqueris: Aliud quoque admiratione non indignum in tua epistola legimus, secundum Chalcedonensem ideo unam personam et duas naturas censuisse in Christo, quod unum Verbum divino ascribantur passiones, et ad eum referantur, cui beatus Cyrillus, uti par erat, respondit. Verum quæ misceri non possunt immiscens, quæ nulla communione, etiam per intellectam, coniunguntur, eadem ratione perpendis, et sive id libens, sive invitus agas, Deus tantummodo noverit, et nostræ descriptionis, et Nestorianæ vesaniæ discrimen cognoscere renuis. Ille enim idem esse personam et hypostasim existimans, quidque inter utraque intererat, ignorans, et omnem naturam per se subsistentem reputans, secundum hypostasim unionem ægre ferebat, quasi duæ naturæ contraherentur in unione unius personæ. Ipse itaque in Verbum divinum gravissimo peccat, cui divus Cyrillus ab exemplo hominis monstrabat, duas naturas in una hypostasi considerari, ut corporei et incorporei, et si quid dicitur homo pati, ut si uratur, si abscindatur, secundum corpus illud perpeti, anima integra illæsaque remanente. Eadem ratione et de Filio Dei philosophandum est; namque divino Verbo corporaliter patiente, ipse impatibilis, quantum in eo est, qua Deus est absque principio et citra corpus, conservabatur. Et ita Nestorius sentiens contraria scripsit Cyrillo. At sancta quarta synodus alio proposito, et non ut execrandus Nestorius diversitatem naturæ, quam habet ad hypostasim, synodi Patrumque sententiis edocta, et omnem naturam per se minime subsistere posse sciens, cauteque tenens secundum hypostasim, et essentialem unionem in Christo, et sempiternum Verbum in propria hypostasi sustinuisse nostram naturam, et rationem appropriationis, naturalis et essentialis, non personalis, et quæ secundum relationem consideratur, apage, quam Nestorius erga hominem habere Verbum divulgabat, sed potius, ut diximus, naturalis, et essentialis, quæ in unione secundum hypostasim conspicitur, probe sentiens et sempiternum Filium hominem factum sciens assererat, quod Athanasius et Cyrillus Alexandrini antistites, et Patres universi affirmarunt, creata ex immaculata Virgine Maria sibi ipsi carne, animata anima rationis composita et intellectuali, humanam carnem et humanam animam propriam suæ hypostasis effecisse. Et quemadmodum Petrus, vel alius quispiam humanum corpus et humanam animam possidens, homo est, ita et sempiternus Filius creans suæ hypostasi corpus humanum et animam humanam, et ambo propria sibi faciens, vere homo factus est. Cum vero Petri corpus et anima, ambo illius hypostasis, non alterius hypostasis propria sunt, proptereaque ea obtinens omnino humanam habet naturam, quæ

synodus tradit, unum Trinitatis, una hypostasi duas habere naturas, non privatim utraque sua hypostasi separata, sed divina quidem natura ipsi, et Patri, et Spiritui sancto communi, humana natura ipsi et singularibus. At hypostasis ipsius potissimum ipsi soli præ Patre et Spiritu sancto decreta est, et corpus ipsius, et anima proprie utraque ipsius hypostasi præ reliquis hominibus. Ideoque quæcumque subiit et perpressa est sempiterni Dei caro, et humana ipsius anima, ipse sempiternus Filius subiisse et perpressus fuisse dicitur, ipsique vere contigerunt, ipsique vindicantur, quemadmodum quæcumque patitur Petri caro et anima, Petro accidunt, ipsique vere ascribuntur. Proptereaque veritatem confitentes dicimus, ipsum sempiternum Filium esuriisse, sitiisse, turbatum et delassatum fuisse, faciem ipsius alapis cæsam, et sempiterni Filii manus ac pedes clavis affixas, eundem consputum et flagellatum in cruce pependisse, et mortuum, et sepultum, et die tertia resurrexisse. Hæc omnia sempiterno Filio contigerunt. Sed ista perpressus est modo quo pati poterat, hoc est sua ipsius humana carne et anima, non sua ipsius divina natura. Modo itaque naturalis et essentialis appropriationis uni Verbo hæc omnia acciderunt, non ut erat Verbum, ut diximus. Quapropter sancta quarta synodus unam hypostasim et duas naturas in Christo statuit. Verum Nestorius alia ratione Verbi passionem intelligens, ut supra explicavimus, probe a Cyrillo Alexandrino refutatus est. Et hoc quoque inane nulliusque roboris, quod ipse tanquam alicujus momenti afferbas, demonstratum est.

Διὰ τοῦτο ἡ τε ἅγια τετάρτη σύνοδος μίαν ὑπόστασιν καὶ δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ ἐδογματίσεν. Ὁ δὲ Νεστορίος ἐτέρωθι τρόπῳ τοῦ Λόγου νοῶν τὰ πάθη, καθὼς ἀνόπιν εἶπομεν. Διὸ πρὸς αὐτὸν καλῶς ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας Κύριλλος ἀντίειπε. Καὶ τοῦτό σοι ἀποδέδεινται ἔωλον καὶ πάντῃ ἀνίσχυρον.

21. Videamus nunc quid ipse in subsequentibus scribas: namque scriptum tuum ita se habet: *Sed obijciantes dicamus ex oppositis verbis, quæ ipsi dicunt, quemadmodum legimus in epistola; nam si naturas separant, et personas unientes firman, mistio sequitur, et personam fieri addecet, quod Apostolus pro duabus personis scribat. Qui in forma Dei cum esset, formam servi accepit: formam itaque et formam dixit. Nunc itaque quamnam ex his duabus amant onerare personam, quam dicunt unam? Si deitatis, Sabellii errorem incurrent, si humanitatis, quid illud fuerit, quo vere in forma hominis Dominum videbant? Hic enim vero orationem componis veluti ex adversis contra nos prolata, et nos, cum videamur duas in Christo naturas unamque hypostasim asserere, in absurda rapere conaris, ut scilicet ex eo quod nos in absurdum inducis, tuum ipsius dogma, unius nempe naturæ Christum esse comprobes. Quare quod adversus nos a te tanquam certum decernitur, tale quid est, licet stolide exprompsisti, quandoquidem non citra errorem naturæ et hypostasis, personæ nempe nomen, quasi idem significet in œconomix mysterio accipis: et quot sunt naturæ, tot etiam hypostases,*

ἴδια, οὐκ ἄλλης τῶν ἀνθρώπων ὑποστάσεως· ταύτη τοι ἐσχηκώς ταῦτα, πάντως τὴν ἀνθρωπίνην ἔχει φύσιν, ἥτις οὐχὶ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ μόνῃς, ἀλλὰ καὶ ἐκάστης ὑπάρχει τῶν ἀνθρώπων ὑποστάσεως, τούτου χάριν τὸν αἰδίον Υἱὸν ἡ σύνοδος λέγει, ἵνα τῆς Τριάδος ὄντα μίᾳ ὑποστάσει δύο φύσεις ἔχειν, οὐκ ἰδικῶς ἑκατέρας τῇ αὐτοῦ ὑποστάσει διαφερούσης, ἀλλὰ τῆς μὲν θείας φύσεως, αὐτῷ τε καὶ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ὑπεχούσης, τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, αὐτῷ τε καὶ τοῖς κατὰ μέρος. Ἡ μέντοι ὑπόστασις αὐτοῦ διαφερόντως αὐτῷ μόνῳ παρὰ τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀφώρισται, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ καὶ ἡ ψυχὴ, ἰδίως ἀμφοτέρω τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ παρὰ πάντας τοὺς ἀνθρώπους. Διὸ καὶ ὅσα ὑπέστη καὶ πέπονθεν ἡ τοῦ αἰδίου Θεοῦ σὰρξ, καὶ ἡ ἀνθρωπίνη αὐτοῦ ψυχὴ, αὐτὸς ὁ αἰδίος Υἱὸς ὑφυστᾶναι καὶ πεπονθέναι λέγεται, καὶ αὐτῷ συμβέβηκε κατὰ ἀλήθειαν, καὶ αὐτῷ ἐπιγράφεται, ὡς τρόπον ὅσα πάσχει ἡ τοῦ Πέτρου σὰρξ καὶ ἡ ψυχὴ, τῷ Πέτρῳ συμβαίνει, καὶ αὐτῷ κατὰ ἀλήθειαν ἐπιγράφεται. Διὰ τοῦτο τὴν ἀληθινὴν ὁμολογοῦντες λέγομεν, ὅτι αὐτὸς ὁ αἰδίος Υἱὸς ἐπέλασε, καὶ ἐδίψησε, καὶ ἠγωνίασε, καὶ ἐκοπίασε, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐβράβισθη, καὶ ἐνεπτύσθη, καὶ ἐμαστιγώθη, καὶ τοῦ αἰδίου Υἱοῦ καθηλώθησαν αἱ χεῖρες καὶ οἱ πόδες, καὶ αὐτὸς ἐπὶ σταυροῦ ἐκρεμάσθη, καὶ ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη, καὶ ἀνέστη τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. Ταῦτα δὲ πάντα τῷ αἰδίῳ συμβέβηκεν Υἱῷ. Ἀλλὰ ταῦτα πέπονθε καθὼς δυνατόν παθεῖν, τουτέστι τῇ ἑαυτοῦ ἀνθρωπίνῃ σαρκὶ τε καὶ ψυχῇ, οὐ τῇ ἑαυτοῦ θείᾳ φύσει. Τῷ λόγῳ οὖν τῆς φυσικῆς καὶ οὐσιώδους οἰκειώσεως ταῦτα πάντα τῷ ἐνὶ Λόγῳ συμβέβηκεν, οὐ καθὼς Λόγος, ὡς ἔφαμεν.

κα'. Ἴδωμεν δὲ ἐν τοῖς μετέπειτα τί γράφεις· ἔχει δὲ καὶ τὸ σὸν γράμμα οὕτως· Ἀλλ' ἀνθυποφέροντες λαλήσωμεν ἐκ τῶν ἐναντίων ρημάτων, ὧν αὐτοὶ λέγουσι, καθὼς ἀνέγνωμεν ἐν τῷ γράμματι. Ἐὰν γὰρ τὰς φύσεις χωρίζωσι καὶ τὰ πρόσωπα ἐνοῦντες λέγουσι, κρᾶσιν εἶναι λοιπὸν, καὶ πρόσωπον κρᾶσι γίνεσθαι, διότι ὁ Ἀπόστολος διὰ δύο πρόσωπα γράφει, ὅτι ἐν μορφῇ Θεοῦ ὢν, μορφὴν δούλου προσελάβετο. Μορφὴν οὖν καὶ μορφὴν εἶπεν. Ἀρτίως οὖν ποῖον ἐκ τῶν δύο ἀγαπῶσι φορτῶσαι ἐπὶ τοῦ προσώπου, οὗ λέγουσιν εἶναι; Εἰ μὲν τῆς θεότητος, τὴν τοῦ Σαβελλίου ἀσθένειαν ἀσθενήσουσιν· εἰ δὲ τῆς ἀνθρωπότητος, τί ἐστὶν ἐκεῖνο, ὃ ἐν ἀληθείᾳ ἐν μορφῇ ἀνθρώπου τὸν Κύριον ἐβλεπον; Ἐνταῦθα μὲν σχηματίζεις τὸν λόγον, ὡς ἐκ τῶν ἐναντίων καθ' ἡμῶν προβαλλόμενον, καὶ ἡμᾶς ἐν τῷ δοκεῖν τοὺς δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ λέγοντας, καὶ μίαν ὑπόστασιν, εἰς ἄτοπον περιστρέφειν, ἵνα δῆθεν ἐκ τοῦ ἡμᾶς εἰς ἄτοπον ἀπάγειν, τὸ οἰκεῖον αὐτοῦ δόγμα, τὸ μίᾳ εἶναι φύσεως τὸν Χριστὸν, κατασκευάσειας. Τοιγάρτοι τὸ παρὰ σοῦ δογματιζόμενον καθ' ἡμῶν ἐστὶ τοιόνδε, εἰ καὶ ἀνοήτως αὐτὸ ἐξηγήνοχας, ἐπειδὴ ἐσφαλμένως τὸ τῆς φύσεως καὶ ὑποστάσεως, ἡγοῦν προσώπου

ὄνομα ταυτὸν δηλοῦν ἐπὶ τῆς οἰκονομίας ἐπινοῆ, καὶ
 ὄσαι μὲν αἱ φύσεις, τοσαύτας καὶ τὰς ὑποστάσεις,
 ἦγουν πρόσωπα συνεισάγεσθαι δίδως, ἤνίκα ἂν ἡμεῖς
 δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ καὶ μίαν ὑπόστασιν εἰπω-
 μέν, παραυτίκα συνάγεις κατὰ οἰκεῖον θέλημα, ὅτι
 ἀνάγκη, κρᾶσιν συμβαίνει γίνεσθαι τοῖς προσώποις·
 εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον τὸ λέγειν, κρᾶσιν γίνεσθαι τῶν
 προσώπων, ἀνάγκη μίαν ὑπόστασιν ὄντα, ἀνάγκη
 καὶ μίαν φύσιν. Ὡς τῆς ἀμαθίας τῶν ταῦτα λεγόν-
 των! Οὐδὲ γὰρ συνῆκαν περὶ ὧν τε λέγουσι, καὶ περὶ
 τίνων διαβεβαιουῦνται. Τίς γὰρ τῶν εὖ προνοούντων,
 τὸ κοινόν, ἦτοι τὸ καθόλου ταυτὸν φήσειεν ἂν εἶναι
 τῷ ἰδιωτῷ, ἦγουν τῷ καθέκαστα, ὅπερ ἐστὶ πρόσωπον,
 ἢ ὑπόστασις; Τὸ μὲν γὰρ κατὰ πλείωνων εἴωθε φέ-
 ρεσθαι, οἷον ὁ ἄνθρωπος κατὰ Πέτρου καὶ Παύλου,
 τὸ δὲ καθ' ἑνός, ἦτοι τὸ πρόσωπον καὶ ἢ ὑπόστασις,
 καὶ οὐκ ἀνάγκη ἀντιστρέφειν πρὸς ἀλλήλα τὴν τε
 φύσιν καὶ τὸ πρόσωπον· τῷ μὲν γὰρ ὑπόστασιν εἶναι
 λέγοντι, ἀνάγκη παρεῖναι τὴν φύσιν, εἴπερ τὸ πρό-
 σωπον, ἦτοι ἢ ὑπόστασις οὐδὲν ἄλλο ἐστίν, ἢ φύσις
 μετὰ ἰδιώματος, ἢ καὶ ἰδιωμάτων, ὅλον τι καθ' ἑαυτὸ
 λεγόμενον· τῷ δὲ καθόλου, ἦτοι φύσιν φάσκοντι,
 οὐκ ἀνάγκη καὶ τὸ καθέκαστον, ἦγουν τὸ πρό-
 σωπον, ἢ τὴν ὑπόστασιν παρεῖναι. Τὰ γὰρ καθόλου ἐν
 τοῖς καθέκαστα θεωρούμενα, συμπληρωτικὰ τούτων
 ἐστίν, οὐ μὴν τὰ καθέκαστα ἐν τοῖς καθόλου. Οὐκοῦν
 οὐ διὰ τὸ δύο φύσεις λέγειν ἡμᾶς ἐπὶ Χριστοῦ, καὶ
 μίαν ὑπόστασιν, συμβαίνει καὶ προσώπων κρᾶσιν
 γίνεσθαι. Οὐδεὶς γὰρ καταναγκάζει λόγος, ἐπεὶ οὐ
 ταυτὸν φύσις καὶ πρόσωπον, οὐδὲ μὴν ἀντιστρέφει,
 ἵνα ὄσαι ἂν εἶεν αἱ φύσεις, τοσαῦτα καὶ τὰ πρόσωπα.
 Ἐν πολλοῖς γὰρ ἐνεστὶν ἰδεῖν ἐν μιᾷ ὑπόστασις δύο
 φύσεις θεωρούμενας, καὶ δύο φύσεων ὄντων μὴ γί-
 νεσθαι δύο προσώπων εἰς ἑνός προσώπου κρᾶσιν,
 οἷον ἐπὶ τοῦ καθέκαστα ἀνθρώπου, καὶ ἐπὶ τοῦ σι-
 δήρου τοῦ πεφυρακτωμένου, καὶ ἐπ' ἄλλων πλείστων
 δύο φύσεις εὐρηγνται ἀσυγχύτως ἠνωμέναι, οὐ μὴν
 καὶ πρόσωπα δύο, ἵνα καὶ κατὰ κρᾶσιν καὶ ἐν γέ-
 νωνται. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ τοῦ Ἀποστόλου ῥητὸν
 κακῶς συνῆκας τὸ λεγόμενον· *Ὁς ἐν μορφῇ Θεοῦ
 ὑπάρχων, οὐκ ἀρπαγμὸν ἠγήσατο τὸ εἶναι ἴσα
 Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφῇ δούλου λαβών.*
 Τὸ μὲν οὖν τῆς μορφῆς ὁ τε μέγας Βασίλειος ἐν ἰσῶ
 δύνασθαι σημαίνει τῷ ἐν οὐσίᾳ καὶ φύσει τῇ πα-
 τρικῇ τὸν Υἱὸν ὄντα, μορφὴν δούλου, ἦγουν φύσιν
 ἀνειληφέναι τὸν Κύριον, καὶ γεγονότα ἄνθρωπον·
 καὶ ὄσαι ἂν τοῦδε τοῦ ῥητοῦ τὴν ἐξηγήσιν ἐποιή-
 σαντο Πατέρες, ἐν οὐσίᾳ, ἦτοι φύσει, τὸ τῆς μορφῆς
 ὄνομα σημαίνει νοηθῆσθαι. Αὐτὸς οὖν καὶ τότε ταυ-
 τὸν ἠγησάμενος σημαίνει τῷ προσώπῳ καθὰ καὶ
 τὴν φύσιν, ἀμαθῶς καὶ ἀναποδείκτως συμπεραίνει.
 Καὶ ἄλλως εἰς τὸ αὐτό· εἰ μὲν οὖν τὰς φύσεις κεχω-
 ρισμένας, ἦτοι ἰδιοσυστάτους, καὶ καθ' ἑαυτὰς οὐσας
 ἔδογματιζόμεν, οἷον τὸν Θεὸν Λόγον ἰδίως μετὰ τῆς
 θεϊκῆς αὐτοῦ φύσεως ὄντα, καὶ πάλιν ἄνθρωπον καθ'
 ἑαυτὸν προῦποστάντα, καὶ διαπλασθέντα, εἶτα τὴν
 ἕνωσιν τῶν φύσεων λέγοντες, καὶ δύο αὐτὰς ὁμολο-

A vel personas induci concedis, et cum nos duas in
 Christo naturas et unam hypostasim asserimus,
 illico tu pro libidine colligis, necesse esse, mistio-
 nem fieri personarum, quod si id dicere absurdum
 ineptumque est, mistionem personarum fieri ne-
 cesse esse, unius hypostasis cum sit, unius quo-
 que esse naturæ. O ignorantiam similia traden-
 tiam! neque enim norunt, de quibus sermonem
 habent, et de quibus decernunt; quis enim, dum-
 modo animus illius a sapientia et prudentia re-
 motus non sit, commune, seu universale dicet
 idem esse ac individuum, sive singulare, quod est
 persona, sive hypostasis? Hoc enim ad plures re-
 ferri solet, ut homo ad Petrum et Paulum, hoc
 vero ad unum, ut persona et hypostasis: nec est
 B necesse, ut sibi mutuo respondeant natura et
 persona; namque hypostasim esse asserenti, ne-
 cesse est, ut adsit natura, si modo persona,
 sive hypostasis nihil aliud est, quam natura cum
 proprietate, vel proprietatibus, totum quoddam
 per se dictum; at universale, sive naturam enun-
 tianti, non est necesse et singulare, personam
 nempe, aut hypostasim adesse. Universalia enim
 in individuis considerata, horum faciunt ad com-
 plementum, at non singularia in universalibus.
 Non itaque ex eo quod dicimus duas in Christo
 naturas et unam hypostasim, evincimur etiam
 dicere et immistionem personarum fieri. Nulla id
 cogit ratio, cum non idem sit natura et per-
 sona, neque una pro alia sumatur, ut quot sint
 C naturæ, tot etiam sint personæ. In multis enim
 conspicimus in una hypostasi duas naturas con-
 siderari, et duabus naturis existentibus non fieri
 duas personas in unius personæ mistionem, ut in
 singulari homine, et in ferro succenso, et in pleris-
 que aliis duæ naturæ comperiuntur inconfuse
 unitæ, non autem et duæ personæ, ut per mi-
 stionem unum fiant. Similiter etiam Apostoli di-
 ctum non probe intellexisti, quod ait: *Qui cum
 in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est,
 esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit
 formam servi accipiens* *. Nomen itaque formæ et
 magnus Basilius perinde esse idemque innuere,
 ac qui in essentia et natura paterna Filius
 erat, formam servi, hoc est naturam, assumpsit
 Dominus, factusque est homo, et quicumque alii
 D Patres dictum hoc interpretati sunt, in essentiæ
 naturæque significatione formæ nomen acceperunt.
 Tu itaque et hoc non aliud ratus notare quam
 personam, quemadmodum et naturam, temere et
 absque ulla demonstratione concludis. Alia quo-
 que ratione de eodem. Si naturas divisas, per
 se nempe subsistentes, et separatas decerneremus,
 nempe Deum Verbum separatim cum divina sua
 natura, rursumque hominem secundum se antea
 in hypostasi subsistentem, et creatum, tum unio-
 nem naturarum affirmarem, easque duas proff-

* Philipp. ii; 6.

teremur et unam hypostasim, necessario sequeretur, duas personas in unam contractas fuisse, quod si alienum est a Christianorum fide orthodoxa, idque nos tanquam Nestorii sententiam exsecramur, frustra adversus nos similia concludis. Nos enim dicimus divinum Filium divinam naturam in se perfecte habentem, postea naturam humanam cum præscriptis illi proprietatibus in propria hypostasi individuam, et hypostaticum Dominicum hominem facientem, in ipso conceptu ipsi unitum, et non antea conflictum in utero Virginis, sed statim in ipsius prima productione simul tria fuisse, assumptionem, existentiam, et deificationem ipsius a Verbo, sicque intelligi, dicitur Deiparam sanctam Virginem, non tantum ob naturam Verbi, sed ob unionem hominis, quorum simul conceptus et existentia non sine miraculo effectum habuit: conceptio quidem Verbi, carnis vero in ipso Verbo existentia per ipsam Deiparam supra naturam creationem Creatori, et incarnationem Deo, et factori universi, quod erat assumptum deificanti suppeditantem, conservante unitate quæ erant unita, talia et qualia in unionem convenerunt, non divinum, inquam, solummodo, sed etiam humanum Christi, quod erat supra nos et secundum nos. Quod si id est, temere ex eo quod nos de Christo duas naturas et unam hypostasim dicimus, personarum mixturem colligi contendis. Et sane ad vestras querelas, et adversus rectam magnæ et œcumenicæ synodi Chalcedonensis doctrinam criminationes et convicia, nostræ responsiones et instantiæ, per quas a calumniis, qui cum hac sancta synodo quæ sentiunt, vindicantur, illis qui rectum justumque amplecti appetunt, a nobis sic dispositæ hic finem habeant.

22. Reliquum est, ut ea etiam, quæ in vestra professione non tantum ex improbitate, quam antecessæ animo informationis tyrannide depravate intelliguntur et conservantur, gravis enim essem, si discerem ex inscientia et contentione studio, considerem. Non prorsus a recta circa fidem ratione excidistis, sed ex parte, nisi quis proverbii illud velit vobis appingere, Qui parvum negligit, paulatim cadet; quodcumque vero in casum abducit, et casum a Deo, execrationis aversionisque dignum est. Namque Filii et Verbi Dei cum Patre sine principio, et sanctissimo vivificoque ipsius Spiritu ante sæcula existentiam recte secundum catholicam et orthodoxam Ecclesiam tenetis. Præterea Dei Patrisque beneplacito, et sanctissimi Spiritus concursu in utero semper virginis ac Deiparæ Mariæ habitationem, et nostræ naturæ inconfusam et inseparabilem unionem, immutabili remanente Deo Verbo, in propria natura, nempe deitate, et immutabili conservata ipsius humanitate, nempe humana natura, omnia vere præ se ferente quæ hominis sunt, excepto peccato solo, corpus, animam, et mentem. His vero per vos comprobatis, perfectus in deitate et perfectus in humanitate com-

Α γυντες, και μιαν υποστασιν, αναγκη τα προσωπα τα δυο εις εν προσωπον συνηρησθαι. Ει δε τουτο αλλοτριον της των Χριστιανων ορθοδοξου πιστεως (ως γαρ Νεστοριου φρονημα εν μυσαιττομεθα), ματην τδιαυτα καθ' ημων συμπεραινεις. Ημεις γαρ φαμεν τον Θεον Λογον την θελαν φύσιν εν εαυτω τελειαν εχοντα, εϊτα την ανθρωπινην φύσιν μετα των αφοριστικων ιδιωμάτων εν τη ιδία υποστασει ατομωσαντα, και υποστατικον τον Κυριακον ανθρωπον ποιησαντα, εξ αυτης της συλληψεως ενωθεντα αυτω, και μη προδιαπλασθεντα εν τη νηδυι της Παρθενου, αλλ' αμα τη εις το εϊναι τουτου παραγωγη ομου γενεσθαι τα τρια την προσληψιν, την υπαρξιν, την θεωσιν αυτω υπο του Λογου, και οτω νοεϊσθαι και λεγεσθαι Θεοτόκον την αγίαν Παρθενον, ου μόνον διὰ την φύσιν του Λογου, αλλα και διὰ την ενωσιν του ανθρωπινου, εν αμα η συλληψις και η υπαρξις τεθαυματουργηται, η μεν συλληψις του Λογου, της δε σαρκος η εν αυτω τω Λογω υπαρξις δι' αυτης της Θεομητορας, υπερφυως χορηγούσης το πλασθηναϊ τω πλαταντι, και το ανθρωπισθηναϊ τω Θεω και ποιητη του παντος θεουντι το προσλημμα, σωζούσης της ενωσεως τα ενωθεντα τοιαυτα οια και ηνωνται, ου το θεϊον λεγω μόνον, αλλα και το ανθρωπινον του Χριστου, το υπερ ημας και καθ' ημας. Ει δε τουτο, ματην διὰ το δοξάζειν ημας δυο φύσεις, και μιαν υποστασιν επι Χριστου, και προσωπων κρδσιν συναγεσθαι λεγοις. Και αι μεν προς τας καθ' ημων μεμψεις, και τας κατα του ορθου δογματος της μεγαλης και οικουμενικης εν Καλκηδονι συνόδου κατηγορίας και διαβολας, απαντήσεις τε και ενστασεις, δι' ων αθωοι πάντες οι σύμφρονες τη τοιαυτη αγίη συνόδω δεικνυνται τοις ορθως εϊναι βουλομένοις παρ' ημων εκτεθηναι και ενθαδε περιωρισθω.

κβ'. Λοιπον και τα κατα την εμολογιαν ομων ου τοσοουτον εκ μοχθηρίας, εσον τη της προσληψεως τυραννιδι εσφαλμένως νοούμενά τε και φυλαττομενα (δκνηρον γαρ εϊπειν εξ αμαθίας τε και φιλονεικίας), επισκεπτεον. Ου πάντη του ορθου περι την πιστιν διακεπτόκατε λογου, αλλ' επι μέρους. Ει μητι ερα το παροιμακον εκεινω τις βουληθειη ομιν επαφηναϊ ρητων, οτι 'Ο καταφρονων το μικρον κατ' ολιγον πεσειται· πδν δε το εις πτωσιν απάγον, και πτωσιν απδ Θεου, μίσους και αποστροφης αξιον. Την γαρ προαιώνιον του Υιου και Λογου του Θεου συν τω ανάρχω αυτου Πατρι και τω παναγιω και ζωοποιω αυτου Πνεύματι υπαρξιν, ορθως δοξάζετε κατα την οικουμενικην και ορθόδοξον Έκκλησιαν. Έτι γε μην και την ευδοκία του Θεου και Πατρος, και συνεργία του παναγιου Πνεύματος γενομένην του Θεου Λογου εν τη γαστρι της αειπαρθενου και Θεοτόκου Μαρίας, οικησιν τε και της ημετέρας φύσεως ασύγχυτον και αχώριστον ενωσιν, αμεταβλήτου μείναντος του Θεου Λογου τη οικεία φύσει, ηγουν θεότητι, και αμεταβλήτου τηρηθείσης της ανθρωπότητος αυτου, ηγουν της ανθρωπίνης φύσεως, πάντα αφευδως προβαλλομένου του ανθρωπινου πλην της αμαρτίας μόνης, τουτέστι σωμα, ψυ-

χην, καὶ νοῦν. Τούτων δὲ παρ' ὑμῶν ὁμολογουμένων, τέλειος ἐν θεότητι, καὶ τέλειος ἐν ἀνθρωπότητι δεικνύται εἰς καὶ ὁ αὐτὸς ὢν Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν. Εἰ οὖν ὁ Θεὸς Λόγος ἐνωθεὶς τῇ ἀνθρωπότητι, τελείαν ἔχων τὴν θεότητα, τελείαν τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ καὶ καθ' ὑμᾶς φυλάττων ὁμολογεῖται, τίνι λόγῳ οὐχὶ καὶ ἐκ δύο, καὶ ἐν δύο φύσει, καὶ δύο φύσεις ἔχοντα αὐτὸν πιστεύετε, ἀλλὰ μιᾶς αὐτὸν ἀναγορεύετε φύσεως; Εἰ οὖν τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἑκατέρᾳ πεφηνότα φύσει ὁμολογεῖτε, δῆλον ὅτι καὶ ἀριθμῶ ταύτας τὴν τε θείαν φύσιν φημί καὶ τὴν ἀνθρωπίνην, τῷ τρόπῳ τῆς διαφορᾶς ἀριθμουμένης καθυποβάλλετε, καὶ οὐ τῷ διορισμῷ τῆς ὑπάρξεως ὑφ' ἡμῶν καὶ τῆς ἀγίας τετάρτης συνόδου λέγειν ὀριζούσης οὕτως ἐπὶ Χριστοῦ τὰς δύο φύσεις ὁμολογοῦντες, ἐνεὸς τῆς ἀληθείας ἐστήκατε. Εἰ δὲ ὁμολογοῦντες, ὅτι ἐν αὐτῷ τῷ ἐνὶ Χριστῷ ἢ τε θεία καὶ ἀνθρωπίνη φύσις ἐν ἑστὶ, ταύτας δὲ τὰς φύσεις κατὰ τὸ διάφορον οὐκ ἀριθμεῖτε, ἐν δύο φύσεσιν αὐτὸν, καὶ δύο φύσεις ἔχοντα τὸν Χριστὸν λέγοντες, φανερόν ἐστι ἀσύμφωνοι ἀλλήλων ἐστέ, πῆ μὲν ὁμολογοῦντες, πῆ δὲ ἀπαρνοῦμενοι. Διὰ μὲν γὰρ τοῦ μὴ ἀριθμεῖν τὴν διαφορὰν, τὰς φύσεις ἀναιρεῖτε, διὰ δὲ τοῦ ἀναιρεῖν τὰς φύσεις, καὶ τὸ ἀσύγχυτον καὶ τὸ ἀτρέπτρον μετὰ τὴν ἑνωσιν· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὸ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Ὁ δὲ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα, πῆ μὲν ὡς ἔχον φύσεως ἀπαγγέλλων, πῆ δὲ ὡς οὐκ ἐστὶ τὸ αὐτὸ ὡς πρότερον εἴρηκε δισχυριζόμενος, ἢ παραφρονεῖ, ἢ κακουργεῖ, ὧν οὐδέτερον ὑμᾶς εὐχόμεθα πάσχειν. Τὸ μὲν γὰρ ἀθλίον καὶ ἐλπίον, τὸ δὲ κολάσεως ἀξίον. Εἰ δὲ τῶν τοιούτων ἐκτὸς ἐγκλημάτων ὄψασθε ἑαυτοὺς παριστᾶν, ὁμολογοῦντες τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ κατὰ θεότητα ἔχειν τὸ ὁμοούσιον, πρὸς τὰ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ ἀριθμεῖτε δηλονότι λέγοντες, Δύο φύσεις ἔχει ὁ Χριστὸς, καὶ ἐν δύο φύσεσιν, καὶ δύο φύσεων εἶναι μετὰ τὴν ἑνωσιν ἐν μιᾷ ὑποστάσει, καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον τοῦτο θεσπίσασαν μεθ' ἡμῶν σεβάσασθε, καὶ οὕτως ὀρθοδόξως πολιτεύεσθαι θαρρείτε. Τὸ δὲ λέγειν, Καὶ οὐκ ἀπλήν ὁμολογοῦμεν τῶν φύσεων τὴν ἑνωσιν, θεότητος, φημί, καὶ ἀνθρωπότητος, εἰ μὲν τὸ συντεθὲν μιᾶς ὑποστάσεως, δύο τε φύσεις ἔχειν φαίητε, ὅπως ὀρθῶς καὶ μετὰ ἀληθείας λογισθήσεσθε· εἰ δὲ τὸ ἐκ διαφόρων φύσεων μιᾶς συνθέτου φύσεως ἀποτελεσθὲν καθάπερ ἐπ' ἀνθρώπου ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος μία φύσις ἀποτελεῖται, οὕτως ὁμολογεῖτε, φανερόν ἐστι τὰς οικείας ὁμολογίας ἀναιρεῖτε. Δέδεικται γὰρ διὰ πολλῶν ἐμπροσθεν ἐπιχειρημάτων, ὅτι τὰ ἀσύγχυτως συντιθέμενα, καὶ μίαν φύσιν ἀποτελοῦντα, μήτε αὐτὰ πρὸς τὰ ἐξ ὧν συνετέθη ὁμοούσια, ἢ ὁμοφυῆ εἶναι, ἢ τὰ ὑπὸ τῆς κοινότητος αὐτῶν ἀναγόμενα ἄτομα. Εἰ δὲ τοῦτο, ὁ Χριστὸς οὐκ ὁμοούσιος τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Εἰ δὲ τὸ ὁμοούσιον καὶ ἐν τῇ ἑνώσει βούλεσθε διασῶζειν, τὸ δοξάζειν μίαν φύσιν ἐπὶ Χριστοῦ ἐξ ὑμῶν ἀπορρίψατε. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ ἐπόμενα ἄτοπα ἐκ τῶν παρ' ὑμῖν ὁμολογουμένων ἐπὶ τῆς τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ συμβαίοντα ἐνανθρωπήσεως, διὰ τὸ μὴ ἔπεσθαι

A monstratur unus et idem Christus Deus noster. Si itaque Deus Verbum unitus humanitati perfectam habens deitatem, perfectam suam humanitatem, vobis hoc idem non abnuentibus, conservat, quam ob causam ex duabus, et in duabus naturis, et duas eum naturas habere non creditis, sed eum unius naturæ tantum pronuntiat? Si perfectum ipsum in utraque apparuisse natura constitimini, manifestum est, vos easdem, divinam scilicet naturam et humanam, differentiarum ratione numeratas, numero subijcere, et non existentiarum determinatione, ita sancta quarta synodus injungente. Sic in Christo duas naturas asserentes a veritate non aberratis. Quod si affirmantes in ipso uno Christo divinam et humanam naturam fuisse, naturas secundum differentiam non numeratis, in duabus naturis, et duas naturas Christum habere probantes, palam est, vos inter vos non convenire, nunc quidem consentes, nunc abnegantes: ex eo enim quod differentiam non numeratis, naturas tollitis, et ex eo quod naturas tollitis, tollitis etiam inconfusam, et immutabile post unionem, et per consequens consubstantiali Patri secundum deitatem, et consubstantiali nobis secundum humanitatem. Qui vero rem eandem nunc quidem ut se habet pronuntiat, nunc eam non ita se habere, ut antea dixerat, contendit, aut mente captus est, aut malitiose agit, quorum nulli ne obnoxii sitis Deum exoramus; id enim miserum et commiseratione, hoc castigatione dignum est. Si autem vos ab his criminationibus exemptos judicatis, dum fatemini, Filium Dei secundum deitatem habere naturam eandem cum Deo Patre, et nobiscum secundum humanitatem, et numeratis, verbi gratia dicentes, Duas naturas habet Christus, et in duabus naturis, et duarum naturarum est post unionem in una hypostasi, et Chalcedonensem synodum illud decernentem nobiscum veneramini, sic ut orthodoxi pie vitam agentes, bono sitis animo. Sic dicere, Non simplicem constemur naturarum unionem, deitatis nempe et humanitatis, si compositum unius hypostasis duas naturas habere concesseritis, recte equidem nec citra veritatem opinamini. Quod si ex diversis naturis unius compositæ naturæ effectum, ut de homine ex anima et corpore una natura efficitur, hac ratione profiteremini, manifestum est, vos vestras confessiones destruere: antea enim multis argumentationibus demonstratum est, ea quæ inconfuse uniuntur et unam naturam efficiunt, non esse cum illis, ex quibus composita sunt, neque ejusdem essentiae, neque ejusdem naturæ, aut quæ sub universitate eorum referuntur individua. Id si est, Christus non erit consubstantialis Deo et Patri secundum deitatem, et nobis secundum humanitatem. Quod si consubstantiali etiam in unione conservare prætenditis, unam in Christo naturam tenere, a vobis abjicite. Et hæc quidem absurda consequuntur ex iis, quæ a vobis astruuntur de

Filii Dei incarnatione, quod vos non sequimini rectam Christianæ fidei traditionem a sanctissima et œcumenica Chalcedonensi synodo traditam. Ex eo porro quod vds illius sana exquisitaque decreta improbatis inverecunde, imo stulte intelligitis, erratisque circa ea, quæ de incarnatione unigeniti Filii Dei et Domini nostri Jesu Christi dicuntur, hæc sunt:

23. Concursus autem dictionem vulgaris suti-
lisque plebeculæ usus de duobus, aut pluribus de-
certantibus, aut equo, pedibusque de cursu conten-
dentibus accipit, at sapientium virorum conceptus
non hoc tantummodo notare concursum vult, sed
et duarum, aut plurium rerum celerem ac subita-
neam in idem absque ullo temporis intervallo ter-
minationem, quemadmodum in paralytico factum
agnovimus: statim enim atque dixit Dominus: *B*
Surge, et ambula, Subito, ait evangelista, surrexit
*et ambulabat*¹⁰. Pernicem itaque Dominici imperii
absolutionem cum paralytici sanitate concursum
sapientes nuncupant; simul enim cum Dominica
jussione hominis sanitas cucurrit. Similiter et in
sacro Petri, et maris increpatione, et similibus.
Patres itaque duarum naturarum in eodem et uno
Christo Domino nostro concursum astruentes, nihil
aliud innuere videntur, quam citra ullam exspe-
ctationem, et absque ullo temporis intervallo, simul
atque Excelsissimi virtus semper Virgini Deiparæ
obumbravit, duarum naturarum unionem effectisse.
Vos vero secundum priorem significatum concursus
divinæ cum humana natura unionem accipientes,
divisam et propria hypostasi subsistentem utram-
que essentiam Patres asseruisse calumniamini:
vestramque ignorationem Patrum blasphemiam
rati, longe a veritate, et, quod idem est, salute
aberrastis. Edocti itaque et hujusce concursus
significatum, et usum in Filii Dei incarnatione, ex
ea quæ ab ignoratione oritur maledicentia recedite,
et in exactam duarum naturarum in Christo unio-
nem, quam nos tuemur, confugite. Namque ex eo
consequenti primū quidem catos sapientesque
reputari, postmodum veritatem, in quibus decer-
nitis, sectari. Quodsi nonnulli ex hæreticis concur-
sus nomen secundum primum significatum in pro-
prii dogmatis subdolam fraudem assumpserunt,
ideoque illud rejicitis in unione divinæ humanæque
naturæ unius Domini nostri Jesu Christi, nunc cum
alterum illius significatum apprehenderitis, deque
unione firmum illius ac cautum callentes, eum in
posterum ne negligatis: neque enim æquivocatio
eorum, qui non ita se habent, proprie ita se
habentia destruit. Quando vero uni Domino
nostro Jesu Christo omnes uno consensu, quæ
in Evangelio referuntur, dejecta excelsaque
vindictis, corporeo incorporeoque insepara-
biliter inconfuseque in eo conservatis, cuinam
ex naturis, quæ in uno Christo convenerunt dejecta
ascribetis, quale illud fuerit proficere ætate, cola-

A ὁμᾶς τῇ ὀρθῇ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως ἐκθέσει
παρὰ τῆς ἀγιωτάτης καὶ οἰκουμενικῆς ἐν Χαλκηδόνι
τετάρτης συνόδου. Ἄ δὲ δι' αὐτὸ τοῦτο τὸ ἀθετεῖν
ὁμᾶς τὰ ἀκριβῆ ταύτης δόγματα ἀναιδῶς, μᾶλλον δὲ
ἀμαθῶς νοεῖτε, καὶ ἀμαρτάνετε περὶ τὰ λεγόμενα
ἐπὶ τῇ ἐνανθρωπήσει τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ,
Κυρίου δὲ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ταῦτά ἐστι.

κγ'. Τὴν δὲ λεγομένην συνδρομὴν, ἡ μὲν τοῦ
πολλοῦ καὶ ἀγυρτώδους λαοῦ χρῆσις, ἐπὶ τινῶν δύο
ἢ καὶ πλείονων ἀμιλλωμένων, ἱππαζομένων τε
καὶ πεζῇ τὸν δρόμον ἐξανυόντων παραλαμβάνει· ἡ δὲ
τῶν σοφῶν ἀνδρῶν διάνοια, οὐ τοῦτο μόνον σημα-
νειν τὴν συνδρομὴν βούλεται, ἀλλὰ καὶ τὴν δύο
τινῶν ἢ καὶ πλείονων πραγμάτων ὀξεῖαν καὶ ἀκαρῆ
εἰς ταῦτὸ περάτωσιν παντὸς χρονικοῦ διαστήματος
ἀνευ, ὡς ἐπὶ τοῦ παραλυτικοῦ τοῦτο γεγονός ἐγνωμεν.
Ἄμα γὰρ ἔφη ὁ Κύριος, Ἔγεραι καὶ περιπάτει,
Εὐθέως, φησὶν ὁ εὐαγγελιστῆς, ἀνέστη καὶ πε-
ριπάτει. Τὴν οὖν ὀξεῖαν τῆς προστάξεως τοῦ Κυ-
ρίου πλήρωσιν μετὰ τῆς τοῦ παραλύτου ὑγείας,
συνδρομὴν οἱ σοφοὶ λέγουσι. Συνέδραμε γὰρ τῇ
Δεσποτικῇ κελεύσει καὶ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ὑγεία.
Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ Πέτρου πενθερᾶς, καὶ τῆς
ἐπιτιμήσεως τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν τοιοῦτων. Οἱ
οὖν Πατέρες συνδρομὴν λέγοντες τῶν δύο φύσεων ἐν
τῷ αὐτῷ καὶ ἐν Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, οὐδὲν
ἄλλο δηλοῦν φαίνονται, ἢ ὅτι πάσης ἀναμονῆς ἐκτὸς
καὶ παντὸς χρονικοῦ διαστήματος ἅμα ἐπεσκέασεν ἡ
τοῦ Ὑψίστου δύναμις τῇ Ἀειπαρθένῳ Θεοτόκῳ, τὴν
τῶν δύο φύσεων ἔνωσιν ἀπειργάσατο. Ὑμεῖς δὲ κατὰ
τὴν προτέραν σημασίαν τῆς συνδρομῆς τὴν ἔνωσιν
τῆς θεϊκῆς φύσεως μετὰ τῆς ἀνθρωπίνης ἐκλαμβα-
νόμενοι, διαιρετὴν, καὶ καθ' ἑαυτὴν ὑφραστάναι
ἐκατέραν τῶν οὐσιῶν τοὺς Πατέρας εἰρηκέναι συ-
κοφαντεῖτε, καὶ τὴν ὑμετέραν ἀγνοίαν, Πατρικὴν
βλασφημίαν οἰόμενοι, μακρὰν τῆς ἀληθείας, καὶ
ταῦτὸν φάναι, τῆς σωτηρίας, ἀποπεπλάνησθε. Με-
μαθηκότες οὖν καὶ ταύτης τῆς συνδρομῆς τὴν
σημασίαν, καὶ τὸ ταύτης χρειώδεις εἰς τὴν τοῦ
Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐνανθρώπησιν, ἀπόστητε τῆς κατ'
ἀγνοίαν ὁμῶν δυσφημίας, καὶ εἰς ἀκριβῆ ἔνωσιν
τῶν δύο ἐν Χριστῷ φύσεων ταύτην, καθὼς ἡμεῖς,
προβάλλεσθε. Ἐφεται γὰρ ὁμῖν ἐκ τοῦτου, πρῶτον μὲν
τὸ σοφοὺς καὶ εἰδήμονας πεφνημέναι, ἔπειτα δὲ καὶ
τὸ ἀληθεῖς, ἐν οἷς δογματίζετε, διαγγέλλεσθαι. Εἰ δὲ
καὶ τινες τῶν αἰρετικῶν τὸ τῆς συνδρομῆς ὄνομα
κατὰ τὸ πρῶτον σημαίνόμενον ἐξελάβοντο εἰς τὴν
τοῦ οἰκείου δόγματος κακουργίαν, καὶ διὰ τοῦτο παρ-
αιτεῖσθε ταύτη ἐπὶ τῇ ἔνωσει τῆς θείας καὶ ἀνθρω-
πίνης φύσεως τοῦ ἐνὸς Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ,
νῦν τὸ δεύτερον σημαίνόμενον ταύτης κατανενοηκότες,
καὶ τὸ ἐκ τοῦτου ἀσφαλὲς περὶ τὴν ἔνωσιν μεμαθη-
κότες, τοῦ λοιποῦ ταύτην μὴ ἀπαγορεύσητε. Οὐδὲ γὰρ
λυμαίνεται ἡ ὁμωνυμία τῶν μὴ οὕτως ὑπαρχόντων
τὰ κυρίως ὄντα πράγματα. Ἐπειδὴ δὲ τοῦ αὐτοῦ
ἐνὸς Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἶναι ὁμολογεῖτε
τὰ ἐν Εὐαγγελίῳ φερόμενα ταπεινά τε καὶ ὑψηλά, τοῦ

¹⁰ Matth. ix, 5.

τε σώματος καὶ τοῦ σώματος ἀπαρασπάστως καὶ ἀσυγχύτως ἐκ' αὐτοῦ φυλαττομένων, πότερον ποῖα τῶν συνελθουσῶν φύσεων ἐν τῷ ἐνὶ Χριστῷ τὰ ταπεινὰ δώσετε, τῇ ἀνθρωπίνῃ, ἢ τῇ θεῖα, τουτέστι τὸ προκόπτειν ἡλικίᾳ, καὶ τὸ βαπίζεσθαι, τὸ δεσμεῖσθαι, τὸ ἤλοις πεπερονῆσθαι, τὸ τεθνάναι, καὶ τὰ τοιαῦτα; Εἰς μὲν γὰρ ἀληθῶς καὶ ὁ αὐτὸς ἐστὶ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ὁ ταῦτα ὑπομεμενηκώς· ἀλλ' οὐδεὶς νοῦν ἔχων κατὰ τὴν θεϊκὴν ταῦτα ὑπομενηκέναι φύσιν ἔρει. Ἀπαθὴς γὰρ ἡ θεῖα φύσις, καὶ αὐξήσεως ἀνεπίδεκτος. Ὅμως γε πέπονθε ταῦτα ὁ αὐτὸς Κύριος ἀληθῶς. Ἀρ' οὖν οὐχὶ καὶ αὐτοὶ οἱ λίθοι κεκράζονται, κὰν ὑμεῖς σιγήσητε, ὅτι κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην αὐτοῦ ταῦτα φύσιν ὑπέστη ὁ τέλειος ἐν θεότητι, καὶ τέλειος ἐν ἀνθρωπότητι, εἰς Κύριος Ἰησοῦς; Εἰ δὲ κατὰ ἀνθρωπίνην αὐτοῦ ταῦτα φύσιν ὑπέστη, δῆλον ὅτι ἐν δύο φύσεσι θεωρεῖται ὁ εἰς τῷ προσώπῳ καὶ τῇ ὑποστάσει Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. Τὰς δὲ κατὰ τοῦ Νεστορίου τοῦ ἐπαράτου μέμφεις καθ' ἡμῶν τῶν ἐν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν εἰδόντων ἐν τῷ ἐνὶ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν, ἀφρόνως ἐπιφημίζετε. Ἡμεῖς γὰρ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἔνωσιν ἐν τῷ Χριστῷ ὁμολογοῦντες, καὶ ἐν αὐτοῦ πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν μετὰ τὴν ἔνωσιν δοξάζοντες, καὶ τὴν ἐν γαστρὶ τῆς ἀειπαρθένου σκήνωσιν ἀνυμνοῦντες, καὶ τὴν αὐτοῦ πανάμωμον Μητέρα Θεοτόκον κυρίως δοξάζοντες, καὶ ἓνα τὸν αὐτὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Υἱὸν τῆς Παρθένου ὁμολογοῦντες, ὧν ἀπάντων οὐδὲν ὁ μάταιος ἐκείνος καθωμολόγει, πῶς τῆς αὐτῆς αὐτῷ μέμφεως κριθείημεν ἀξιοὶ παρ' ὁμῶν; εἰ μὴ τι ἄρα τὸν ὁμῶν ἐφαρμόζοντα ψόγον διὰ τὴν ἐξ ἀμαθείας τοῦ ὀρθοῦ δόγματος παρατροπὴν ἀποτρέψαι βουλόμενοι, διὰ τῆς καθ' ἡμῶν τῶν ὀρθῶς φρονούντων ἀλόγου διαβολῆς τοῦτο ποιεῖν προαιρήσθε. Ἡ δὲ καθ' ἡμᾶς ἀμώμητος καὶ ἀδιάβλητος δόξις, περὶ τε τῆς κατὰ τὴν ἁγίαν Τριάδα θεολογίας, περὶ τε τῆς κατὰ τὴν ἑσαρξον οἰκονομίαν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ὀρθοτομίας ἐκ τοῦ παρ' ἡμῶν ὁμολογουμένου ἱερωτάτου καὶ θελοῦ συμβόλου δείκνυται, ἀρξαμένου μὲν ἀπὸ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου Πατέρων, καὶ διὰ τῶν λοιπῶν ἁγίων τε καὶ οἰκουμενικῶν ἐξ συνόδων βεβαιουμένου, ἧκου ἄρα καὶ τοῦτο κακῶς ὑμεῖς νοοῦντες μέτρου, ἐπεὶ καὶ κόρος λόγου πολέμιος ἀκραΐς.

A phis cædi, vinculis alligari, clavis transfigi, mori, et similia? humanæ, an divinæ? Unus enim est vere idemque Deus et homo, qui illa sustinuit. Sed nemo, dummodo cor habeat, secundum divinam illa tolerasse naturam dicet: neque enim passionibus obnoxia est divina natura, et capax incrementi: nihilominus ea vere perpassus est idem Dominus. Annon igitur saxa ipsa clamabunt, etiamet vos tacueritis, secundum humanam ipsius naturam hæc subiisse, perfectum in deitate, et perfectum in humanitate unum Dominum Jesum? Quod si secundum humanam ipsius naturam illa passus est, jam palam est in duabus naturis esse unum persona, et hypostasi Dominum nostrum Jesum Christum, et execrandi Nestorii adversus nos, qui unam personam et unam hypostasim conillemur in uno Christo Deo nostro, criminationes insipienter intorqueri. Nos etenim, qui secundum hypostasim unionem in Christo constemur, et unam ipsius personam et unam hypostasim post unionem teneamus, et in utero semper virginis habitationem celebramus, et ipsius Matrem immaculatam Deiparam proprie prædicamus, et unum eundemque Filium Dei et Filium Virginis astruimus, ex quibus omnibus nihil insipiens ille asseverabat, quomodo eadem atque ille criminatione notaque a vobis merito condemnabimur, nisi vituperationem, quam vos propter ignorance et a recto dogmate aberrationem commiseritis, avertere contendentes, per irrationabilem calumniam in nos, qui probe sentimus, conferre studetis? Verumtamen nostra inculpata innoxiaque opinio tum de sacra Triadis theologia, tum de incarnationis œconomix Filii Dei rectitudine ex sacrosancto divinoque symbolo, quod nos profitemur, incepitque a ter centum decem et octo sanctis Patribus, in Nicæna synodo congregatis, et a reliquis sanctis sex œcumenicis synodis constabillitur, nisi id etiam vos per importunam amentiam haud recte intelligentes, criminari non veremini, late patenterque demonstratur. Et hæc quidem plus satis sint, et prætor mensuram, cum et sermonis satietas auribus adversetur.

διασύρει πειράσεται. Καὶ ταῦτα μὲν πέρα τοῦ

DE SEQUENTI NICETÆ BYZANTINI OPERE MONITUM.

(Ang. Mai, *Bibliotheca nova Patrum*, t. IV, p. 321.)

Fridericus Sylburgius in præfatione libelli sui, quem *Saracenicæ* inscripsit, ediditque anno 1595, sic scribit: « Romæ in Vaticana bibliotheca exstare dicitur Nicetæ Byzantini philosophi contra Mohamedem liber, et epistolæ ab Agarenis missæ confutatio, ad Michaelē Theophili filium, imp. Constantinopolitanum. Sed quoniam neque illius neque hujus exemplaria Græca nauscisci nobis licuit, alia eorum edendorum exspectanda fuit occasio. » Vides annos 250 et amplius effluxisse ex quo Sylburgius, facto Vaticani codicis indicio, optavit hunc Byzantinum Nicetam edere, quem nos demum post tantam temporis intercapedinem in sempiternam lucem protrahimus. Cæteroque Sylburgii dictum, ut sit in rebus absentibus, non est undique exactum: nam non una, sed duæ sunt Agarenorum epistolæ, hasque ad Michaelē

Imp. missas titulus dicit, non autem diserte quod Nicetas ipsarum refutationem ad Michaellem scripserit. Decennio post Sylburgium Ant. Possevinus in Apparatus principis editione Veneta t. II, p. 477, et t. III, in catalog. p. 16, plenior et accuratior operis Nicetiani titulum recitavit, eatenus tantum mendose, quatenus pro *Theophili* utroque in loco scripsit *Theophylacti*. Reliquos, qui ex prædictis hausere, prætermitto bibliographos, excepto tamen Leone Allatio, qui in calce prioris tomi *Græciæ orthodoxæ* diserte contendit Nicetam hunc Byzantinum eundem esse, qui et Nicetas David, et Paphlago, et Dadybrorum etiam episcopus, appellatur. « Floruit, inquit, Michaelis, Basilii et Leonis, Imp. ætate, ut colligitur ex præmio vitæ S. Ignatii patriarchæ, quam ille neque indocte neque ineleganter concinnavit, et aliis ejusdem scriptis : » quo postremo dicto (de scriptis ætatem Nicetæ designantibus) intelligi ab Allatio puto refutationem præsertim quam fecit Nicetas noster epistolarum ab Agarenis ad Michaellem imp. missarum. Pergit ibi Allatius Nicetæ scripta recensere, quorum prope extrema ponit hæc adversus Mohamedem et Agarenos dictata; neque tamen codicem Vaticanum, qui ea continet, nominat aut se novisse demonstrat. Habuit sane Allatius aliud Nicetæ egregium opusculum pro concilio Chalcedonensi ad Armeniæ principem; idque in prædictum *Græciæ orth.* tomum inseruit, indubitanter affirmans unius ejusdemque Byzantini Nicetæ setum esse; id quod ego verissimum judico, quia præter cæteram styli similitudinem, clausula certe prædicti opusculi eadem omnino est, quæ in duarum ad Michaellem imp. epistolarum refutatione conspicitur. De hoc demum Nicetæ ejusque scriptis uberius dixit Allatius in inedita adhuc dissertatione sua de viginti Nicetis, cujus ego particulam de nostro loquentem vulgavi in præf. ad t. IX *Scriptorum veterum*; neque tamen hanc ipsam dissertationis particulam dedi integram, quia id tunc præter argumenti mei propositum erat. De veteri operis Nicetiani notitia hactenus. Cur autem Byzantinum hunc Nicetam nonnulli bibliographi in XII sæculo collocent, equidem nescio, neque ejus rei documenta ulla afferri video; nisi forte tot Nicetarum copia perturbationem, ut sit, in ipsorum historiam invexit. Sed ut jam propius ad rem accedam, ego quidem quanquam nondum inspexeram Sylburgii, Possevini et Allatii testimonia, nihilominus in meis ante complures annos bibliothecæ Vaticanæ cui præeram perlustrationibus, hunc codicem observaveram sub numero 681, pulchrum sane, antiquum, membraneum, integerrimum. Attamen aliis editionibus occupatus, Nicetam plus nimio distuli: sed nunc demum de codicis, ut reor, unici incertis fati cogitans, qui casu aliquo perire aliquando posset; tum etiam rei sine dubio bonæ dulcedine et utilitate illectus, exscribendum manu propria, Latinum quoque labore meo ut cætera omnia faciendum, et typis mora omni abrupta tradendum judicavi.

Nunc de ipso opere breviter præfandum est. Ludovicus Maraccius, qui pharises cunctos refutati Alcorani laude superavit, queritur in præfatione ad prodromum de illorum exiguo numero, saltem veterum, qui contra Mohamedem ejusque librum calamum strinxerunt, et pauca certe nomina recitat, Joan. nempe Damascenum, Joan. Cantacuzenum, Petrum Cluniacensem, et Chaldæos duos. Atqui dilatare numerum parumper poterat, citato Euthymio Zygabeno cum aliis brevibus ejusmodi scriptis, edente Sylburgio; Theodoro Abucara, edente Gretsero, quanquam hic præ Zygabeno valde tenuis est. Sed enim in Romanis Gr. codicibus erant: 1. Ejusdem Zygabeni dialogus adversus Mohamedem, quem nos vulgavimus. 2. Nicetæ Choniatae capitulum in *Panoplia*, quod nos in Romanum jam Spicilegium intulimus. Sed quod omnem copiam superat, erant Arabici codices Vaticani, quorum catalogum a nobis ex Assemani schedis editum qui legerit, numerosam adversus Alcoranum Christianorum scriptorum instructam aciem conspiciet; videlicet in codicibus Arabicis 99, 112, 113, 114, 118, 119, 127, 128, 135, 141, 143, 180, 504, 545, 550, 645, et fortasse aliis. Utique magnus Maraccius in prædicta præfatione p. 7 globatim memorat Arabicos codices diversarum Romanæ urbis bibliothecarum, qui ei adjumento fuerunt, ut in scholiis et in polemicis disputationibus postea demonstravit, ubi lautas Arabum de hac controversia scriptorum opes exposuit; rectius tamen fecisset, vel certe hodiernæ methodo accommodatius, si singulorum quibus usus est codicum nominatim catalogum vel notitiam perscripsisset.

Jam vero fructus hujus nostræ Nicetæ editionis multiplex, ut spero, futurus est. 1. Christianæ religionis nova defensio, et Mohamedanæ superstitionis fraudisque accusatio atque subversio. 2. Theologiæ apud Græcos scholasticæ seu speculativæ imaginem genuinam hic aspiciamus, et qua methodo, quo acumine, quibus dialecticæ et communium notionum, sive sensus, viribus, Trinitatis præsertim perdifficile perobscurumque mysterium apud ethnicos Mohamedanosque Christiani approbarent: In qua profecto disputationis parte Nicetas noster mirabilis est; Græcique ingenii et doctæ solidæque subtilitatis insigne exemplum suppeditat. 3. In singulorum satanici libri capitum confutationibus, recitatur Græce Mohamedis textus, vel ipso Niceta interprete, vel ex cujusvis Græci hominis translatione, quam nunc neque in libris editis, neque in ipsis ut arbitror manuscriptis codicibus videre est. Certe Græcos Alcoranum non semel tantummodo, sed fortasse pluries, ad linguam suam transtulisse, dubitari nequit; cum immanem sectam in prospectu, imo et in imperii visceribus receptam haberent, et cum ejus doctoribus necessario contenderent; id quod Græca monumenta superstitionum disputationum testantur. Nunc itaque festivum est videre, quantopere interdum Græcus Alcorani textus apud Nicetam ab Arabico, quem vulgo legimus, differat: quam rem, partim ex interpretis Græci imperitia, partim ob polysema Arabicæ linguæ vocabula, partim denique propter ipsius Alcorani editionum varietatem, contigisse creandum est. Nam

septem criticas diversasque Alcorani Arabici editiones nominat Herbelotius, Medinenses duas, prætereaque Meccanam, Cufensem, Bassorensem, Syriaticam, et κοινήν sive vulgatam : quarum varietas Coranicis Arabum interpretibus uberrimam disserendi copiam obtulit. Porro quod nulla apud Græcos Alcorani translatio superesse nunc videatur, odio rei scilicet factum credo. Ecce enim ne Latini quidem Alcoranum habuerunt usque ad Petrum Cluniacensem, qui illum in Hispania per Robertum Retenensem, rudelicet opere, ex Arabico interpretandum curavit, atque ad divum Clarævallensem Bernardum misit, et Theodorus Bibliander anno 1550 apud Helvetios prelo commisit. Ante hanc tamen editionem Alcoranum Itali lingua propria ex Latino Revenensis textu vulgaverant anno 1547, editore Andrea Arrivabenio, typographo Veneto; quem nitidum, ætatisque librum, nec facile obvium, multi, quos inter ipse Maraccius, ignorant. Longe recentiores sunt Ryerii et Savarii sermone Gallico editiones, itemque duæ lingua Germanica, quas Bern. Rubens, magister olim meus, in Lexico auct. Arab. memorat. Sed nostri demum Maraccii anno 1698 interpretatio optima lucem aspexit, cui philarabes cuncti fasces submiserunt. Quamquam vero hæc operis Nicetæ editio multas postulare videbatur tum criticas tum historicas adnotationes, et quandoque etiam grammaticales in dissidentibus ab Arabico sensibus; ego quidem ad alia propeaus suspenso propemodum aut certe levi pede omnia transiliam; nisi forte per otium postea locus aliquis paulo accuratius exponendus videbitur.

ΝΙΚΗΤΑ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΑΝΑΤΡΟΠΗ ΤΗΣ

ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΑΡΑΒΟΣ ΜΩΑΜΕΤ ΠΛΑΣΤΟΓΡΑΦΗΘΕΙΣΗΣ ΒΙΒΛΟΥ

NICETÆ BYZANTINI PHILOSOPHI

CONFUTATIO

FALSI LIBRI QUEM SCRIPSIT MOHAMEDES * ARABS.

ΠΡΟΓΡΑΜΜΑ.

α. Μεγάλων καὶ τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀξίων ὑπαρχόντων πάντων πρῆσβε(β)ων (1) τῷ θεοφιλεστάτῳ βασιλεῖ, λόγους γεραίρειν αὐτὰ, διὰ τὸ μέγεθος, καὶ μέτρῳ περιορίζειν, διὰ τὸ ἀπειρον, οὐχ ὅτι τε ἐσόμεθα τὸ παράπαν· ἀλλ' ἡ τοῦ θαυμάζειν παρασκευάζουσα πᾶσαν διάνοιαν ἐκπληξίς, καὶ τοὺς ὑψηλοὺς τὸν νοῦν κηρύττειν καὶ διαγγέλλειν σαφῶς ἐξείργουσα, τοῦτο τὸ ἔργον [cod. τούτων τὸ ἔργον] ἡμᾶς τοὺς χαμαιζήλους ποιεῖν κατηνάγκασεν· οὐκ ἐπὶ πάντων δὲ (τοῦτο γὰρ ἦν πανταλῶς καὶ ἀμήχανον), ἀλλ' ἐφ' ἑνὸς αὐτοῦ προτερήματος· οὐδ' ὅπως δι' ἐγκωμίων αὐτὸν καταστήσωμεν· ποῦ γὰρ μοι τοσαύτη χρυσεῶν ἐπῶν περιουσία, ὡς ἂν χρυσογραφῆσαιμι (2), τῆς δίκην πολυανθοῦς λειμῶνος ἐξυθούσας τῶν ἀρετῶν αὐτοῦ λαμπρότητας καὶ τερπνότητος; ποῦ γὰρ θήσω τὴν τῆς βασιλείας πάνσοφον πεδαλιουχίαν; ποῦ δὲ τὴν τῆς Ἐκκλησίας εἰρηναίαν τε καὶ ἀτάραχον διαγωγὴν; ποῦ δὲ τὴν τῆς

Α

PROGRAMMA.

1. Cum tantus supraque nostram æstimationem sit meritorum cumulus dilectissimi Deo imperatoris, verbis quidem illorum sublimitatem ornare, aut mensura aliqua eorumdem infinitatem comprehendere, prorsus non valebimus. Sed enim ille qui omnem mentem ad admirandum rapit stupor, et ad prædicandos excelsi animi viros palamque commendandos impellit, is me quoque humi repentem mortalem ad hoc opusculum componendum adegit. Neque tamen de gestis omnibus dicam, hoc enim nullatenus fieri potest, sed de uno ipsius principali fascinore; neque laudibus imperatorem coronabo; namque undenam mihi aureorum verborum copia, ut splendorem ac suavitatem virtutum ejus, quæ prati instar variis floribus luxuriantis sunt, auro conscribam? Quid enim de ejus sapientissima regnandi arte dicam? quid de Ecclesiæ imperturbata et pacifica administratione? quid de generali rei-

B

(* In codicibus scribitur Μωάμεδ, Μωάμεθ, Μωάμετ, Μαχούμεδ. Primam scripturam in Latinitate mea sequor (in quam incidit et secunda, ut ex Θεός, Deus), quamquam Nicetas tertiam tenet.

(1) Vocabulum evanidum.

(2) Respicit morem scribendi auro in pergamenis, regii præsertim argumenti aut divini, cujusmodi splendida exemplaria in codicum bibliothecis supersunt.

publicæ recta legislatione? quid de ejus patientiæ ac benignitatis pelago? quid de beneficentiæ ac liberalitatis inbribus? quid de orthodoxo fidei dogmate? quid demum de apostolica, ut ita dicam, Evangelii Christi prædicatione? Etenim non contentus imperator infausta barbarorum corpora in fugam vertere, nisi etiam rebelles Deo animas, ceu gladio ancipiti, veritatis verbo dissecet; Arabes quoque ad veram religionem vocat, doctrinæ veræ argumentis absurdam fallacemque vulnerans impietatem: confidens scilicet auctori victoriarum Christo Deo nostro, quem illi maledictis pulsant, fore ut post illorum blasphemiarum refutationem, de impiis quoque ipsorum exercitibus, militaribus suis expeditionibus triumphet. Quamobrem id, quod imperator opere efficit, ignavi nos tanquam in palæstra verbis ludemus: et quod ille quotidie factis peragit, nuda nos sed magnisonante oratione prædicare proposuimus. Utinam vero honorum omnium arcarius et dator Dominus, Christi amanti imperatori salutem animæ corporisque largiatur, ut diu vivat et de hostibus victorias referat, nostramque simul linguam roboret, ut prout pia Christianorum fide dignum est loquatur; et barbaricam impietatem refellat. Quod precibus gloriosissimæ Virginis et omnium sanctorum fiat! Amen.

βάρβαρον ἀπελέγξει δυσσέβειαν· πρεσβείαις τῆς ὑπερενδόξου Θεοτόκου καὶ πάντων τῶν ἁγίων γένοιτο. Ἀμήν.

Finis præmii.

2. HÆC SUNT IN PRÆSENTI OPERE.

Cap. I. Expositio et demonstratio in primis nostræ veræ et orthodoxæ Christianorum fidei; et insectatio omnium blasphemiarum, quæ Mohammedis Arabis libro continentur; confutatioque simul pravorum ejus dogmatum in primo capitulo.

II. Confutationes falsorum ejus dogmatum sexdecim.

XVIII. Expositio et profligatio impie ab eo dictorum specialiter in subsequentibus sparsim cunctis impuris capitulis.

XIX. Adversus eundem, de vocabuli Verbum notionem.

XX. Adversus eundem dicentem, Deum esse peccati causam.

XXI. Adversus eundem dicentem, homines in conjugio victuros post resurrectionem.

XXII. Adversus eundem dicentem angelos esse feminas.

XXIII. Adversus eundem de angelorum intercessionem.

XXIV. Adversus eum dicentem, Deum sphericum esse.

XXV. Demonstratio, quod alienus a Dei fœdere sit populus Ismaeliticus.

XXVI. Adversus Agarenos de circumcisione.

XXVII. De eodem argumento.

XXVIII. De Deo Mohammedis.

XXIX. Quod, etiamsi hi erronei putent se progenitoris Abrahami unicum Deum colere, non oporteat Agarenos à nobis dici Dei cultores.

XXX. Adversus Agarcuos de jactantia ipsorum.

A πολιτείας καθολικὴν εὐνομίαν; ποῦ δὲ τὸ τῆς ἀνεξικαχίας καὶ προσηνότητος πέλαγος; ποῦ δὲ τοὺς τῆς εὐποιίας καὶ εὐεργεσίας ὄμβρους; ποῦ δὲ τὸ ὀρθόδοξον τοῦ τῆς πίστεως δόγματος; ποῦ δὲ τὸ ἀποστολικόν, ὡς εἶπειν, τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ κήρυγμα; Οὐκ ἀνεχόμενος γὰρ βάρβαρα σώματα μόνον τροποῦσθαι πανάθλια, εἰ μὴ καὶ ψυχὰς θεομάχους ὡς διατόμῳ τῷ τῆς ἀληθείας λόγῳ διχάσειεν, μετακαλεῖται καὶ τοὺς Ἄραβας πρὸς εὐσέβειαν, διὰ τοῦ ἐξ ἀληθείας λόγων ἐλέγχου τὴν παράλογον καὶ ἠπατημένην κατατοξεύων ἀσέβειαν. Ἄτε δὴ πεποιθὼς ἐπὶ τὸν νικοποῖον Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν τὸν παρ' ἐκείνων βλασφημούμενον, ὅτι τῷ ἐκ τῶν ἀληθῶν ἀνατροπῶν ἐλέγχῳ, τῆς αὐτῶν βλασφημίας, καὶ ἡ κατὰ τῶν παρανόμων αὐτῶν στρατευμάτων, διὰ τῶν αὐτοῦ στρατηγημάτων ἐπακολουθήσει νίκη· ὅθεν τὸ ἔργῳ περατωθὲν τῷ θεόφρονι βασιλεῖ, λόγῳις ἡμεῖς οἱ νωθεῖς γυμνάσαι προήχθημεν· καὶ ὅπερ αὐτῷ διὰ πραγμάτων ὁσημέραι κατορθοῦται, καὶ γυμνοῖ; λόγοις ἡμεῖς μεγαλοφώνως σαλπίζειν προσθυμήθημεν· ἀλλ' ὁ παντὸς ἀγαθοῦ ταμίης καὶ πάροχος Κύριος τῷ μὲν φιλοχρίστῳ βασιλεῖ τὰ σωτήρια ψυχῇ τε καὶ σώματι θαψιλεύσοιτο, ἐκτάσει ζωῆς χρόνων, καὶ νίκαις ταῖς κατ' ἐχθρῶν ἐπιστέφων, καὶ τὴν ἡμῶν γλῶσσαν νευρώσειεν, τῆς μὲν τῶν Χριστιανῶν εὐσεβοῦς πίστεως εἶπειν τι ἐπάξιον, τὴν δὲ ὑπερενδόξου Θεοτόκου καὶ πάντων τῶν ἁγίων γέ-

C

Τέλος τοῦ προοιμίου.

β'. ΤΑΣΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩΔΕ Τῷ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΙ.

Κεφ. Α'. Ἐκθεσις μετὰ ἀποδείξεως προηγουμένως τῆς ἀληθοῦς καὶ ὀρθοδόξου ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν πίστεως· καὶ καταδρομὴ πασῶν τῶν ἐμφορομένων δυσφημιῶν τῆ τοῦ Ἄραβος Μωάμετ βίβλῳ· καὶ ἐλεγχὸς κατὰ ταυτὸ τῶν ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ κακῶς δοκούντων αὐτῷ.

Β'. Ἐλεγκτικοὶ τῶν ψευδωνύμων αὐτοῦ λόγων δέκα ἔξ.

ΙΗ'. Ἐκθεσις καὶ θρίσμβος τῶν κατ' εἶδος αὐτῷ σποράδην ἐν τοῖς ἔξῃς ἅπασιν ἀσειῶς κινήθέντων μιαιροῖς λόγοις.

ΙΘ'. Πρὸς τὸν αὐτὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ Λόγου ὑπολήψεως.

Κ'. Πρὸς τὸν αὐτὸν λέγοντα τῆς ἀμαρτίας αἰτιὸν εἶναι τὸν Θεόν.

D

perficitur, cum ex conventionē prævīa et soliditate in eodem negotio, duo vel tres aut plures, ad idem negotium concurrunt. Veluti si quis rhetoricam artem prius per se ipsum tantummodo exerceat, deinde aliquis alius ad eum accedat, et innox conventionē prævīa et consensu, ad rhetoricam professionem concorditer concurrant; tunc ambo dicentur hac in re communicantes. Verum enimvero iis, quorum opera, voluntas, deliberatio, operatio, et concordia inseparabilis suapte natura est, quomodo communicantis vocabulum congruet? Minime prorsus. Quare cum Patrem dicimus aliquid facere, Filium quoque et Spiritum sanctum inseparabiliter simul facere dicimus: et unius operatio, a tribus non est sejuncta: omnisque operatio quæ divinitus provenit, et multimodis denominatur, a Patre proficiscitur, et per Filium pergit, et in Spiritu sancto perficitur. Propterea æquum non est, vocabulum communicantis in sancta Trinitate adhibere.

10. Tu vero post vocabulum *communicans* pergis dicere, « fore ut Deus contrarietatem et seditio- nem experiretur. » O verborum tuorum stoliditas! Si certe vocabulo *communicans* apud Deum locus esset, fortasse et contrarietas et seditio comperiretur. Sed quia illud non conceditur, nec hoc quidem concedetur. Atque ita invitus ex iis quæ adjunxisti, propositionem evidentem nobis effecisti, quomodo proprie dicatur. Nam si vocabulum *communicans* de aliquo prædicatum, contrarietas et seditio subsequitur, planum erit, quod *commu- nicans* vocabulum iis congruet qui prævīa conven- tione et consensu rem gerunt: unde seditio etiam et contrarietas confit. His quippe tantum usuvenit seditio et contrarietas, propter voluntatis volubilitatem. Quibus autem immutabilis bonitas est, quomodo contrarietas et seditio incidet? Et paucis interjectis, ita scribis: « Vel certe esset adjutoris indigus ad creati ab se mundi administrationem. » Recte, sodes, dixisti. Si enim vocabulum *commu- nicans* de Filio prædicaretur, obnoxius utique esset, ut in opinaris, contrarietati ac seditio, et auxilio indigeret. Nunc quia illud futile et invalidum demonstratum fuit, constat quod et hæc similiter. Nam si positione alicujus, quædam ponuntur, sine

11. Insuper scriptum tuum hæc habet: « Fit per sæculorum spatium, et ob mutuam contrarietatem, deleteretur Dei dominatus una cum creaturis. Et alter alteri dominaretur, et cum creaturis compassio desineret. » Atqui hæc, o sodes, duorum principiorum et contrarietatis criminatio nobis non congruit; sed aliis a te intendi deberet, qui nempe duo principia et duos deos inducunt, bonum ac malum: et ab alio quidem dicunt hunc materialem mundum conditum et conservatum ac rectum; ab alio autem intellectualem: quam nos sententiam et odimus et toto animo aversamur; et eos, qui hanc fovent, capitali pœnæ subijcimus: vos vero

Α γματι, δύο ἢ τρεῖς ἢ καὶ πλεονες τούτων εἰς τὸ αὐτὸ πρᾶγμα συνέρχονται· οἷον ῥητορεύει τις καθ' ἑαυτὸν τὸ οἰκεῖον σπούδασμα ἐκτελών, ἐὰν ἄλλος τις πρὸς αὐτὸν ἀφίκοιτο καὶ κατὰ σύμβασιν προαιρετικὴν καὶ συμπειθισμὸν εἰς τὸ τῆς ῥητορείας ἔργον ὁμογνωμόνως συνέλθοιεν· λέγοντο ἂν ἐκάτερος εἰς τοῦτο κοιωνοί· οἷς δὲ τὸ ἔργον καὶ ἡ θέλησις, βούλησις τε καὶ ἐνέργεια καὶ ὁμόνοια ἀδιάσπαστος φυσικῶς ἐν αὐτοῖς πρόσεστι, πῶς ἂν καὶ χώραν ἔξει τὸ τοῦ κοιωνοῦ ὄνομα; οὐ μὲν οὖν διὰ τὸν Πατέρα λέγοντες ποιεῖν τι, καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀδιασπᾶστως ἅμα λέγομεν ποιεῖν· καὶ τοῦ ἐνός ἡ ἐνέργεια, τῶν τριῶν πῶς ἐστὶ μὴ διασχιζομένη· καὶ γὰρ πᾶσα ἐνέργεια ἡ θεόθεν διήκουσα, καὶ κατὰ τὰς πολυτρόπους ἐννοίας ὀνομαζομένη, ἐκ Πατρὸς ἐφορμᾶται, καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ πρόβεισι, καὶ ἐν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ τελειοῦται· διὰ τρι τοῦτο, οὐ δίκαιόν ἐστι τὸ τοῦ κοιωνοῦ ὄνομα ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος τίθεσθαι.

1'. Ἐπιφέρεις δὲ εἰς τὸν κοιωνὸν γράφων οὕτως· « Ἐμελλε δέχεσθαι ἐναντίωσιν καὶ στάσιν. » Ὡ τῆς ἀποπληξίας τῶν σῶν ῥημάτων! Εἰ μὲν γὰρ τὸ κοιωνός ὄνομα ἐπὶ Θεοῦ χώραν εἶχεν, ἴσως καὶ ἡ ἐναντίωσις καὶ στάσις εὐρίσκεται· ἐπεὶ δὲ τοῦτο οὐ δέδοται, οὐδὲ τὸ δι' ἐκείνου δοθήσεται· καὶ οὕτως ἄκων καὶ μὴ βουλόμενος ἐκ τοῦ ἐπιφερομένου τὸ προτεθὲν δῆλον ἡμῖν παρέστησας, καθ' ὧν κυρίως λέγεται. Εἰ γὰρ τὸ κοιωνός ὄνομα τιθέμενον, τὴν τε ἐναντίωσιν καὶ στάσιν ἀκολουθοῦσαν ἔχει, φανερὸν δὴ πούθεν, ὅτι κοιωνός ἐπὶ τῶν κατὰ σύμβασιν προαιρετικὴν καὶ συμπειθισμὸν προερχομένων χώ- ραν ἔξει· ἐξ οὗ καὶ ἡ στάσις καὶ ἡ ἐναντίωσις ποτε ἐγγίνεται· τούτων γὰρ μόνων ἐστὶ τὴν, στάσιν καὶ ἐναντίωσιν δέχεσθαι, διὰ τὸ εὐμετάβολον τῆς προαι- ρέσεως· οἷς δὲ ἀγαθότης ἀτρεπτός ἐστι, πῶς ἂν καὶ ἐναντίωσις καὶ στάσις συνεισφρήσεται; Καὶ μετὰ βραχέα γράφεις οὕτως· « Ἡ ἐνδεὴς εἶχεν εἶναι ὑπουργοῦ, τοῦ διοικεῖν τὴν δημιουργίαν αὐτοῦ. » Καλῶς, ὦ φίλος, ἐφησθα· εἰ μὲν γὰρ τὸ κοιωνός ὄνομα ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ χώραν εἶχεν, ἴσχυεν ἂν κατὰ σὲ καὶ τὸ τῆς ἐναντιώσεως καὶ στάσεως καὶ ἡ ἐνδεῖα τῆς ὑπουργίας· ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνο δέδεικται ἑωλον καὶ ἀνίσχυρον, δῆλον ὅτι καὶ ταῦτα· καὶ γὰρ ἐὰν τῇ θέσει τινὸς τινὰ τίθενται, τῇ ἀναιρέσει τούτου δῆλον ὅτι συνανήρηται.

12'. Ἐχει δὲ πάλιν τὸ σὸν γράμμα οὕτως· « Καὶ κατὰ τὴν ἐπέκτασιν τῶν αἰώνων, καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλα ἐναντίωσιν, ἠφανίζετο ἡ τούτου κυριότης μετὰ τῶν κτισμάτων, καὶ ἐκυρίευσεν ὁ εἰς τοῦ ἑτέρου, καὶ ἐκόπτετο ἡ συμπάθεια τῶν ποιημάτων. » Τοῦτο οὖν, ὦ φίλος, τὸ τῶν δύο ἀρχῶν καὶ ἐναντιώ- σεως ἔγκλημα ἡμῖν οὐ πρόσεστιν, ἀλλ' ἄλλοις παρὰ σοῦ ἐγκαλεῖσθαι ὤφειλε, τοῖς καὶ δύο ἀρχαῖς καὶ δύο θεοῖς εἰσάγουσιν, ἀγαθόν τε καὶ κακόν· καὶ τὸν μὲν φασὶ τὸν αἰσθητὸν κόσμον δεδημιουργημέναι καὶ συνέχειν καὶ κρατεῖν· τὸν δὲ, τὸν νοητὸν· ἦν ὄξαν ἡμεῖς καὶ μυσαστόμεθα καὶ λίαν ἀποστρεφόμεθα, καὶ τοὺς ταύτην σεμνύοντας κεφαλικῇ τιμωρίᾳ καθ-

υποβάλλομεν (2)· ὑμεῖς δὲ καὶ προσέσθε καὶ ἐπι-
θλίψετε· ἡμῖν γὰρ μίᾳ ἀρχῇ τὸ σεβαζόμενον· ἐπεὶ
καὶ εἰς Θεός, καὶ ταῖς ιδιότησιν εἰς οὖν ὑποστάσει
τρία πιστεύηται· εἰ δέ σοι τὸ διάφορον τῶν ὑποστά-
σεων, διάφορον καὶ τὴν φύσιν ἐννοεῖν δίδωσι, καὶ
ὄσας τὰς ὑποστάσεις, τσαύτας καὶ τὰς φύσεις εἰσ-
άγεσθαι, ἀμαθαίνοντός ἐστι τοῦτο, ἥπερ εἰδότες· οὐ
γὰρ ταυτὸν φύσις καὶ ὑπόστασις· ἦν γὰρ ἂν οὐδὲν
τῶν ὄντων ὁμοφυές, καὶ ταυτὸν κοινόν τι καὶ ἴδιον
χρῆμα· ὅπερ οὐχ εὐρήται.

ιβ'. Καὶ ἄλλως· Εἰ τὸ διάφορον τῶν ὑποστάσεων,
διάφορον καὶ φύσιν εἰσάγεσθαι δίδωσιν, ἀνάγκη τὸ
μὴ διάφορον τῶν φύσεων, μηδὲ διάφορον καὶ τῆ
ὑποστάσει καθίστασθαι· συνάγεται ἄρα ὅτι τὰ ταυτὰ
τῆ φύσει, ταυτὰ καὶ ταῖς ὑποστάσεσιν. Ἔσται ἄρα
Παῦλος καὶ Πέτρος ταυτοὶ ὄντες τῆ φύσει καὶ ἀδιά-
φοροι· καὶ τῆ ὑποστάσει ταυτοί, ὅπερ ἐστὶ γελοῖον·
ἔστι γὰρ σου τὸ σόφισμα παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν οὕτω
καλούμενον. Τοῦ γὰρ ἐνός πολλαχῶς λεγομένου, ὡς
αἱ λογικαὶ μέθοδοι ἐκδιδάσκουσιν, ἢ γένει, ἢ εἴδει,
ἢ ἀριθμῷ, ἢ ἀναλογίᾳ, δῆλον ὅτι καὶ τὸ πολλα-
δαχῶς γὰρ τὸ προκείμενον [scil. ἀντικ.], τσαυτα-
χῶς καὶ τὸ ἀντικείμενον ἔχει· τοῦτο γὰρ δεδιδάγμε-
να· ἡμῶν δὲ ταῖς ὑποστάσεσιν τὰ τρία διδόντων, οὐ
ἔξ καὶ τὸ τῶν φύσεων διάφορον εἰσάγεις· ταῦτα δὲ
οὐχ οὕτως ἔχει· καὶ γὰρ ἡ ἐνάργεια τῶν πραγμάτων
δῆλη, καὶ αἱ μαθήσεις ἐκδιδάσκουσι· καὶ οὕτως σοι
πᾶσαι αἱ διαβολαὶ τῆς καθ' ἡμᾶς πίστεως ἔωλοι
καὶ ἀπίθανοι καὶ ψευδεῖς ἀποδεικνύμεναι εἰσὶ καὶ
τῶν διαβολῶν δηλονότι ἀναιρεθεισῶν, καὶ τὰ λοιπὰ
πάντα συνέψεται. Καὶ ταῦτα πέρα τοῦ μέτρου, ἐπεὶ
καὶ κόρος λόγου πολέμιος ἀχοαῖς· διὸ ἱκανὰ μὲν καὶ
ταῦτα τοῖς θέλουσι μικρῶς πως συνορᾶν, καὶ τῆ πα-
ραθέσει τῶν κρειττόνων, τὸ ἀληθὲς διώκειν, καὶ τὸ
ψεῦδος ἀπωθεῖσθαι· διὸ καὶ μέχρι τούτων τὸν λόγον
στήσω (3).

A illis favetis atque blandimini. A nobis autem unum
principium religioso cultu colitur, quia et unus
Deus est, quanquam proprietatibus, sive personis,
trinus creditur. Quod si tibi personarum diversitas
differentem quoque naturam reputare suggerit, et
quot sunt personæ, totidem quoque naturas indu-
cere; hoc indocti potius ingenii est quam eruditi:
non enim idem est natura et persona: alioqui
nihil in rebus existentibus homogeneum esset,
idemque esset commune et proprium negotium,
quod non usuvenit.

12. Item aliter. Si quis a personarum diversitate
diversitatem quoque naturæ induci concedat, ne-
cesse est quod naturaliter non differi, ne persona-
liter quidem differre. Consequitur ergo, ut quæ
sunt naturaliter eadem, personaliter quoque sint.
Erunt itaque Paulus et Petrus idem naturaliter et
non differentes, simulque eadem persona, quod est
ridiculum. Est enim sophisma tuum per homony-
miam ita vocatum. Nam quum unum multipliciter di-
catur, ceu logicæ regulæ docent, vel genere, vel
specie, vel numero, vel analogia; patet quod perinde
etiam *plura*. Nam quot modis proponitur, totidem or-
ponitur; ita enim indocti fuimus. Nobis autem perso-
narum trinitatem agnoscentibus, tu naturarum
quoque diversitatem oggeris. Sed res non ita se
habet, quod et rerum evidentia palam facit, et
disciplinæ tradunt. Atque ita omnes tuæ adversus
fidem nostram accusationes, futes, incredibiles
mendacesque demonstratæ fuerunt. Porro accusa-
tionibus cunctis peremptis, reliqua tibi omnia
subsequentur. Sed jam præter justum modulum
excurrimus; namque et sermonis satietatem aures
oderunt. Quare hæc sufficiant iis qui parumper
voluerint considerare, et comparativo meliorum
delectu veritatem sequi, ac falsitatem repellere.
Quamobrem finem hic dicendi faciam.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΝΙΚΗΤΑ

Ἀντιρρήσις καὶ ἀνατροπὴ τῆς δευτέρας ἐπιστολῆς τῆς σταλεῖσης παρὰ τῶν Ἀγαρηνῶν πρὸς Μι-
χαὴλ βασιλέυ υἱὸν Θεοφιλοῦ ἐπὶ διαβολῇ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως.

EJUSDEM NICETÆ

*Confutatio et eversio secundæ epistolæ ab Agarenis missæ ad Michaellem imperatorem
Theophili filium, ob accusandam Christianorum fidem.*

α. Ἐβουλόμην, ὦ φίλος, τὸν περὶ πίστεως ἡμῶν, D
τοῦ Χριστιανικοῦ, λέγω, δόγματος, λόγον, ἀληθῆ
πρῶτον ταῖς ἀποδεικτικαῖς ἀνάγκαις καθυποβάλλειν,
καὶ ὡς οἶόν τέ ἐστίν ἐκ τῶν φυσικῶν λογισμῶν
βέβαιόν τε τοῦτον καὶ ἀτρεκέστατον παριστᾶν·
ἔπειτα δὲ καὶ τὰ παρὰ σοῦ ἀλλοκότως ἐπὶ τῆ δια-
βολῇ τῆς καθ' ἡμᾶς θρησκείας γραφέντα διελέγχειν·
τοῦτο γὰρ ἐξ ἅπαντος ὁ ἀντιλογικὸς λόγος ἀπαιτεῖ.

(2) Dicit penam capitalem adversus Manichæos
legibus principum decretam, de qua dixi in adn.
ad Petrum Siculum.

(3) Eadem hac utitur clausula noster Nicetas,

1. Vouisssem, o sodes, veram de fide nostra, id
est, de Christiano dogmate, doctrinam primo de-
monstrativis argumentis supponere, et prout fieri
poterat, naturalibus ratiociniis firmare hanc, et
certissimam præstare: deinde tua quoque ob eam
accusandam absurda argumenta refutare. Ita enim
prorsus antirrheticus sermo postulat. Nunc quo-
niam adversus alteram epistolam tuam, dogma

non hic solum et in secunda epistola, verum etiam
in illo suo, quem Allatus edidit adversus Arme-
nios tractatu, ut jam in prævio Monito dixi.

nostrum, ut par erat, validis demonstrationibus magnopere tractatum fuit, et evidenti conclusione stabilitum; ne nunc forte videamur torpere in scribendo ad te, si tantum adversus illa argumenta quæ ad nostræ irreprehensibilis Udei eversionem tu in litteris tuis misisti, responsionem fecerimus; ideo nunc ventilabimus, num tuæ contra fidem nostram accusationes et reliquæ contradictiones, recte collineent. Sic autem se habet scriptum tuum: «Deus est unus, neminem habens communicantem potestati suæ: et quia communicantem non habet, ideo ne filium quidem habet.» Miror equidem talia a te scribi: neque enim video, quænam sit necessitas communicantem veluti Deo Patri aut regni adiutorem Filium constituere, et hujusce generis alia a te sæpe proposita. Etenim cum Deus Pater Filium suum per omnia similem habeat, excepta innativitate et nativitate; cumque nos confiteamur non esse Filium Patri communicantem, nescio quomodo nos fallere velis; vel tu ipse propriis pennis capiaris. Est enim sophisma tuum hujusmodi: Si duo quædam sint, et unum pluris sit, aliud minoris, velut homo et animal; namque homo minoris est, quam animal; quia vicissim non alternat: animal autem pluris est; his ita se habentibus, veluti si homo est, animal quoque est; non autem, si animal est, homo quoque est; si animali existente, dicat aliquis hominem quoque esse; hic paralogismum facit, quia ista non alternant, neque invicem consequuntur.

A 'Ἄλλ' ἐπεὶ πρὸς τὴν ἑτέραν ἐπιστολὴν σου τὸ οὐκ εἶναι ἡμῶν, ὡς εἰκὸς ἦν, ταῖς ἀποδείξεσι κατασκευαστικῶς προσάγεσθαι μεγάλως τε πεπραγμότευται (4), καὶ σαφῶς ἐξήνυσται, ἵνα μὴ δόξωμεν νυνὶ παρέλκειν ἐν τῷ γράφειν σοι, μόνον ἀπὸ τῶν σταλέντων ἡμῶν ἐπ' ἀνατροπῇ τῆς καθ' ἡμᾶς ἀμώμου πίστεως, τὰς ἀντιρρήσεις ποιησόμεθα· διὸ καὶ εἰ εὐθυσθὸς αἰ τε τῆς πίστεως ἡμῶν διαβολαί, καὶ αἰ λοιπαὶ ἀντιρρήσεις σου ἔχουσιν, ὧδε ἐπισκεψώμεθα· ἔχει δὲ τὸ σὸν γράμμα οὕτως· «Θεὸς ἐστὶν εἷς, κοινωνὸν μὴ ἔχων τῆς αὐτοῦ ἐξουσίας· καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν κοινωνὸν, οὐκ ἔσχεν οὐδὲ παῖδα.» Θαυμάζειν μοι ἔπεισι τοιαῦτα γράφοντός σου· οὐδὲ γὰρ συνορῶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τίς ἢ ἀνάγκη ὡς κοινωνὸν τινα, ἢ ὡς συνεργὸν τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν εἰσάγεσθαι, καὶ ὅσα τοιαυτότροπα πολλάκις γράφεις· τὸν γὰρ Θεὸν καὶ Πατέρα τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν κατὰ πάντα ὁμοίον ἔχοντα, πλήν τῆς ἀγεννησίας καὶ τῆς γεννήσεως, ἡμῶν δὲ μηδ' ἕως ὁμολογούντων κοινωνὸν ὄντα τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἡμᾶς παραλογίζῃ, ἢ σεαυτὸν τοῖς ἑαυτοῦ πτεροῖς ἀλλίσκη· ἐστὶ γὰρ σου σόφισμα τοιοῦτον· Ἐάν δύο τινὰ ᾧσι, καὶ τὸ μὲν ἐπιπλέον, τὸ δὲ ἐπέλαττον, ὅσον ὁ τε ἄνθρωπος καὶ ζῶον· ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος ἐπέλαττον ἐστὶ τοῦ ζώου· οὐδὲ γὰρ ἀντιστρέφει· τὸ δὲ ζῶον ἐπιπλέον· τούτου δὲ ὄντος, ὅσον τοῦ ἀνθρώπου, δῆλον καὶ τὸ ζῶον ἐστὶν· οὐ μὴν τοῦ ζώου ὄντος, καὶ ὁ ἄνθρωπος· εἴτα τοῦ ζώου ὄντος, φησείεν τις καὶ τὸν ἄνθρωπον εἶναι, τὸν παραλογισμὸν ποιεῖ, παρὰ τὸ μὴ ἀντιστρέφον, καὶ τὸ ἐπόμενον οὕτω καλούμενον.

Hoc loco repetit Nicetas totum articulum nonum prioris epistolæ, nempe a verbis τοιοῦτόν τι usque ad ἐπὶ τῆς ἀγίας Τριάδος τίθεσθαι. Nos vero omittimus, ne actum agere videamur.

2. Item aliter: «Deus unus est, non habens aliquem communicantem potestati suæ.» Quod Deus unus sit universalis, qui cunctis rebus et existentiam tribuit et rectum statum, neminemque habeat communicantem aut adiutorem, ut tu dicis, a nobis pariter in superioribus demonstratum fuit, atque ita constemur et credimus. Quod autem ille quoque a nobis creditus Filius ac Deus verus, æque ac Deus Pater, Deus unus cum Patre ac Spiritu a nobis dicatur, non tanquam communicans Patri ac Spiritui; neque tanquam unius principii, et unius Dei, qui in Patre et Filio et Spiritu sancto spectatur, et sit et a nobis inducatur, ita sit planum: Ille qui a nobis Dei Filius ac Deus verus dicitur, si est, ut tu ais, Deo communicans, id est, ei qui a nobis Deus ac Pater appellatur; vel uni principio et uni Deo, qui in Patre et Filio et Spiritu sancto spectatur. Sed si quidem uni Deo qui in Patre et Filio ac Spiritu sancto spectatur; demonstratum autem fuit a nobis in prioris epistolæ tuæ refutatione, unum esse Deum, unumque principium, cum Patre ac Spiritu sancto, Filium qui et ita est et a nobis bene Deus appellatur; ergo ita contingit Fi-

β'. Καὶ ἄλλως· «Θεὸς ἐστὶν εἷς, κοινωνὸν μὴ ἔχων τῆς αὐτοῦ ἐξουσίας.» Ὅτι μὲν εἷς Θεὸς ἐστὶν ἐπὶ πάντων τοῖς ὄσιν ἅπασιν, τό τε ἀπλῶς εἶναι καὶ τὸ εὖ χαριζόμενος, καὶ οὐδενὶ τῶν ὄντων τὸ παράπαν κοινωνὸν ἢ συνεργὸν, ὡς σὺ φῆς, κεκτημένος, καὶ ἀνωτέρω παρ' ἡμῶν ἀποδέδεικται καὶ ὠμολόγηται καὶ πεπίστευται· ὅτι δὲ καὶ ὁ παρ' ἡμῶν Υἱὸς Θεοῦ πιστευόμενος, καὶ Θεὸς ἀληθινὸς ὢν καὶ αὐτὸς, καθ' ἃ καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ Θεὸς εἷς μετὰ Πατρὸς καὶ Πνεύματος παρ' ἡμῶν καλῶς θεολογούμενος, οὐχ ὡς κοινωνὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, οὔτε τῆς μιᾶς ἀρχῆς καὶ τοῦ ἐνὸς Θεοῦ τοῦ ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἀγίῳ Πνεύματι θεωρουμένου, ἐστὶ καὶ παρ' ἡμῶν εἰσάγεται, ὧδε δῆλον· Ὁ παρ' ἡμῶν Υἱὸς Θεοῦ καὶ Θεὸς ἀληθινὸς θεολογούμενος, εἴπερ ἐστὶ κατὰ σὲ κοινωνὸς τοῦ Θεοῦ, ἦτοι τοῦ παρ' ἡμῶν Θεοῦ καὶ Πατρὸς προσδουμένου, ἢ τῆς μιᾶς ἀρχῆς καὶ τοῦ ἐνὸς Θεοῦ τοῦ ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἀγίῳ Πνεύματι θεωρουμένου· ἀλλ' εἰ μὲν τοῦ ἐνὸς Θεοῦ τοῦ ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἀγίῳ Πνεύματι θεωρουμένου, ἀποδέδεικται δὲ ἡμῶν ἐν τῇ ἀντιρρήσει τῆς προτέρας σου ἐπιστολῆς, ὅτι εἷς Θεὸς καὶ μιᾶ ἀρχὴ ὁ Υἱὸς μετὰ Πατρὸς καὶ Πνεύματος ἀγίου καὶ ἐστὶ καὶ παρ' ἡμῶν καλῶς θεο-

(4) Dicit illam Christianæ religionis demonstrationem, quam ipse repetiverat in priore epistola,

sed nos utpote jam in superiore opere, hoc eodem volumine editam, necessario omisimus.

λογείται· εἰ δὲ τοῦτο, συμβαίνει ἂν ὁ Υἱὸς αὐτὸς ἑαυτοῦ εἶναι κοινωνός, ὅπερ ἀτοπὸν· οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτοῦ λέγεται εἶναι κοινωνόν· οὐκ ἄρα ὁ Υἱὸς τῆς μιᾶς ἀρχῆς καὶ τοῦ ἑνὸς Θεοῦ τοῦ ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι θεωρουμένου ἐστὶ κοινωνός· οὔτε μὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς· ἐπὶ τούτων γὰρ καὶ μόνον ἐστὶν υἱὸν εὐρεῖν τοῦ ἰδίου πατρὸς λεγόμενον κοινωνόν, ἐν οἷς γνώμης παραλλαγή παρεισδύναται, καὶ βουλήσεως ἑτερότης πάρεστιν, καὶ ἀπορία καλοῦσα πρὸς τὴν χρείαν, καὶ ἐνέργεια ἀποτετμημένη ἰδίως πάρεστιν· οἷς δὲ γνώμη μία, καὶ βούλησις ἀεὶ ἀδιάκοπος, καὶ φύσεως ταυτότης, καὶ μία ἐξουσία, καὶ θέλησις ἀτρεπτος πάρεστι, πῶς ἂν ὁ κοινωνός εἰσφρήσεται; οὐκ οὖν κοινωνόν ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Θεοῦ, οἱ ἐπὶ τῇ θεολογίᾳ Υἱὸν καὶ Πνεῦμα θεολογοῦντες συνεισάγουσιν, εἰ καὶ κακῶς παρ' ὑμῶν [cod. ἡμῶν] ἐπιφημίζονται.

γ. Καὶ ἄλλως· ὁ Θεὸς εἷς ἐστὶ, κοινωνόν μὴ ἔχων τῆς αὐτοῦ ἐξουσίας· καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν κοινωνόν, οὐκ ἔσχεν οὐδὲ παῖδα. Ἐπὶ τούτων ἡμᾶς πραγμάτων ἐξειπὼν τὸ ἀπόρρητον· εἰ μὲν γὰρ ἐώρων τὸ κοινωνόν ἐπὶ τῆς θεολογικῆς γεννήσεως ἐπόμενον καὶ χώραν ἔχον, τάχα ἂν καὶ μὴ θέλων τῇ ἀληθείᾳ συναφελόμενος τῇ ἀναίρεσει τούτου, καὶ τὸ ἡγούμενον συνανήρουν· τουτέστι τὸ ἐπὶ τὴν θεολογίαν τὸν Υἱὸν ἀποκρῦπτεσθαι. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἔωλον καὶ πάντη ψευδές, ἐπὶ τῆς θεολογικῆς γεννήσεως, καὶ ἀνακλόουθον ὃν ὁ λόγος ἔδειξεν, οὐ με λόγος καταναγκάσει καὶ τὸ ἡγούμενον, τουτέστι τὸν Υἱὸν, ἐπὶ τῆς θεολογίας ἀπαρνεῖσθαι. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἐξ ἀνάγκης ἐπομένων, καὶ τούτων ἀναιρουμένων, δῆλον ὅτι καὶ τὰ ἡγούμενα συνανήρηται· οὐ μὴν δὲ ἐπὶ τῶν ἥμισυ ἐπομένων, ὡς αἱ μαθήσεις ἐκδιδάσκουσι· διὸ τὴν τὸ παρά σου συλλογιζόμενον δυνάμει τοιοῦτον· εἰ ἐστὶν Υἱὸς ἐπὶ τῆς θεολογίας πιστευόμενος, εὐρεθήσεται καὶ κοινωνόν ὁ εἷς Θεὸς ἔχων· ἀλλὰ μὴν Θεὸς εἷς ἐστὶν ἐπὶ πάντων κοινωνόν οὐκ ἔχων· οὐκ ἄρα οὐδὲ Υἱὸς ἐπὶ τῆς θεολογίας εὐρηται. Καὶ πρῶτον μὲν, ὡς αἱ φιλοσοφικαὶ μέθοδοι ἡμᾶς ἐκδιδάσκουσι, τὸ ἐπόμενον ἐσφαλται. Ἀποδείκνυται γὰρ ὅτι οὐκ ἔπεται ἐπὶ τῆς θεολογικῆς γεννήσεως τὸ κοινωνόν λέγεσθαι τὸν Υἱὸν τοῦ Πατρὸς· διὰ τοι τοῦτο καὶ ἀναπόδεικτος ὁ λόγος πρόδειξις· ἔπειτα μικρῶς πως τὴν καθ' ἡμᾶς θεολογίαν ἐπισκεψώμεθα, ὅπως εὐφωρατώτερον ἅπασιν τὸ ἀδρανές ὃν καὶ ἀπίθανον τοῦ παρά σου δογματιζομένου λόγου παραδείξωμεν.

δ. Τὰ τοίνυν ἐπὶ τῆς θεολογίας παρ' ἡμῶν ἀληθῶς λεγόμενα, τὰ μὲν κοινῶς ἐπὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων λέγεται, ὡς ἐπὶ μιᾶς οὐσίας ἦτοι θεότητος, καὶ ἑνὸς Θεοῦ ὄντος· οἷον φημι τὸ Θεὸς ὄνομα, καὶ τὸ Κύριος καὶ τὸ φιλόανθρωπος, καὶ τὰ παραπλήσια, ἃ καὶ οὐ συναριθμεῖται διὰ τὸ ἐνιαίως λέγεσθαι, ὡς καὶ ἀποδείκνυται· τὰ δὲ ἰδίως, ἃ καὶ τῶν ὑποστάσεων πρῶτως καὶ κυρίως εἰσὶν· οἷον φημι τὸ Πατήρ καὶ τὸ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἃ καὶ διὰ τὸ ἰδίως λέγεσθαι, συναριθμεῖται· ἢ γὰρ συναριθμησις, κυρίως τῶν ἰδίως λεγομένων ἐστίν, οὐ τῶν κοινῶς, ὡς ἐν ἄλλοις δίδεικται· ἐνίοτε δὲ εὐρηται καὶ ἐπὶ δύο

alium sibi met esse communicantem; quod est absurdum: nulla enim res existens dicitur sibi met ipsa communicare. Nequaquam igitur filius communicans est uni principio unique Deo qui in Patre et Filio et Spiritu sancto spectatur; neque item Deo Patri. Tunc enim tantummodo dicitur filius patri suo communicans, cum sententiæ aberratio subit, et consilii diversitas adest, cum dubitatio rei gerendæ, et operatio seorsum suscepta ceruitur. Iis autem, quorum est una sententia, et deliberatio semper indivisa, et natura eadem, et potestas unica, et voluntas immutabilis, quomodo vocabulum *communicans* obrepet? Non ergo faciunt uni Deo communicantem, illi qui Filium ac Spiritum Deum esse theologice dicunt; etiamsi prave a vobis ita diffamantur.

3. Item aliter: ὁ Θεὸς unus est, nullum habens potestati suæ communicantem, ergo ne filium quidem habet. Liberasti me negotio, arcæanum enarrans: nam si viderem vocabulum *communicans* in theologica generatione connexum et subsistens, fortasse quamquam invitus, veritate trahente, cum hujus vocabuli extinctione, principale quoque de medio tollerem: id est Filium prædicari Deum non sinerem. Sed quia hoc futile omnino et falsum in theologica generatione minimeque connectaneum sermo noster ostendit, nullum me ratiocinium coget, rem principalem, id est Filium, a Dei appellatione excludere. Nam in iis quæ necessario nexu coherent, patet, his sublatis, principalia quoque perire: non ita tamen in iis usuventre quæ minime mutuo coherent, disciplinæ docent. Propterea syllogismi tui hæc vis erat: Si Filii divinitas creditur, comperiemus unum Deum habere aliquem sibi communicantem: atqui unus est universalis Deus, nullum habens communicantem: nequaquam itaque Filius in theologia invenitur. Et primum quidem, prout nos philosophicæ regulæ docent, quod subsequens est evertitur. Demonstratum enim fuit, non esse consequens in theologica generatione, communicantem dici Filium Patri. Propterea absque demonstratione assertio illa est. Mox aliquantum theologiam nostram considerabimus, ut evidentius omnibus infirmitatem et incredibilitatem dogmatis a te prolati ostendamus.

4. Quæ igitur in theologia a nobis vere dicuntur, partim communiter de tribus personis dicuntur, tanquam de unica substantia seu deitate, veluti exempli gratia *Dei* nomen, et *Dominus*, et *benignus*, et his similia; quæ neque connumerantur, quia singulariter dicuntur, prout demonstratum fuit. Partim vero dicuntur privatim, quæ et personarum in primis ac præcipue propria sunt; veluti *Pater* et *Filius* et *Spiritus sanctus*, quæ quia privatim dicuntur, etiam connumerantur: nam connumeratio causa præcipue eorum quæ privatim dicuntur est, non eorum quæ communiter, sicut alibi osten-

sum fuit. Interdum vero etiam in duabus thearchicis personis invenitur, velut ex causa processio. Et quæ quidem communiter dicuntur, et communiter cum Patre et Filio et Spiritu sancto, ea tanquam de uno Deo qui et est et cogitatur, dicuntur, et proprie particulatim de personis prædicantur. Et enim et Pater vere Deus; et Filius tanquam ex Deo Deus, ac lumen de lumine; similiter et sanctus Spiritus. Privatim autem de personis dicta, ea privatim quidem dicuntur, sed communiter nequaquam; quia restrictiora de amplioribus prædicari nequeunt eisque exæquari. Atque hoc de creata quoque natura dictum comperies, veluti perspicuitatis causa in exemplo hoc: *Homo, et mortalis, et loquens*, vocabula hæc singula communiter quoque accepta de quibuslibet hominibus dicuntur, et privatim etiam de unoquoque. Nam et Petrus et Paulus, et singillatim homines, tum simul communi sermone dicuntur homo, tum privatim quoque unusquisque dicitur. Nam Petrus homo dicitur, item et Paulus, et alii similiter.

5. Sed etiam si in nostra theologia alia quidem communiter dicuntur de tribus personis, alia privatim; et quæ quidem communiter, ea communiter etiam prædicantur, et privatim per partes. Nam cum communiter ac simul de Patre et Filio et sancto Spiritu, nomen puta *Dei* dicitur, aut *Dominus*, patet unum Deum in tribus dici, in quibus divinitas est, atque a nobis recte sic theologice dicitur. Cum autem de Patre dicitur privatim et particulariter *Dei* nomen aut *Dominus*, vel de Filio aut Spiritu, tunc Pater Deus dicitur non privatim et particulariter, et quasi sit heterogeneus unus Deus Pater; et rursus unus alius Deus Filius; similiter et Spiritus sanctus; apage huiusmodi blasphemum polytheismum; nos enim unum colimus principium et unum Deum, et in tribus proprietatibus seu personis Trinitatem credimus. Quamobrem cum de Filii Dei divinitate loquimur, diversum quidem persona dicimus a Patre, haud tamen diversum natura et divinitate, sed unum eundemque, ut in priorē epistola ostensum fuit.

6. Nostra igitur theologia ex communibus notionibus, et ex divinis prophetis pendens, indidemque firmitatem stabilitatemque sortita, Patrem et Filium et sanctum Spiritum, ut unum Deum, Trinitatem theologice dicit. Tu vero non ita intelligens, sed unum Deum dici Patrem separatim et particulariter; deinde Filium tanquam extrinsecus unum Deum, reputans obtrusum et sic intelligens, paralogismum machinatus es. Quapropter falso sic colligis: « Si est Filius in Deo, communicans quoque est: atqui Deo communicans nullus est: ergo ne Filius quidem. » Quod dum ais, in multa incurris absurda. Nam primo idem facis personam atque naturam, quod jamdiu explosimus. Deinde non concedis Filium quoque cum Patre ac Spiritu esse unum Deum, alioqui apud nos recta cum theologia assertum; quod item a nobis demonstratum

A τῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων, οἷον τὸ αἰτιατόν· καὶ τὰ μὲν κοινῶς λεγόμενα, καὶ κοινῶς ἅμα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὡς ἐνός ὄντος Θεοῦ καὶ νοουμένου, λέγεται. Καὶ ἰδίως ἀνὰ μέρος τῶν ὑποστάσεων κατηγορεῖται· καὶ γὰρ ὁ Πατὴρ Θεὸς ἀληθῶς· καὶ ὁ Υἱὸς ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ Θεός, καὶ φῶς ἐκ φωτός· ὡσαύτως καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· τὰ δὲ ἰδίως ἐπὶ τῶν ὑποστάσεων λεγόμενα, ἰδίως μὲν λέγονται, κοινῶς δὲ οὐ λέγονται· ἐπειδὴ τὰ ἐλάττω τῶν ἐπιπλέον ἀδυνατεῖ κατηγορεῖσθαι καὶ ἐξισάζειν. Καὶ τοῦτο ἂν εὐροῖς καὶ ἐπὶ τῆς γεννητῆς φύσεως λεγόμενον· οἷον ὡς ἐν παραδείγματι σαφηνείας χάριν· τὴ μὲν ἀνθρώπος καὶ τὸ βροτόν καὶ τὸ μέρος, ἕκαστον αὐτῶν καὶ κοινῶς μὲν ἅμα λαμβανομένων τῶν καθ' ἕκαστα ἀνθρώπων λέγεται, καὶ ἰδίως ἕκαστου νοουμένου· καὶ γὰρ Πέτρος καὶ Παῦλος καὶ οἱ κατὰ μέρος ἄνθρωποι, καὶ ἅμα μὲν κοινῶς λόγῳ λέγονται ἄνθρωπος, καὶ ἰδίως ἕκαστος λέγεται. Πέτρος γὰρ ἄνθρωπος λέγεται καὶ Παῦλος καὶ παραπλήσιοι.

ε'. Ἄλλ' εἰ καὶ ἐπὶ τῆς καθ' ἡμᾶς θεολογίας, τὰ μὲν κοινῶς λέγεται ἐπὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων, τὰ δὲ ἰδίως· καὶ τὰ μὲν κοινῶς, καὶ κοινῶς ἅμα κατηγορεῖται, καὶ ἰδίως ἀνὰ μέρος· ὅτ' ἂν μὲν γὰρ κοινῶς ἅμα ἐπὶ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, οἷον φημι τὸ Θεὸς ὄνομα ἢ τὸ Κύριος λέγεται, δῆλον ὅτι εἰς μὲν Θεὸς τὰ τρία λέγεται, ἐν οἷς ἔστιν ἡ θεότης, καὶ παρ' ἡμῖν καλῶς οὕτως θεολογεῖται. Ὅτ' ἂν δὲ ὡς ἐπὶ τοῦ Πατρὸς λέγεται ἰδίως καὶ ἀνὰ μέρος τὸ Θεὸς ὄνομα, ἢ τὸ Κύριος, ἢ ἐπὶ Υἱοῦ ἢ Πνεύματος, τότε μὲν Θεὸς λέγεται ὁ Πατὴρ, οὐ μὴν ἰδίως καὶ ἀνὰ μέρος καὶ ἑτεροφυῶς εἰς Θεὸς ὁ Πατὴρ· καὶ πάλιν εἰς ἄλλος Θεὸς ὁ Υἱός· ὡσαύτως δὲ καὶ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀπαγε τῆς τοιαύτης πολυθείας ἐξ ἡμῶν τὸ βλάσφημον! ἐπειδὴ ἡμῖν ἀρχὴ μία τὸ σεβασζόμενον· καὶ εἰς Θεός, κἂν ταῖς ιδιότησιν, ἦγουν ὑποστάσει, τρία πιστεύηται· ὅθεν Υἱὸν Θεοῦ θεολογοῦντες, ἕτερον μὲν φάμεν τῆ ὑποστάσει παρὰ τὸν Πατέρα, οὐ μὴν δ' ἕτερον τῆ οὐσίᾳ καὶ τῆ θεότητι, ἀλλ' ἓνα καὶ τὴν αὐτὸν, ὡς ἐν τῇ προτέρᾳ ἐπιστολῇ δέδεικται.

ς'. Μενούνηγε ἡ καθ' ἡμᾶς θεολογία ἐκ τῶν κοινῶν ἐνοιῶν καὶ τῶν θείων προφητῶν ἠρτημένη, καὶ τὸ βέβαιον καὶ πάγιον κληρωσαμένη, Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἐπὶ τῆς θεολογίας ὡς ἓνα Θεὸν τὰ τρία θεολογεῖ· σὺ δὲ οὐχ οὕτως ἐκλαθὼν, ἀλλὰ τὸ ἓνα Θεὸν λέγεσθαι τὸν Πατέρα ἰδίως καὶ ἀνὰ μέρος· εἶτα τὴν Υἱὸν ὡς ἐξωθεν τοῦ ἐνός Θεοῦ παρεισκρινόμενον λογισάμενος καὶ νοήσας, τὴν παραλογισμὸν συνεσκευώρησας· διὸ καὶ ψευδῶς ὧδε συνάγεις· « Εἰ ἔστιν Υἱὸς ἐπὶ Θεοῦ, καὶ κοινωνός ἐστιν· ἀλλὰ μὴν κοινωνός οὐκ ἔστιν ἐπὶ Θεοῦ· οὐκ ἄρα οὐδὲ Υἱός. » Τοῦτο δὲ λέγων, πολλοῖς ἀτόποις περιπέπτωκας· καὶ πρῶτον μὲν ταυτὴν ποιεῖς ὑπόστασιν καὶ φύσιν ἐπὶ Θεοῦ, ὅπερ ἤδη προαπελήλεγκται· ἔπειτα καὶ τὸν Υἱὸν οὐ δίδως μετὰ Πατρὸς καὶ Πνεύματος ἓνα Θεὸν ὄντα, καὶ παρ' ἡμῶν καλῶς θεολογούμενον· καὶ τοῦτο πάλιν ἡμῖν προαποδέδεικται· διὰ τοι τοῦτο

καὶ ἡλίθιον ἀνέφανε τὸ παρὰ σοῦ δογματιζόμενον. Εἴπωμεν δὲ καὶ ἐπιφερόμενον· ἔχει δὲ καὶ αὐτὸ ὧδε· «Ὁς ἐποίησε τὴν πίστιν τῶν Σαρακηνῶν; φῶς· καὶ ἑτέρα πίστις οὐκ ἔστι, δι' ἣν τις τῷ Θεῷ δύναται προσεγγίσει, » καὶ ὅσα ἄλλα γράφεις ἀποσεμνύων τὴν οἰκείαν πίστιν. Ἀλλὰ τὸ μὲν οὕτω φιλαίς τὸν λόγον χωρὶς ἀποδείξεως τὴν ἄλλοτρίαν πίστιν ὑβρεσιβάλλειν, καὶ τὴν οἰκείαν μεγάλως ἀποσεμνύειν, ῥᾶστον καὶ εὐπετές ἂν εἴη παντὶ τῷ βουλομένῳ· τὸ δὲ τὴν ἑαυτοῦ πίστιν μετ' ἀποδείξεως εὐχρηστον καὶ ὠφέλιμον καὶ ἐκ Θεοῦ δοθεισαν ἀποδεικνύειν, ἀνδρὸς ἂν εἴη εὐσεβοῦς καὶ νοῦν ἔχοντος. Οὐκ οὖν καὶ ὑμᾶς ἔδει τοῦτο ποιεῖν· καὶ μὴ ἀπλῶς βρενθυνομένους τὴν ὑμετέραν πίστιν ὡς φῶς παρὰ Θεοῦ ποιηθείσαν καὶ δοθεισαν ἀποφαίνεσθαι· ὅθεν ἡμεῖς μᾶλλον τῆς ὑμετέρας πίστεως τὴν πλάνην καὶ τὸ ψεῦδος, καὶ τῆς ἡμετέρας τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸν κόσμον μετὰ ἀποδείξεως παραθεῖναι πειρατόμεθα.

ζ'. Ἀπασὶ τοῖς νοῦν ἔχουσιν ὠμολόγηται ὅτι πίστις μὲν εὐχρηστος καὶ ὠφέλιμος καὶ ὡς φῶς οὐσα καθέστηκεν· καὶ τοὺς ταύτην ἐπισπωμένους Θεῷ οικειοῦσθαι παρεγγυᾷ· ἥς τὰ θεσπιζόμενα τῶν χειριστῶν καὶ βλαβερῶν τὴν ἀπόθεσιν ἔχει, καὶ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ τῶν πικρὰ φύσιν ἐπὶ τὰ κατὰ φύσιν καὶ ὑπερφυῆ μετατίθησιν· ἥς δὲ τὰ θεσπιζόμενα τῶν καλῶν τὴν ἀπόθεσιν, καὶ τῶν φεύλων τὴν οικείωσιν ἐπαγγέλλεται, καὶ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ τῶν κατὰ φύσιν ἢ καὶ ὑπερφυῶν ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν κατασπᾷ, αὕτη πάντως δύσχρηστός τε καὶ βλαβερά, καὶ ἥμιστά τις τῷ Θεῷ προσοικειοῦσθαι δι' αὐτῆς δύναται. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἡ ὑμετέρα πίστις τῶν φεύλων τὴν οικείωσιν, καὶ τῶν καλῶν τὴν ἀπόθεσιν προλεσπίζει, καὶ ἐκ τῶν ὑπερφυῶν, ἢ καὶ κατὰ φύσιν, ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν τοὺς ταύτην ἐπισπωμένους κατασπᾷ, φανερόν ἐστι δύσχρηστός τε καὶ βλαβερά, καὶ οὐδεὶς δι' αὐτῆς τῷ Θεῷ οικειοῦται· καὶ ὅτι τοῦτο ἀληθές, ἐντεῦθεν ἄβρει· Τὸ παρὰ φύσιν πάντες Ἰσασιν εἰδήμονες μετάθεσιν εἶναι τοῦ κατὰ φύσιν ἐπὶ τὸ χειριστόν· τὸ δὲ ὑπὲρ φύσιν, μετάθεσιν ἀπὸ τοῦ κατὰ φύσιν ἐπὶ τὸ κρεῖττον. Εἰ οὖν ὁ ἄνθρωπος μέσος πως δεδημιούργηται τῆς αἰσθητῆς, φημί, κτίσεως καὶ νοητῆς, καὶ διὰ τοῦτο ἑκατέρας τῆς τε ἀλόγου φύσεως καὶ ἀγγελικῆς ἐπικοινωνεῖ· καὶ τῆς μὲν ἀγγελικῆς κοινωνεῖ κατὰ τὴν λογιστικὴν τε καὶ τὸ διακριτικόν· τῆς δ' αὖ ἀλόγου, κατὰ τὸ θυμικόν καὶ ἐπιθυμητικόν· πεφύλακται δὲ καὶ διατετήρηται κατὰ φύσιν ὁ ἄνθρωπος, ὅτ' ἂν τὸ λογιστικόν τοῦ θυμικοῦ τε καὶ ἐπιθυμητικοῦ ἄρχῃ. Ἔτι γε μὴν καὶ τῆ ἀγγελικῆ φύσει οικειοῦται μᾶλλον, καὶ πρὸς τὰ ὑπερφυῆ ἀνεισιν, ἤνικα τὸ ἄλογον μέρος τῆς ψυχῆς ὑποπιάζεται καὶ ὑπολίθεται. Ὅτ' ἂν δ' οὖν τὸ ἐναντίον ἐν αὐτῷ καθορᾶται, καὶ τὰ μὲν πάθη τοῦ λόγου ἐπικρατεῖ, ὁ δὲ λόγος ὑπηρετεῖ, τοῦτο δὲ συμβαίνει ἀνευδοσίως ἐπὶ τῶν ἀκολάστως ἢ καὶ φονικῶς βιούντων· φανερόν ἐστι ἂν τὰ χείρονα διαπράττηται, ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ἢ καὶ ὑπερφυῶν, ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν κάτεισιν· ὅθεν ὅσον ἂν μᾶλλον τὸ θυμικόν τε καὶ ἐπιθυμητικόν ἀνετόν ἐστιν, τοσοῦτον καὶ τὰ πάθη σκαίρει· καὶ ὅσον ἂν μᾶλλον σκαίρη, τοσοῦτον καὶ ἐπαύξεται· καὶ

A fuit : quamobrem fatua apparuit prolata a te dogmatis instar sententia. Jam vero videamus quod adilis : namque ita se habet : « Qui fecit Saracenum fidem lucis instar. Neque alia fides est, qua Deo quispiam propinquare possit. » Et quidquid aliud scribis, fidem tuam exaltans. At enim nudis ita verbis, absque ulla demonstratione, alienæ fidei maledicere, et propriam magnificare, facile est et expeditum volenti cuique. Verumtamen propriam fidem vi argumentorum bonam utilemque atque a Deo datam ostendere, id demum viri religiosi et cordati negotium est. Itaque et vos ita agere oportebat ; neque mera jactantia fidem vestram lucis instar a Deo constructam datamque pronuntiare. Proinde nos potius vestræ fidei errorem ac falsitatem, nostræque veritatem et pulchritudinem, cum argumentis exponere conabimur.

7. Cordati omnes fatentur, fidem bonam et utilem, lucis vice fungi, et eas qui hanc gerunt ut ad Deum accedant hortari : cujus fidei præcepta a deterioribus noxiisque retrahunt, hominesque ab iis quæ contra naturam sunt, ad naturalia et supernaturalia convertunt. Cujus autem fidei præcepta virtutis fugam, et vitii familiaritatem suadent, hominesque a naturalibus vel etiam supernaturalibus ad ea quæ contra naturam sunt trahunt ; hæc omnino prava et noxia est, minimeque per ipsam propinquare Deo quispiam potest. Quia igitur fides vestra vitiorum familiaritatem, et a virtutibus aversionem decernit ; atque a supernaturalibus aut saltem naturalibus, ad ea quæ contra naturam sunt, assecclas suos trahit, patet eam esse pravam et noxiam, neminemque per eam ad Deum accedere. Quodque id verum sit, hinc pervidè : Quod contra naturam est, prudentes omnes sciunt transitionem esse a naturali ad deterius : supernaturalia autem, transitionem esse a naturali ad melius. Quia ergo homo medius quodammodo conditus fuit inter sensibilem creaturam et intellectualem, idcirco utramque participat, irrationalem scilicet atque angelicam naturam. Et angelicam quidem participat secundum rationem et discretionem, irrationalem vero secundum irascibile et concupiscibile. Servatur autem et continetur intra naturæ lines homo, cum pars rationalis irascibili et concupiscibili dominatur. Item ad angelicam naturam magis accedit, et ad supernaturalia extollitur, cum animæ pars irrationalis cohibetur et comprimitur. Quando autem contrarium in homine cernitur, et passiones rationi prævalent, ratioque succumbit (hoc autem accidit hominibus luxurioso immanique vitæ genere utentibus), constat hominem deteriora facientem, a naturalibus vel etiam supernaturalibus, ad ea quæ contra naturam sunt migrare. Quapropter quo magis irascibile et concupiscibile freno carent, tanto magis passiones exsiliunt ; et quo magis hæc exsiliunt, eo plus augentur ; et quo magis augentur, tanto plus homo irrationabilibus brutis com-

municat; quod dum facit, ad belluinam conditionem festinat. Propterea et propheticus sermo voluntantem se in passionibus hominem, jumentis similem esse desinit: *Homo cum in honore esset, non intellexit; comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis*⁴⁹.

8. Quoniam itaque vestra fides proponit et lege sancit intemperantem vitam, et passionum incrementum potius atque dominium, quam rationis, et ad deteriora inhiare homines impellit; hoc nimirum est quod diximus, a naturalibus et supernaturalibus ad illa quæ naturæ adversantur pertrahere: est autem apud nos in confesso, fidem illam, cujus statuta hujusmodi sunt, noxiam esse pravamque, ac neminem per illam ad Deum accedere: ergo concluditur, fidem vestram, o Saraceni, tenebras potius dicendam quam lucem, ac neminem per ipsam ad Deum accedere. Quod si ita est, ne a Deo quidem data fuit: tumque temere de hac falsi nominis fide vel, ut verius dicam, infidelitate, gloriaris et extolleris nobisque obloqueris. Quoniam vero nostra fides contrarium vestræ præscribit; nam vestra luxuriam, nostra pudicitiam; vestra ingluviem, nostra temperantiam; vestra luxuriam, nostra ingenuitatem; en demonstratum fuit vestram esse pravam et noxiam, neque Deo conciliantem, propterea quod brutis potius communicare facit. Exploratum est itaque, nostram bonam esse et utilem, et Dei nos familiares efficientem, quia homines ad angelorum conditionem extollit: ideoque possumus confidenter dicere, nullam esse fidem præter nostram qui Christiani sumus, cujus ope potest quispiam Deo propinquare, verumque bonum participare. Atque hactenus de vestra nostraque fide satis dictum sit.

9. Paulo autem progressus, ostendere niteris hominem nequaquam ad Dei imaginem ac similitudinem fuisse creatum; uti nos Moysis historiæ et rebus ipsis credentes, ad te scripsimus. Quare cum specioso prætextu sic videris scribere: « Deus inenarrabilis est, ineffabilis, incomprehensibilis. Semper enim fuit Deus, nemoque similis ei est. Nam celsitudo ejus infinita est, isque plasma suum fecit absque ulla sui similitudine. » Ex quo videris concludere, hominem haud fuisse creatum ad imaginem ac similitudinem Dei. Nam quia Deus incomprehensibilis est et invisibilis et similia, nullaque res ei comparabilis est, patet ne hominem quidem, quoniam inter res existentes est, ad Dei imaginem ac similitudinem factum. Hæc sunt verba hominis Deo legem statuentis ejusque creationibus, nihil tamen verum dicentis. Profecto si nos, dum hominem ad Dei imaginem ac similitudinem factum affirmamus, substantiæ similitudinem diceremus, quæ et indifferens, imo eadem cum Deo esset, et mox Deum confiteremur inenarrabilem,

ἄσον ἂν ἐπαύξηται, τοσοῦτον ὁ ἄνθρωπος τοῖς ἀλόγοις ζώοις ἐπικοινωνεῖ· καὶ τοῦτο ποιῶν σπεύδει ἀποκτηνωθῆναι. Διὰ τοι τοῦτο καὶ ὁ προφητικὸς λόγος τὸν ἐν τοῖς πάθεσι κυλινδούμενον ἄνθρωπον, ἀφωμοιωμένον τοῖς κτήγεσιν ὧδε ἀποφαίνεται· Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὧν οὐ συνῆκε· παρασυνεβλήθη τοῖς κτήγεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὁμοιώθη αὐτοῖς.

ἦ. Ἐπεὶ οὖν ἡ ὑμετέρα πίστις ἐπαγγέλλεται καὶ προσθεσπίζει τὸν ἀκόλαστον βίον, καὶ τῶν παθῶν τὴν αὐξησιν καὶ ἐπικράτειαν, ἥπερ τοῦ λόγου, καὶ πρὸς τὰ χεῖρω κεκηνῆναι τοὺς ἀνθρώπους προσωθεί, τοῦτο δὲ ἐστὶ τὸ ἐκ τῶν κατὰ φύσιν καὶ ὑπερφυῶν ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν τοὺς ἀνθρώπους κατασπᾶν· ὁμολογῆται δὲ ἡμῖν ὅτι ἤς τὰ θεσπιζόμενα τοιαῦτα καθίσταται, βλαβερά ἐστὶ καὶ δύσχρηστος, καὶ οὐδεὶς δι' αὐτῆς οἰκειοῦται Θεῷ· συνάγεται ἄρα ὅτι ἡ ὑμετέρα τῶν Σαρακηνῶν πίστις, σκότος μᾶλλον ἢ περὶ φῶς, καὶ οὐδεὶς δι' αὐτῆς τῷ Θεῷ οἰκειοῦται· εἰ δὲ τοῦτο, οὐδὲ παρὰ Θεοῦ δέδοται, καὶ μάτην ἐπὶ τὴν ψευδώνυμον πίστιν, μᾶλλον δὲ, εἰ χρὴ τὰ ληθῆς εἰπεῖν, ἀπιστίαν ἐπαυχῆ καὶ ἐπαίρη καὶ ἡμᾶς προσκαλῆ. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἡ ὑμετέρα πίστις, τὸ ἐναντίον τῆς ὑμετέρας ἐπαγγέλλεται, ἐκείνη μὲν ἀκολασίαν, αὕτη σωφροσύνην· ἐκείνη γαστριμαργίαν, αὕτη ἐγκράτειαν· ἐκείνη ἀσωτίαν, αὕτη ἐλευθεριότητα, δέδεικται δὲ ἐκείνη ἄχρηστος καὶ βλαβερά καὶ οὐ Θεῷ οἰκειοῦσα, διὰ τὸ τοῖς ἀλόγοις μᾶλλον κοινωνεῖν παρασκευάζουσα, φανερόν ὅτι ἡ ὑμετέρα εὐχρηστος καὶ ὠφέλιμος καὶ Θεῷ οἰκειοῦσα, διὰ τὸ τοὺς ἀνθρώπους μᾶλλον τοῖς ἀγγέλοις ἐπισυνάπτειν· διὸ μᾶλλον ἡμῖν ἐστὶν ἀραρότως φθέγγεσθαι, ὅτι οὐκ ἐστὶ πίστις παρὰ τὴν ὑμετέραν τῶν Χριστιανῶν, δι' ἧς δύναται τις Θεῷ οἰκειωθῆναι, καὶ τῶν καλῶν ἐν μετουσίᾳ γενέσθαι. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς ὑμετέρας καὶ ἡμετέρας πίστεως ἀποχρώντως ὧδε λελέχθω.

θ'. Παρακατιῶν δὲ μικρὸν πειρᾶσαι δεῖξαι τὸν ἄνθρωπον μὴ κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν διαπεπλάσθαι, ὡς ἡμεῖς τῇ κατὰ Μωϋσέα ἱστορίᾳ καὶ αὐτοῖς τοῖς πράγμασι πειθόμενοι πρὸς σὲ γεγράφαμεν· διὸ καὶ μετ' εὐλόγου αἰτίας δοκεῖς γράφειν οὕτως· « Ὁ Θεὸς ἀνεκδιήγητός ἐστι καὶ ἀπεριόριστος καὶ ἀπερίληπτος· ἀεὶ γὰρ ἦν ὁ Θεός, καὶ ὁμοῖος αὐτῷ οὐκ ἦν· τὸ γὰρ ὕψος αὐτοῦ ἀόριστόν ἐστιν· ὃς ἐπλασε τὸ πλάσμα αὐτοῦ χωρὶς τῆς ὁμοιότητος τῆς πρὸς αὐτόν· » ὡς ἐντεῦθεν δοκεῖς συνάγειν, ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὐ πέπλασται κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν. Ἐπεὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἀπερίληπτός ἐστι καὶ ἀόρατος καὶ ἀόριστος καὶ τὰ παραπλήσια, καὶ οὐδὲν τῶν ὄντων ἔοικεν αὐτῷ, δῆλον ὅτι οὐδὲ ὁ ἄνθρωπος, ἐπειδὴ καὶ αὐτός τι τῶν ὄντων ἐστίν· εἰ δὲ τοῦτο, κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν οὐ γεγένηται. Ταῦτα νομοθετοῦντός ἐστιν ἐπὶ Θεοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ κτισμάτων, τὸ ἀληθές δὲ οὐδαμῶς λέγοντος. Διὸ εἰ μὲν τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν ἡμεῖς λέγοντες γεγενῆσθαι, τὴν κατ' οὐσίαν ὁμοίωσιν ἐλέγομεν, ἥτις τὸ ἀπαράλλακτον καὶ ταυτὸν τῆς οὐσίας πρὸς τὸν Θεὸν ἔχει·

⁴⁹ Psal. XLVIII, 13.

εἶτα τὸν Θεὸν ὁμολογοῦντες ἀνεκδιήγητον καὶ ἀπερ-
 ρύριστον καὶ ἀκατάληπτον καὶ ἀπειρον, καὶ οὐδὲν
 τῶν ὄντων τι τοιοῦτον, τάχα ἂν εἰς ἑαυτοὺς περιεπί-
 πτομεν, καὶ εἶχεν εὐλόγον τὸ παρὰ σοῦ γραφόμενον.
 Ἐπεὶ δὲ οὐ τὴν κατ' οὐσίαν ὁμοίωσιν ἐν τῷ λέγειν
 ἡμᾶς τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν
 γεγενῆσθαι ἐκλαμβάνομεν, ἀλλὰ τὴν τὸ ἀνάλογον
 ἔχουσαν πρὸς Θεὸν, ἢ καὶ ἐπὶ τῶν κτισμάτων εὔρη-
 ται, οὐδὲν ἀπεικλῆς ἔνεστιν ἡμᾶς γράφειν, ὅτι ὁ ἄν-
 θρωπος κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν πέπλασται (5).
 Τοῦτο γὰρ καὶ πείθει ἡμᾶς ὁμολογεῖν ἢ κατὰ Μωϋ-
 σία τῆς γενέσεως τοῦ κόσμου ἱστορία· διὸ κατ' εἰ-
 κόνα μὲν φάμεν, κατὰ τὸ ἀρχαῖον [ita cod.] τε καὶ
 αὐτεξούσιον. Ἐτι γὰρ μὴν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἔστι νοῦς
 καὶ λόγος καὶ πνεῦμα· καὶ ὁ μὲν νοῦς, γεννήτωρ
 ἐστὶ τοῦ ἐν ἡμῖν λόγου· ὁ δὲ λόγος, γέννημά ἐστι
 νοῦς· καὶ τὸ πνεῦμα διὰ τοῦ λόγου ἐκδίδεται. Καὶ
 ὡσπερ δίχα λόγου νοῦς ἀλογος οὐκ ἔστιν, οὕτω καὶ ὁ
 λόγος δίχα νοῦς ἄνοος οὐκ εὔρηται, ἀλλ' ἅμα συνυπα-
 ρχεῖ, καὶ οὐ προτερεύει θάτερος θατέρου· ὁμοίως
 δὲ καὶ ὁ λόγος, ἄνευ πνεύματος οὐκ ἔνεστιν, οὐδὲ τὸ
 πνεῦμα τὸ εἰς φωνὴν ἐκτυπούμενον ἄνευ λόγου.

ι'. Ἐπεὶ ὧν ἡ ὑπερούσιος καὶ ἀκτιστος οὐσία,
 ἣτις ἐστὶν ὁ Θεός, ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι θεωρεῖται, ἐν
 τε τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ,
 ὡς ἡμῖν ἀποδέδεικται καὶ καλῶς πιστεύεται, ἀναλογεῖ
 μὲν ὁ κατ' ἡμᾶς νοῦς, γεννήτωρ ὧν τοῦ ἐν ἡμῖν λό-
 γου, τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τῷ ἀίδιως καὶ ἀχρόνως τὸν
 ἑαυτοῦ Υἱὸν γεννήσαντι· ὁ δὲ λόγος ὁ ἐν ἡμῖν, γέν-
 νημα ὧν τοῦ ἐν ἡμῖν νοῦς, ἀναλογεῖ τῷ ἐκ τοῦ Θεοῦ
 ἀρεύστω· καὶ ἀπαθῶς γεννηθέντι Υἱῷ καὶ Θεῷ ἀλη-
 θινῷ ὄντι· τὸ δὲ ἐν ἡμῖν Πνεῦμα, τῷ Πνεύματι ἁγίῳ,
 τῷ ἐκ Πατρὸς μὲν ἐκπορευομένῳ, καὶ δι' Υἱὸν τοῖς
 οὐσίαις ἐκχομένῳ καὶ διαδιδομένῳ· καὶ κατὰ τοῦτο
 πάλιν λέγεται ὁ ἄνθρωπος κατ' εἰκόνα Θεοῦ πεπλα-
 σθαι· καθ' ὁμοίωσιν δὲ πάλιν φάμεν τὸν ἄνθρωπον
 Θεοῦ γεγενῆσθαι, διὰ τὴν τῶν ἀρετῶν τελείωσιν,
 καὶ τῶν ἀγαθῶν τὴν μετουσίαν· ἐπειδὴ πάντα ὅσα
 πρώτως καὶ ἀναιτίως ἢ δημιουργοῦς αἰτία, ὅπερ ἐστὶν
 ὁ Θεός, ταῦτα δευτέρως καὶ μεθεκτῶς καὶ αἰτιατῶς
 ὁ ἄνθρωπος· οἶόν ἐστι τὸ πρῶτον καὶ ὑπερούσιον,
 ζωὴ, φῶς, σοφία, δυνατὸς, ἀγαθός, πρᾶος, δίκαιος·
 ἔστιν καὶ οὗτος σοφός, καὶ ζωὴ, καὶ δυνατὸς, καὶ
 ἀγαθός, καὶ πρᾶος, καὶ δίκαιος ὁ ἄνθρωπος· ἀλλὰ
 φύσει μὲν ὁ Θεός καὶ οὐσιωδῶς, θέσει δὲ καὶ χάριτι
 καὶ ἐπουσιωδῶς ὁ ἄνθρωπος. Εἰ δὲ τοῦτο, εἰκότως
 καθ' ὁμοίωσιν τοῦ Θεοῦ γεγενῆσθαι τὸν ἄνθρωπον
 φάμεν, τὸ ἐξ ἀνακλάσεως [ita cod.], ἔσχατον ἀπήχη-
 μα φέροντα. Καὶ οὕτω πάλιν ἠλίθιον ἀνέφανε τὸ παρὰ
 σοῦ γραφέν.

ια'. Μεταβαίνων δὲ ἐπ' ἄλλο τῶν παρ' ἡμῶν γρα-
 φέντων, καὶ τοῦτο πειρώμενος ἀναιρεῖν, πάλιν γρά-
 φεις· «θεωροῦμεν τὰ εἰρη τῶν θηρίων ὅτι ὁ ἰσχυ-
 ρότερος ἐπανίσταται κατὰ τοῦ ἀσθενεστεροῦ, καὶ ὁ

A indefinitum, incomprehensibilem et immensum,
 cum nulla res existens talis sit, nobismet ipsi
 contradiceremus, et quod tu scribis videretur pro-
 babile. Nunc quia non substantiæ similitudinem
 intelligimus, cum hominem ad Dei imaginem ac
 similitudinem factum dicimus, sed potius analogiam
 erga Deum, quæ etiam in creaturis invenitur,
 nihil absorum est, nos scribere hominem ad ima-
 ginem Dei ac similitudinem fuisse formatum.
 Hanc enim confessionem nobis suadet Moysis hi-
 storia de mundi genesi. Ideo ad imaginem dicimus,
 secundum liberam voluntatem et arbitrium. Præ-
 terea in homine est mens, verbum, ac spiritus.
 Mens quidem, verbi nostri genitrix: verbum men-
 tis genuen: et spiritus per verbum profertur.
 Et quemadmodum nulla mens irrationalis existit,
 id est, absque verbo; ita ne verbum quidem ir-
 rationale ullum, id est, sine mente, invenitur: sed
 una coexistunt, neque alterum alteri antecedit. Sic
 etiam verbum sine spiritu non est, neque spiri-
 tus, qui voce exprimitur, sine verbo est.

10. Quoniam itaque supersubstantialis et increata
 substantia, ejusmodi Deus est, in personis tribus
 spectatur, Patre videlicet, Filio, et Spiritu san-
 cto, ut jam nos demonstravimus recteque credi-
 mus; nostra quidem mens, verbi quod intra nos
 est genitrix, analogiam habet ad Deum Patrem,
 qui sempiternaliter et intemporaliter Filium suum
 genuit. Verbum autem, quod intra nos est, ana-
 logiam habet ad illum, qui ex Deo Patre sine fluxu
 et passione generatus fuit Filius Deus verus. Spi-
 ritus denique noster analogiam habet ad sanctum
 Spiritum, qui a Patre procedit, et per Filium in
 creaturas effunditur ac diribetur. Secundum hæc,
 inquam, homo dicitur ad imaginem Dei formatus.
 Ad similitudinem præterea dicimus Dei hominem
 factum propter virtutum exercitium, et bonorum
 participationem: quia quæ primitus et non causa-
 liter habet causa creatrix, id est, Deus, eadem
 secundo et partiaro et causaliter habet homo.
 Nempe Deus primigenius est et supersubstantialis,
 vita, lux, sapiens, potens, bonus, mitis, justus.
 Est vero et homo sapiens, vita, potens, bonus,
 mitis, justus; sed naturaliter quidem ac substan-
 tialiter talis est Deus; adoptione autem, et gratia,
 et non essentialiter, homo. Quæ cum ita sunt, me-
 rito nos dicimus hominem ad similitudinem Dei
 factum, ita ut extrema veluti repercussionis echo
 sit. Atque ita denuo futile demonstratum est scri-
 ptum tuum.

11. Deinde tu, ad alium libelli mei locum trans-
 iens, eumque pessumdare nitens, rursus scribis:
 «Cernimus in ferarum speciebus, fortiozem insur-
 gere contra infirmiozem, majorem adversus mi-

(5) De homine ad imaginem Dei formato infinita
 prope dixerunt in commentariis suis Patres Eccle-
 siæ, et quidem præcipue Anastasius Sinaita. Qui-

bis nunc præclarus et peracutus theologus no-
 ster accedit Nicetas.

norem, potioꝛem adversus deterioꝛem. Et illæ has sæpenumero sibi pabulum faciunt : interdum et lacerant, zelotypia quadam ex ipsarum cubilibus pellendi, et reliqua. Hoc loco ignorare videris quomodo argumenta proferri oporteat, vel secus. Nam si quod nos scripsimus de omni animali, quatenus homogenea sunt vel heterogenea, id una etiam conversari et congregari illas affirmaret, propter mutuam mansuetudinem, et conservandæ salutis curam ; tu vero in nonnullis animalibus haud tale esse observasti, imo et contrarium, nempe adversari et mutuo lacerari, et quod debilius est a validiore opprimi, et deterius a potiore, quæ tu in scripto tuo posuisti, veluti sit a leone, urso, et similibus ; posses equidem sermonem nostrum fortiter perimere. Sed quia quod scripsimus non de omni irrationali animali loquitur, stulte blateras, male conflictum drama inducens, et quasi personatus agens. Quis enim vel minima perspicacia præditus ignorat, non omnia animalium genera naturaliter esse comparata ut congregentur et socialem vitam sectentur ? Namque animalium alia sunt solivaga, alia gregalia ; rursusque gregalium alia sub gubernatore ordinantur, alia secus. Utraque vero hæc partim sunt civilia, partim minime, sicut ipsorum physiologiæ atque historiæ docent. Si ergo alia sunt solivaga, alia minime ; constat comparatum esse a natura ut partim congregentur cum homogeneis suis, partim secus. Quod si ita est, nemo sana mente pollens, aut putat aut scribit, omnia animalia inter se congregari solere et simul vivere. Ne nos quidem itaque hoc diximus. Sed quia maxime propria nota et characteristicæ inest animali præcipue sociali, ratiocinium et prudentia et cum ratione iudicium, propterea sermone exteriore indiget homo, ut arcane repositas cogitationes in exteriorem lucem educat, et cum proximis communicet. Quo fit, ut naturaliter sit cicer animal, et apprime sociale. Cæteris vero cunctis animalibus sodalitas et naturalis mansuetudo principaliter non inest : sed tamen in nonnullis cernitur conversandi et simul vivendi atque communicandi studium. Sed multo magis hoc inter homines constitutum est. Nam si quod minus esse videtur, tamen est, multo magis quod amplius est : quanto scilicet convenientius utiliusque est conversari simulque vivere cum homogeneo suo hominem, animal nimirum præcipue sociale, et suapte natura cicer. Hoc enim et nos præ oculis habentes, vobis scripsimus.

12. Demmo progrediens ad alium scripti nostri locum, eumque refutare conatens, ita scribis : « Cædium aliæ licitæ sunt, aliæ illicitæ. Illicitum est, prout reapse a Deo vetatur, occidere fidelem privato proposito : legitimum autem est occidere eum qui dandum censet Deo sodalem, et hunc pari potentia præditum confingit. » Hæc dum scribis, indo-

A μείζων κατὰ τοῦ ἐλάσσονος, καὶ ὁ κρείττων κατὰ τοῦ χείρονος, καὶ πολλάκις ποιεῖται τροφήν αὐτοῦ· ἔστιν ὅτε καὶ διαφθεῖρει αὐτὸν, ἀντιζηλῶν τοῦ διωχθῆναι αὐτὸν ἀπὸ τῆς κοίτης αὐτοῦ, καὶ τὰ ἐξῆς. Ἐνταῦθα δοκεῖς ἠγνοηκέναι τὰς ἀποδείξεις, πῶς δεῖ προάγειν, καὶ πῶς οὐ δεῖ. Εἰ μὲν γὰρ τὸ παρ' ἡμῶν γραφὲν περὶ παντὸς ἀλόγου ζώου, πρὸς τε τὸ ὁμογενές ἢ καὶ ἑτερογενές, τὸ συναλίζεσθαι τε καὶ ἐνοῦσθαι ὑπισχνεῖτο, διὰ τὴν πρὸς ἀλληλα ἡμερότητα, ὡς φειδόμενα τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας· εἶτα ἐπὶ τινῶν ζώων τοῦτο εὐρὼν σὺ μὴ θεωρούμενον, μᾶλλον δὲ τὸ ἐναντίον τὸ ἐπανίστασθαι καὶ διαφθεῖρειν καὶ ἀποδιώκειν τὸν ἰσχυρότερον τὸν ἀσθενέστερον, καὶ τὸν κρείττονα τὸν χείρονα, ἃ καὶ ἐν τῷ σὺ γράμματι παρετίθει, ὅσον λέοντά φημι καὶ ἄρκον καὶ τὰ παρὰ πλῆσι· εἶχεσ ἂν γενναίως τὸν ἡμέτερον λόγον ἀναιρεῖν. Ἐπεὶ δὲ τὸ παρ' ἡμῶν γραφὲν οὐ περὶ παντὸς ἀλόγου ζώου τοῦτο ἐπαγγέλλεται, καὶ ματαιολογεῖς, τὸ κακόπλαστον εἰσάγων ἄρμα καὶ ὑποκρινόμενος· τίνα γὰρ καὶ τῶν μικρὰ συνορᾶν δυναμένων λέληθεν, ὅτι οὐχ ἅπαντα τὰ εἶδη τῶν ζώων συναλίζεσθαι καὶ συνδιαιτᾶσθαι πρὸς ἀλληλα πέφυκε ; Τῶν γὰρ ζώων τὰ μὲν εἰσι μοναδικὰ, τὰ δὲ ἀγελαῖα, καὶ τῶν ἀγελαίων τὰ μὲν ὑφ' ἡγεμόνι τάττονται, τὰ δὲ οὐ. Ἐκατέρων δὲ τούτων τὰ μὲν εἰσι πολιτικά, τὰ δὲ οὐ· ὡς αἱ περὶ αὐτῶν φυσιολογίαι καὶ ἱστορίαι ἐκδιδάσκουσιν. Εἰ οὖν τὰ μὲν εἰσι μοναδικὰ, τὰ [δὲ] οὐ, φανερόν ὅτι τὰ μὲν συναλίζεσθαι μετὰ τῶν ὁμογενῶν πέφυκε, τὰ δὲ μὴ. Εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, οὐδεὶς ἂν ἀδιάστροφον φρένα ἔχων, οὔτε νοεῖ οὔτε γράφει τὸ, Πάντα τὰ ζῶα ἔχει τὸ συναλίζεσθαι πρὸς ἀλληλα καὶ συνδιαιτᾶσθαι· ὅθεν οὐδὲ ἡμεῖς· ἀλλ' ἐπειδὴ ἰδιαιτάτον γνώρισμα καὶ χαρακτηριστικὸν ἐνεστί τοῦ κυρίως κοινωνικοῦ ζώου, ὃ τε λόγος καὶ ἡ φρόνησις καὶ ἡ μετὰ λόγου κρίσις, διὰ τοι τοῦτο καὶ λόγου τοῦ ἐξωθεν ἐδεήθη ὁ ἄνθρωπος, ὡς ἂν τὰ ἐν βάλει κείμενα νοήματα εἰς φῶς ἐξωθεν ἀγῆται καὶ τοῖς πέλας κοινοποιῆται· ὅθεν καὶ φύσει ἡμερον ζῶον ὁ ἄνθρωπος, καὶ κοινωνικὴν ζῶον κυρίως ἐνταῦθα ἔστιν. Ἐν δὲ τοῖς ἀλόγοις ζώοις ἅπασιν τὸ τε κοινωνικὸν καὶ φύσει ἡμερον κυρίως οὐκ ἐνεστί· εὐρηται δὲ ὡς ἐπὶ τινῶν τῶν ἀλόγων ζώων τοῦτο συναλίζεσθαι καὶ συνδιαιτᾶσθαι καὶ κοινοποιεῖσθαι· πολλῶ μᾶλλον καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων τοῦτο θεμιτὸν ἂν εἴη. Εἰ γὰρ τὸ ἦττον δοκοῦν ὑπάρχειν ὑπάρχεις πολλῶ μᾶλλον καὶ τὸ μᾶλλον· ὅπερ προσῆκόν ἐστι καὶ μᾶλλον ὀφείλει τὸ συναλίζεσθαι καὶ συνδιαιτᾶσθαι πρὸς τὸ ὁμογενές τὸν ἄνθρωπον ὡς κοινωνικὸν ζῶον κυρίως καὶ ἡμερον φύσει. Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ ἡμεῖς ἀφορῶντες πρὸς ὑμᾶς γεγράφαμεν.

ιβ'. Καὶ πάλιν δὲ μεταβαίνων ἐφ' ἕτερον τῶν παρ' ἡμῶν γραφέντων, καὶ τοῦτο ὡσαύτως πειρώμενος ἀνασκευάζειν, γράφεις ὡς : « Τῶν φόνων οἱ μὲν εἰσι θεμιτοί, οἱ δὲ ἀθέμιτοι· καὶ ἀθέμιτόν ἐστιν, ὃ ἀποτέτραπται παρὰ Θεοῦ, τὸ φονεῦειν πιστὸν τῇ ἰδίᾳ προαιρέσει· ἐννομον δὲ καὶ θεμιτὸν, τὸ φονεῦειν τὸ διζάζοντα συγκοινωνῶν τοῦ Θεοῦ (6) καὶ ἀναπλάττοντα

(6) Sur. VIII, IX et alibi. Confer retro col. 685 et 761, cum annotatione.

ισοδύναμον. Ταῦτα μὲν γράφων ὡς ἀμαθῆ καὶ ἀμύητον πάντη τῶν πραγμάτων σεαυτὸν εἰσάγεις· οὐδὲ γὰρ συνῆκας ὅτι πᾶς φόνος, ἢ φόνος ἐστὶ, φευκτὸς καὶ ἀποτρόπαιος, εἴπερ κακὸς· τὸ δὲ κακὸν ἅπαν οὐ θεμιτόν· καὶ ὅτι κακὸν ὁ φόμος, ἐντεῦθεν δῆλον· Πᾶς φόμος, ἢ φόμος ἐστὶν, ἢ φθορά ἐστὶν ἀνθρώπου, ἢ φθορᾶς ποιητικὸς ἐστὶν ἀνθρώπου· ὁ δὲ ἀνθρώπος μᾶλλον καλὸν καὶ μᾶλλον ἀγαθὸν τῶν ἐπὶ γῆς· εἴπερ τὸ πρῶτιστον κτίσμα Θεοῦ τῶν ἐπὶ γῆς· συνάγεται ἄρα· Πᾶς φόμος, ἢ φόμος ἐστὶν, ἀγαθοῦ τινος ἢ φθορᾶς ἢ φθορᾶς ποιητικόν· εἰ δὲ τοῦτο, καθ' αὐτὸ κακόν. Τῶν γὰρ ἀγαθῶν αἱ φθοραὶ, καὶ τὰ τούτων φθαρτικὰ, πάντως ἐστὶ κακά· ὡς περ τῶν κακῶν αἱ φθοραὶ, καὶ τὰ φθαρτικὰ τούτων ἀγαθὰ· οὕτω γὰρ ἡμῖν αἱ κοιναὶ ἐννοιαὶ καὶ αἱ φιλοσοφικαὶ μαθήσεις ἐκδιδάσκουσιν. Εἰ οὖν πᾶς φόμος, ἢ φόμος ἐστὶν, δέδεικται ὡς κακὸς, δῆλον ὅτι καὶ οὐ θεμιτός· τὸ γὰρ κακὸν πᾶν, οὐ θεμιτόν· γίνεται δὲ ἐνίοτε κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθόν. Τῶν γὰρ ὄντων τὰ μὲν εἰσι καθ' αὐτὰ ἀγαθὰ· γίνεται δὲ κατὰ συμβεβηκὸς κακὰ, οἷον ἐλεημοσύνη· τὰ δὲ καθ' αὐτὰ μὲν εἰσι κακά· γίνεται δὲ κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθὰ, οἷον τὸ ψεῦδος (7)· τὰ δὲ καθ' αὐτὰ μὲν τὸ οὐδέτερον ἔχει· κατὰ συμβεβηκὸς δὲ ἐπαμφοτερίζει, οἷον πλοῦτος, ἰσχυρός, καὶ τὰ παραπλήσια· καὶ τὰ μὲν καθ' αὐτὰ ἀγαθὰ, αἰεὶ μὲν δεῖ γίνεσθαι, ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ· τοιαύτη γὰρ ἡ φύσις τῶν κατ' αὐτὰ ἀγαθῶν. Τὰ δὲ καθ' αὐτὰ κακά, ἔμπαλιν· ἢ αἰεὶ μὲν οὐ δεῖ γίνεσθαι, ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἀλλ' ἐπέλαττον· τοιαύτη γὰρ καὶ τούτων ἡ φύσις· τὰ δὲ καθ' αὐτὰ τὸ οὐδέτερον ἔχοντα ἐπ' ἴσης ἔχει τό τε γίνεσθαι καὶ μὴ. Ἐπει οὖν καὶ φόμος τῶν καθ' αὐτὸ κακῶν ἐστὶ (τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἀποδέδεικται)· τὸ δὲ καθ' αὐτὸ κακόν, κατὰ πρῶτον λόγον, ἢ ὅλως οὐ δεῖ γίνεσθαι, ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ· καὶ τοῦτό ἐστὶ τὸ πρῶτον ἀγαθόν· σπανιάκις δὲ γίνεται κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθόν· καὶ τοῦτό ἐστὶ τὸ δευτέρως ἀγαθόν καὶ ἐπέλαττον. Τὸ δὲ κατὰ πρῶτον λόγον ἀγαθόν καὶ ἐπιπλέον, τοῦ κατὰ τὸ δεύτερον καὶ ἐπέλαττον ὄντος, ἀρετώτερον καὶ κρείττον, ὡς αἱ λογικαὶ ἡμᾶς μέθοδοι ἐκπαιδεύουσι· τὸ μὴ φονεύειν ἄρα, τοῦ φονεύειν, εἰ καὶ κατὰ συμβεβηκὸς ἐνίοτε ἐστὶν ἀγαθόν, κρείττον καὶ ἀρετώτερον· εἰ δὲ τοῦτο, οἱ τὸ φονεύειν ἐπιέμενοι ἀναιρεῖν ἐκ τῶν ἀνθρώπων, κατὰ πολὺ ἂν κρείττονες καὶ τιμωτέροι δειχθεῖεν τῶν μὴ προαιρουμένων τοῦτο ποιεῖν, ὡς τὸ κρείττον ἀγαθόν ἐπιέμενοι. Ἡμεῖς ἄρα κρείττονες ἀνεφάντημεν διὰ τῆς ἀποδείξεως, τὸν φόμον ἀναιρεῖν ἐκ ποδῶν προαιρούμενοι.

εγ'. Ὅτι δὲ καὶ ὁ ἐξ ὑμῶν εἰς ἡμᾶς ἐνεργούμενος καθ' ἑκάστην φόμος (8) οὔτε τῶν κατὰ συμβεβηκὸς

(7) Puta cum aliquis mentitur, ut alicui prosit. Verumtamen id quoque Augustinus reprehendit enarr. in ps. V, n. 7: *Duo sunt omnino genera mendaciorum, in quibus non magna culpa est, sed tamen non sunt sine culpa, cum aut jocamur, aut ut proximus mentimur. Illud primum, etc. Secundum ideo mitius est, quia retinet nonnullam benevolentiam. Videtis ibi cætera; tum alia plurima*

clum te et omnium rerum ignarum exhibes. Etenim non intelligis, omnem cædem, quatenus cædes est, vitandam esse et aversandam, utpote malam. Porro nullum malum licet. Quod autem mala res sit cædes, hinc fiet manifestum: Omnis cædes, quatenus cædes est, destructio est hominis, sive causa est destruendi hominis. Homine autem nihil pulchrius meliusve in terra versatur, siquidem præcipua est creaturæ a Deo in terra rerum. Concluditur ergo omnem cædem, quatenus cædes est, boni alicujus destructionem esse, vel causam destructionis. Quod si ita est, cædes per se mala est. Nam bonarum rerum destructiones et harum causæ, omnino malæ sunt: sicut vicissim malarum rerum destructiones, et harum causæ, bonæ sunt. Quippe ita communes notiones et philosophicæ disciplinæ nos docent. Si ergo omnis cædes, qua cædes est, mala esse demonstratur, patet eam ne licitam quidem esse. Nullum quippe malum licet: sed id tamen aliquando per accidens in bonum convertitur. Nam rerum aliæ sunt per se bonæ, sed fiunt per accidens malæ, velut eleemosyna. Aliæ per se malæ sunt, sed fiunt per accidens bonæ, velut mendacium. Aliæ denique per se quidem neutrius conditionis, per accidens autem in alterutram partem inclinantur, velut divitiæ, vires, et similia. Et hæc quidem res quæ sunt per se bonæ, semper fieri debent, vel certe plerumque: talis enim est rerum per se bonarum natura. Contraria ratio est rerum per se malarum, quæ vel nunquam fieri debent, vel raro, et minima quantitate. Talis enim est harum natura. Quæ denique per se neutrius naturæ sunt, perinde est utrum fiant, an secus. Quod autem cædes sit in numero rerum per se malarum, id nos jam ostendimus. Quod vero per se et principaliter malum est, id vel omnino fieri non debet, vel raro; et hoc principaliter bonum est: quod raro autem fit per accidens bonum, id secundo loco bonum est ac minimum. Jamvero quod est primigenia ratione bonum et gradu majore, illo certe quod est secundo loco bonum et gradu minore, optabilius est et melius, prout nos logicæ regulæ erudiunt. Ergo non occidere melius optabiliusque est quam occidere, etsi hoc postremum quandoque per accidens bonum fit. Quod si ita se habet, ii qui cædem abolere inter homines student, meliores majoreque laude digni apparent, quam hi qui ita se gerere non constituerunt: illi enim melius bonum amplexi sunt. Nos igitur meliores esse exploratum est, qui cædem ex hominibus exterminare studemus.

13. Quod vero quotidiana vestra adversus nos cædes, non sit de bonis per accidens contingenti-

hujusmodi apud Augustinum, qui constanter mendacium improbat.

(8) Loquitur de superstitione et fanatica Mohamedanorum adversus Christianos sævitia, quam, præter citatas retro suras, videmus etiam in epistola tertia Nicolai patriarchæ Græci inter editas a nobis in Spicilegio Rom., T. X.

bus, hinc fiet palam : Quod sit per accidens bonum, prudenti aliquo consilio sit : quod autem ita prudenter sit, propter frugi aliquid sit : ergo quod per accidens sit, propter frugi aliquid sit. Vestræ autem nostrorum hominum occisiones, haud ob aliud sunt, ut ipsi dicitis, nisi quia nos Saracenisimam sequimini : hoc autem frugi non est : consequitur ergo, ut vestræ nostrorum hominum occisiones, ne per accidens quidem bonæ sint. Quod autem Saracenisimæ sectæ minime bona sit, sic ostenditur : Saracenisimus nihil aliud est quam a naturalibus aut etiam supernaturalibus, ad ea quæ naturæ adversantur, hominum translatio ; namque hoc etiam demonstravimus. Jam id agere, malum esse, nemo non videt. Si ergo vestræ nostrorum hominum occisiones, neque per accidens neque per se ipsæ bonæ sunt : et si quod neque per se bonum est, neque per accidens, id omnino fieri non debet ; ergo vestræ quotidianæ nostrorum hominum occisiones fieri non debent. Nam quod fieri non oportet, id ne licet quidem. « Cædium aliæ licitæ sunt, inquis, aliæ illicitæ. » Ego quoque assentior, cædes aliquas licere, nimirum per accidens, si quidem de illorum honorum numero sint, quæ ita evadunt per accidens. At sunt illicitæ, per se ; quoniam cædes, quatenus cædes est, de numero esse per se malorum ostensum fuit ; idcirco hoc tanquam plane confessum a nobis quoque sumatur.

14. Age vero breviter deinde subnectis dicens : « Legitimum insonsque est occidere eum qui censet dandum Deo socium, et quidem pari potentia præditum. » Id, inquam, quam superbe a te dicitur et arroganter ! aut si magis proprie loquendum est, quanta stoliditate atque insania scatet ! Nam propter multam stupiditatem tuam et infidelitatem, absque ratiocinio nescio quomodo judicans, neque ut nos prædicamus, sed vane pugnans et stulte blaterans, sine causa nos irrides, quasi participantes quosdam, et Deo unico univoco principio æquipollentes inducamus. Quis enim ex nostris, sive pusillus sive magnus, cogitavit unquam aut confinxit quemquam esse Deo unico univoco principio communicantem aut æquipollentem ? quo prætextu vestræ nostrorum hominum occisiones, justæ, ut tu ais, evadant ? Etsi enim a nobis Filius Dei tanquam verus Deus, idemque Deo Patri homogeneus dicitur atque glorificatur, non tamen ut communicans uni principio, aut Deus extra Patrem existens et adjunctus, ut tu putas, in nostra theologia definitur ; hoc enim jam a nobis demonstratum fuit ; sed unus Deus cum Patre et Spiritu sancto est, et a nobis Christianis creditur et glorificatur. Quod si ita est, temere tu nobis probrum ex vocabulo communicantis impingis : temere item occisiones quas nostrorum hominum facitis, divinitus inspiratas legitimasque reputas, uti scribis. Nam si, propterea quod communicantem

A ἀγαθῶν ἐνδέχεται εἶναι, ἐντεῦθεν δῆλον· Τὸ κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθὸν γινόμενον, δι' οἰκονομίαν γίνεται· τὸ δι' οἰκονομίαν γινόμενον, διὰ καλὸν γίνεται· τὸ ἄρα κατὰ συμβεβηκὸς γινόμενον, διὰ καλὸν γίνεται· ὁ δὲ ἐξ ὑμῶν εἰς ἡμᾶς γινόμενος φόνος, οὐ δι' ἄλλο τι γίνεται, ὡς αὐτοὶ φατε, εἰ μὴ διὰ τὸ Σαρακηνίζειν ὑμᾶς· τοῦτο δὲ οὐ καλόν· συνάγεται ἄρα ὅτι ὁ ἐξ ὑμῶν εἰς ἡμᾶς γινόμενος φόνος, οὐδὲ τῶν κατὰ συμβεβηκὸς ἐστὶν ἀγαθῶν· καὶ ὅτι τὸ Σαρακηνίζειν οὐ καλόν ἐστίν, ὡδὲ ἐστὶ δῆλον· Τὸ Σαρακηνίζειν οὐδὲν ἄλλο ἐστίν, ἀλλ' ἢ τὸ ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ἢ καὶ ὑπερφυῶν εἰς τὸ παρὰ φύσιν κατασπᾶν τοὺς ἀνθρώπους· τοῦτο γὰρ ἡμῖν καὶ ἀποδέδεικται (9)· τὸ δὲ τοῦτο ποιεῖν, πᾶσιν ἀρίδην ἐστὶν ὅτι οὐ καλόν ἐστίν· Ἐπεὶ οὖν οὔτε τῶν καθ' αὐτὸ ἀγαθῶν ἐστὶν ὁ φόνος ὁ ἐξ ὑμῶν εἰς ἡμᾶς ἐνεργούμενος, οὐδὲ κατὰ συμβεβηκὸς· τὸ δὲ οὔτε καθ' αὐτὸ ἀγαθόν, οὔτε κατὰ συμβεβηκὸς, οὐ χρὴ γίνεσθαι τὸ παράπαν· ὁ ἄρα εἰς ἡμᾶς ἐξ ὑμῶν καθ' ἑκάστην ἐνεργούμενος φόνος, οὐ δεῖ γίνεσθαι· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ οὐ θεμιτόν· ὁ γὰρ οὐ δεῖ γίνεσθαι, οὐδὲ θεμιτόν ἐστι· « Τῶν φόνων, οἱ μὲν εἰσι θεμιτοὶ, οἱ δὲ ἀθέμιτοι. » Σύμφημι καὶ γὰρ, ὅτι τῶν φόνων οἱ μὲν εἰσι θεμιτοὶ, δηλονότι κατὰ συμβεβηκὸς, εἴπερ τῶν κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθῶν εἰσιν· οἱ δὲ ἀθέμιτοι, δῆλον ὅτι καθ' αὐτό· ἐπεὶ καὶ ὁ φόνος, ἢ φόμος ἐστίν, τῶν καθ' αὐτὸ κακῶν εἶναι ἀποδέδεικται· διὸ καὶ ὡς ὡμολογημένον καὶ παρ' ἡμῖν εἰλήφθω.

15. Εἴτα τὸ βραχὺ τοῦτου συναπτόμενον τὸ λέγον· « Ἐννομον δὲ καὶ θεμιτόν τὸν δοξάζοντα φονεύειν συγκοινωνὸν τοῦ Θεοῦ καὶ ἀναπλάττοντα ἰσοδύναμον, ποίας ἀλαζονείας καὶ φυσιώσεως, ἢ οἰκειότερον φάναι, ἐκπληξίας τε καὶ ἐμβροντησίας ἀνάμειστον οὐκ ἂν εἴη ; Ἐκ γὰρ πολλῆς εὐθελίας καὶ ἀπιστίας ἀλογιστὶ, οὐκ οἷδ' ὅτω τρήπῳ δόξαν, καὶ οὐχ ὡς ἡμεῖς κηρύττομεν, σχισμαχῶν καὶ μάταια ἐρευγόμενος, ἡμᾶς ἀναπλαστικῶς διακωμωδεῖς κοινωνοὺς τινὰς καὶ ἰσοδύναμους τοῦ ἐνὸς Θεοῦ καὶ τῆς μιᾶς ἀρχῆς ἐπεισάγοντας· τίς γὰρ τῶν ἐν ἡμῖν μικρὸς ἢ μέγας ποτὲ ἐνενόησεν ἢ ἐπλασεν ἐπὶ τοῦ ἐνὸς Θεοῦ καὶ τῆς μιᾶς ἀρχῆς κοινωνὸν ἰσοδύναμον, ἵνα καὶ ὁ εἰς ἡμᾶς ἐνεργούμενος φόμος θεμιτὸς ἂν εἴη, ὡς σύ φης ; εἰ γὰρ καὶ παρ' ἡμῖν Ἰῆς Θεοῦ ὡς Θεὸς ἀληθινὸς καὶ αὐτὸς ὢν ὁμοφυῆς τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ θεολογεῖται καὶ δοξάζεται, ἀλλ' οὐχ ὡς κοινωνὸς τῆς μιᾶς ἀρχῆς, ἢ τοῦ Πατρὸς ἐξωθεν ὢν Θεὸς παρεισκρινόμενος, ὡς σὺ ἐπινοεῖς, θεολογεῖται (τοῦτο γὰρ ἡμῖν καὶ ἀποδέδεικται [10])· ἀλλ' ὡς εἰς Θεὸς μετὰ Πατρὸς καὶ Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐστὶ καὶ παρ' ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν καλῶς πιστεύεται τε καὶ δοξάζεται. Εἰ δὲ τοῦτο, μάτην τὸν οὕτως μῶρον τὸν ἐκ τοῦ κοινωνοῦ ἡμῖν προστρέβεις· ἐτι γε μὴν καὶ τὸν ἐξ ὑμῶν εἰς ἡμᾶς ἐνεργούμενον φόμον ἐνθεὸν καὶ ἔννομον λογίζῃ, ὡς γράφεις· εἰ γὰρ διὰ τὸ κοινωνὸν καὶ ἰσοδύναμον Θεοῦ, ὡς αὐτοὶ φατέ ἀναπλάττειν ἡμᾶς, ἔννομόν ἐστι τὸ ὑφ' ὑμῶν φονεύεσθαι,

(9) In hac ipsa epistola cap. 7, col. 829.

(10) In confutatione prioris Agarenorum epistolæ, cap. 9

δηλονότι τούτου ψευδῶς ἡμῖν ἐπιφημιζομένου. φανερόν ὅτι καὶ τὸ φονεῦσθαι ἡμᾶς παρ' ὑμῶν οὐ θεμιτόν. Εἰ δέ σε τὸ διάφορον τῶν ὑποστάσεων Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ἐπιθορυβεῖ καὶ ἐπιταράττει, ὡς τοῦ ἐνὸς Θεοῦ καὶ τῆς μιᾶς ἀρχῆς ἔξωθεν τὸν Υἱὸν ὡς κοινωνόν (11) παρ' ἡμῖν παρεϊκρινόμενον, καὶ διάφορον ὄντα τῆ φύσει τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἀμαθαίνοντός· ἐστὶ τοῦτο ἡπερ εἰδότες· οὐ γὰρ ταυτὸν φύσις καὶ ὑπόστασις· ἦν γὰρ οὐδὲν τῶν ὄντων ὁμοφυές, καὶ ταυτὴν κοινόν τι καὶ ἴδιον χρῆμα· ὅπερ οὐχ εὔρηται.

ε'. Καὶ ἄλλως· Εἰ τὸ διάφορον τῶν ὑποστάσεων, διάφορον καὶ τὴν φύσιν εἰσάγεσθαι δίδωσιν, ἀνάγκη τὸ μὴ διάφορον τῶν φύσεων, μηδὲ διάφορον τῆ ὑποστάσει καθίστασθαι· συνάγεται ἄρα ὅτι τὰ ταῦτά τῆ φύσει, ταυτὰ καὶ ταῖς ὑποστάσεσιν· ἔσται ἄρα Σωκράτης καὶ Πέτρος, ταυτοὶ ὄντες τῆ φύσει καὶ ἀδιάφοροι, καὶ τῆ ὑποστάσει ταυτοὶ, ὅπερ ἐστὶ γελοῖον· ἔστι γὰρ τὸ οὕτως ἐσφισμα παρὰ τῆν ὁμωνυμίαν οὕτω καλούμενον· τοῦ γὰρ ἐνὸς πολλαχῶς λεγομένου, ὡς αἱ λογικαὶ μέθοδοι ἡμᾶς ἐκδιδάσκουσιν, ἢ γένει, ἢ εἴδει, ἢ ἀριθμῷ, δῆλον ὅτι καὶ τὰ πολλά· ὅσαχῶς γὰρ τὸ κείμενον (12), τοσαυταχῶς καὶ τὸ ἀντικείμενον· τοῦτο γὰρ καὶ δεδιδάγμεθα· ἡμῶν δὲ ταῖς ὑποστάσεσιν τὸ τρία διδόντων, σὺ καὶ τὸ τῶν φύσεων διάφορον εἰσάγεις· ταῦτα δὲ οὕτως ἔχει· καὶ ἡ ἐνάργεια τῶν πραγμάτων δῆλη, καὶ αἱ μαθήσεις ἐκδιδάσκουσιν· καὶ οὕτως σοὶ πᾶσαι αἱ διαβολαὶ τῆς καθ' ἡμᾶς πίστεως, καὶ αἱ πρὸς ἡμᾶς ἀντιβρόχσεις σου ἔωλοι καὶ ἀπίθανοι καὶ ψευδεῖς ἀποδοδεϊγμένοι εἰσὶ· καὶ τῶν διαβολῶν δηλονότι ἀντιρεθεισῶν, καὶ τὰ λοιπὰ σοὶ πάντα συνέψεται· καὶ ταῦτα πέρα τοῦ μέτρου· ἐπεὶ καὶ κόρος λόγου πολέμιος ἀκοαῖ· διὸ ἱκανὰ μὲν καὶ ταῦτα τοῖς ἐθέλουσιν μικρῶς πως συνορᾶν, καὶ τῆ παραθέσει τῶν κρειττόνων, τὸ ἀληθὲς μεταδιώκειν, καὶ τὸ ψευδὸς ἀπωθεῖσθαι· διὸ καὶ μέχρι τούτων τὸν λόγον στήσω (13).

(11) Didymus Alexandrinus in suo ad Psalmos egregio commentario ait ad ps. xvii, 32: 'Ὁ Σωτὴρ οὐ μετέχων θεότητος, θεός ἐστιν . . . οὐδεὶς τῶν κατὰ μετοχὴν Θεῶν, ὡς ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστός· εἶναι δύναται· *Salvator, non est participatione deitatis Deus . . . nemo qui esset participatione Deus, domino Jesu Christo æquipollere potest.*

(12) Cod. hic et postea ἀντικείμενον.

(13) In extrema codicis pagina a recentiore manu, et quidem mendosissima, scribitur brevis Mahomedis novitia, nempe quod hic a Niceta Byzantino philosopho, et aurea locutione prædito, confutatus Arabs Mahamedes, orphanus fuerit, peregrinus, mendicus et vagus, et quod ad divitem viduam in quadam Arabiæ urbe accesserit, cui se mercenarium famulum et camelarium adlaxit: quamque etiam malitia sua et subdolo sermone, licet ipse comitali morbo urgeretur, in proprium conjugium pellexit. At cum hæc postea repudium ei, tanquam mendico et dæmoniaco, mitteret; is ad monachum quemdam familiarem suum, Constantinopoli extorrem, negotio delato, facile impetravit ut uxori per hunc suaderet, Dei se esse prophetam, et visiones pati, non aplexin, et Gabrielem angelum secum loqui. Quæ au-

A et æquipollentem Deo, ut, vos dicitis, confingimus, legitimum est nos a vobis occidi; postquam nos eam imputationem falsam coarguimus, constat eadem quoque, qua vos in nos sævitis, justam non esse. Quod si te distinctio personarum Patris, Filii, et Spiritus sancti perturbat ac terret, quasi ea exterius in unum Deum unumque principium, Filium ceu communicantem obtrudat, a natura Dei Patris diversum, hoc indocti potius quam docti hominis proprium est. Non enim idem est natura et persona; secus, nullæ res existentes essent homogeneæ; eademque res et communis esset, et propria; quod non usuvenit.

B 15. Item aliter: Si personarum distinctio naturæ quoque distinctionem induceret, necesse foret id quod non est natura distinctum, ne persona quidem esse distinctum. Consequitur ergo, quidquid idem natura est, idem quoque fore personis. Socrates itaque erit etiam Petrus, qui si natura sunt iidem atque indistincti, iidem etiam persona erunt; quod est ridiculum. Namque hoc sophisma ab homonymia ita appellatur. Nam cum vocabulum unus multifario sensu dicatur, ut nos logicæ regulæ docent, nempe vel genere, vel specie, vel numero; constat, quod vocabulum etiam *plura* eandem rationem habet; nam quot modis propositum, totidem etiam oppositum; sic enim didicimus. Jam dum nos personis trinum numerum damus, tu naturarum quoque distinctionem invenis. Hæc ita se habent, et ex factorum evidentia constat, et disciplinæ sic nos docent. Atque ita tuæ omnes adversus fidem nostram calumniæ et contradictiones, futes, incredibiles mendacesque demonstratæ fuerunt. Jam calumniis disjectis, reliqua omnia per se consequuntur. Sed et dicta hactenus nimia fuerunt, et sermonum superfluitas auribus molesta est. Ideo hæc sufficiunt iis quidem qui aliquantulum considerare velint, et meliorum adjectione, aut comparatione, veritatem assequi, ac falsitatem dispellere. Hic ergo dicendi finem faciam.

C diens mulier gavisæ est. Tum ex ejusdem narratione, adhuc in Arabia famam hujusmodi perseverare dicit: 'Ὁ ἀποκηρυχθεὶς παρὰ τοῦ Βυζαντίου καὶ φιλοσόφου καὶ χρυσοποιῦ κυρίου Νικήτα Ἀραψ Μωάμετ, ἦν ὀρφανὸς ξένος προσείτης περιπολεῦων ἐν πάσῃ χώρῃ καὶ πόλει· ἐν τῇ Ἀραβίᾳ δὲ ἐλθὼν, καὶ ἐκεῖτε τὴν διατριβὴν ποιῶν, προσήλθε γυναικὶ χήρᾳ πλουσίᾳ, καὶ ἐστοιχῆσεν μισθωτὸς ἐξυπηρετεῖν καὶ καμηλεύεσθαι αὐτῇ. Πονηρὸς δὲ ὢν καὶ ἐν λόγοις εἰρωνικὸς, ἐξεπατήσας αὐτὴν ἐγήματο, ὑπάρχων αὐτῆς κάτοχος. Ἐδυσφόρησεν ἡ γυνὴ ταῦτο οὕτω μαθοῦσα καὶ ἤχητο λέγουσα, ὅτι Ἀπόλωλα πτωχὴν καὶ δαιμονίαν λαβοῦσα· καὶ ἐμελλεν αὐτὸν ἀπ' αὐτῆς ἀποδιώξαι. Τοῦτο οὕτως ὁ πονηρὸς νοήσας, προσήλθεν τινὶ φίλῳ αὐτοῦ μοναχῷ ὄντι, ὃς ἀπὸ τῆς μεγάλης πόλεως ἐξώρισται· καὶ πρὸς αὐτὸν ταῦτα παρήγγειλεν λέγων, ὅτι Οἶδά σε γνωστὸν ὄντα τῆς ἐμῆς γαμετῆς, ὅτι ἐξαιρεῖν θέλη πρὸς σὲ τὰ κατ' ἐμὲ, καὶ πῶς σκοτοδινῶν πίπτω· σὺ δὲ πρὸς τοῦτο ὑποπτηρίξας τάδε εἶπε, ὅτι τοῦτο οὐκ ἦν ἄλλο ἄλλ' ἢ ἀγγέλου Θεοῦ ὄπτια, Γαβριὴλ ὄνομα, καὶ ὅτι τοῦ Θεοῦ προφήτης ὑπάρχω· ἐπὶ τούτοις ὑπεραγάθησεν ἡ γυνὴ καὶ ἤθετο· καὶ παρ' ἐκείνης ἐξῆς ἀκουσθὲν ἐκρατήθη μέχρι τοῦ νῦν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ.

THEOGNOSTUS MONACHUS.

NOTITIA.

(HANCICIUS, *De Græcis scriptoribus historiarum Byzantarum*, Lipsiæ, 1677, in-4°).

I. Theognostus monachus, exarchus Constantinopolitanus, id est, patriarchæ Constantinopolitani legatus (qualem auctores Latini recentiores *visitatorem* nominant), cum Ignatius Constantinopolitanum patriarchatum, quem ab anno Christi 847 per annos fere duodecim gesserat, anno Christi 858 in exsilium ab imperatore Michaelē pulsus, Photio cessisset; Ignatianis Photianos, Photianis Ignatianos persecuentibus, ad componendas lites A. C. 861 celebrata synodus Constantinopolitana, præsentibus Nicolai I Romani pontificis legati, patriarchatum Ignatio demptum Photio adjudicavisset, id non ferendum ratus, qui cum Ignatianis sentiebat, clam sub habitu civili Romam profectus, ope Nicolai, tum Ignatio, tum etiam sibi consulere modis omnibus conatur. Stylianus Neocæsariensis in litteris ad Stephanum V Romanum pontificem, cum retulisset, in concilio Constantinopolitano patriarchatum ab ipsis legatis Romanis Photio confirmatum: *Ὅποτε καὶ ζήλω κινήσεις ὁ μοναχὸς Θεόγνωστος ὁ ἀρχιμανδρίτης, καὶ διὰ κοσμικῆς στολῆς λαθραίως καὶ αὐτὸς εἰς Ῥώμην ἐπιδημεῖ, καὶ τὰ κατὰ τοῦ Ἰγνατίου διδάσκει τὸν ἀγιώτατον πάπαν Νικόλαον*. Tum etiam zelo commotus monachus Theognostus archimandrites et civili habitu clam et ipse Romam properavit, et causam Ignatii exposuit sanctissimo papæ Nicolao.

II. Romæ cum viveret, ab imperatore Michaelē, sicut inter calumniatores referebatur, qui Photium et Photianos in Occidente sumentis traducebant, ita Constantinopolim ad tribunal, sed nequidquam, citabatur. Pro Theognosto Nicolaus pontifex, ipsemet Ignatianus, epistola 8 (quam, ut ex epistola 9 colligi potest, A. C. 865, indictione XIII scripsit) imperatori Michaeli respondebat: *Porro scripsit nobis imperium vestrum ut Theognostum, qui a fratre et coepiscopo nostro Ignatio super quasdam provincias exarchatus pondus accepisse dignoscitur, nec non et alios monachos sibi, tanquam vestræ Augustalis injuriatores Excellentiae destinemus. In quo cum tamen ipsi injuriatores vestri non fuerint, quid aliud, nisi ut quanta pœna et quibus tormentis subjiciantur hi qui ex parte Ignatii sunt, et apud vos in ditione vestra consistunt, liquidius agnoscamus. Quando hi non utique ad epulas, non ad insulas alicujus honoris percipiendas profecto quæruntur, sed potius ad puniendum, quos forte nec vidistis, nec cujus moris sint, penitus agnovistis. Denique quidam eorum ab ineunte ætate Romæ divinis obsequiis famulati sunt, et non justum credimus hujusmodi tormentis fore subdendos. Theognostum autem non de vobis sinistra, sed potius grata prædicare testamur. Quamobrem ergo eum quærat is ignoramus, nisi forte, quia illinc fugatus, hic apud nos requiem, quemadmodum innumeri Christiani, aliquantulum reperit.*

III. Eam vero Theognostus apud Romanos inibat gratiam, ut ab iis ἀρχιμανδρίτης τῆς πρεσβυτέριας Ῥώμης, archimandrites veteris Romæ, id est, præfectus monasteriorum veteris Romæ, constiueretur, qui novæ Romæ, id est Constantinopoleos, exarchus extiterat. Ducet hoc titulus quem Theognosti narratio præfixum gerit, § VIII in medium afferendus.

IV. Ignatius ab imperatore Basilio, Michaelis successore, Photium relegante, patriarchatum Constantinopolitanum A. C. 867 recipiebat. Theognostus, qui per annos septem hætenus Romæ commoratus, exulis Ignatii causam apud Nicolaum I et Adrianum II pontifices Romanos, nervis omnibus egerat, A. C. 868 Constantinopolim revertebatur, ad Basilium imperatorem et Ignatium patriarcham litteras, in quibus utrique majorem in modum commendabatur, ab Adriano scriptas afferens. Adrianus, partibus Ignatianis addictus, in epistola I quam ad imperatorem Basilium, Indictione I Kalendis Augusti scripsit (Anastasius Bibliothecarius in Actis concilii Constantinopolitani IV Latinis actione VII), repræsentat: *Postquam autem cognovimus, quod misericors Deus imperium vestrum simul et affectum ad hoc erexerit, ut dispersa congreget, et quæ ceciderunt erigat et contrita resolidet; fiducialiter possumus, Deo gratias, deprecere ut ii qui abjecti sunt, ab imperio vestro recipiantur, et ii qui dispersi, congregentur. Quapropter prudentissimum virum Theognostum honorabilissimum exarchum vestræ fiduciæ remittentes commendamus; qui legatione, tam pro fratre et comministro nostro Ignatio, quam pro cæteris contribulatis sanctus per septennium apud principis apostolorum limina ut peregrinus et incola vixit, et eorum confessionibus memoriam vestram assidue commendavit; et a die adventus sui usque ad præsens pietatis vestræ præconia narrare, et Ecclesie manifestare vulnera, et horum medelam exigere non destitit. Nunc ergo quoniam et iste unus ex illis est, qui, postquam lupus factus est pastor, continuo dispersi et a vobis vie omnia regentibus congregati sunt, revocetur et ipse, petimus, et in mandra fidelium omnium a clementia*

vestra locetur, et inter lætantes pios filios paterno affectu post longæ captivitatis reversionem connumerari mereatur; et ob amorem Dei, et protectorum vestrorum principum apostolorum honorem, a quorum regimine proficiscitur, mansuetudinis vestræ auxilia sentiat, et post turbationem serenitatem, et post multa adversa optatæ prosperitatis effectum, quatenus per patronorum vestrorum intercessionem, principum videlicet a quorum sede remittitur, et quorum principatum pro Ecclesia vestra, quæ valde fluctuat, die ac nocte interpellare per multa curricula non cessavit. In epistola 2 quam ad Ignatium patriarcham indictione 1, Kalendis Augusti, scripsit, (Anastasius ibidem) exhibet: Præterea communem filium Theognostum, reverendissimum exarchum et dilectum vobis, ecce ad vos transmisimus, qui ex persequentibus æmulatoribus tuis illinc nudus salvatus, quin et mutato habitu vix huc pertingens, vitam lucratus est, deinde apud memorias apostolorum per septem fere annorum curricula, ut hospes et advenu demoratus, non tantum propriam miseriam, quantum sanctitatis tuæ pressuram et Constantinopolitanæ Ecclesiæ calamitates pene incessanter desebat: ita ut non solum antea jam dictum decessorem meum (Nicolaum 1) sed et me postea nocte ac die indeficienter erigere, et pro statu tantæ Ecclesiæ et erectione vestra crebris suasionum stimulis latera percutere, et quemadmodum angelus quondam: Surge, Petre, accipe fortitudinem ad salvandas gentes, per singulos dies nobis dicere non cessaret quousque auditum, Deo præstante, suscepit, quod ardentem in pectore semper bajulabat. Qua de re, frater dilectissime, sanctitati tuæ hunc commendantes, rogamus et deprecamur, quatenus circa se sentiat beneficii tui propositum; et sicut vestræ factus est communicator passionis, ita et consolationis: non autem ut familiaris noster factus, sed et ut a sede principis apostolorum susceptus, hic debet ob amorem ejus, non qualemcunque in conspectu sanctitatis vestræ gratiam invenire.

V. Anno Christi 869 Theognostus patriarchalis hegumenus legatos Adriani II Romani pontificis, ad concilium Constantinopoli celebrandum missos, Sillambriam ingressos excipiebat; qui Constantinopolim indictione III, die XV Septembris, A. C. 869, pervenerunt. Continuator Anastasii de Romanis pontificibus in Adriano II: Multorum anfractuum laboriosos circuitus (legati Pontificii) penetrantes, tandem Christo præduce Thessaloniam veniunt in quo Basilius imperator Eustachium spatharium candidatum cum suæ salutationis officio sanctæ Romanæ legatis Ecclesiæ obviam destinavit. Qui eos admodum honorifice per contigua itineris loca ducentes, Sillambriam pervenerunt. Ubi a Sisinnio imperiali protaspathario et Theognosto patriarchali hegumeno, qui Romæ apud sanctissimum papam Nicolaum pro restituendo Ignatio sedulus intercessor extiterat, cum 40 equis de stabulo imperiuli et totius mensæ argenteo apparatu, officialibusque, qui sibi ad omnem libitum famularentur, sunt excepti. Ad castrum autem rotundum, in quo est ecclesia miræ magnitudinis S. Evangelistæ Joannis nomini dicata, favore Augustali, Sabbato mansionem suscipiunt. Et Dominica, quæ quinta decima dies Septembris erat, indictione tertia, singulos equos cum sellis aureis devotione imperatoria capientes, obviati omnibus scholis, videlicet spathariorum, candidatorum, strategorum, mandatorum cæterorumque Palatinorum ordinum, omnibusque clericorum planetariis ordinibus ad portam auream veniunt.

VI. Post concilium Constantinopolitanum, A. C. 870 finitum, quod prorsus ad Adriani II Romani pontificis mentem, patriarchatum Constantinopolitanum ademeral Photio, confirmaverat Ignatio, Theognostus apud Constantinopolitanos monasterii Fontis hegumenus, id est abbas, et Ecclesiæ Magnæ (quibus vocabulis templum Sanctæ Sophiæ solet denotari) scenophylax, id est, vasorum custos, per se Romam iturus, imperatorum Basilii, Constantini, Leonis et patriarchæ Ignatii litteras ad Adrianum perferendas accipiebat: ipsius (cujus arbitrio Græcam Ecclesiam Ignatius et Ignatiani, partim acerrimis in Photium et Photianos odiis, partim magnis in integrum restitutionis beneficiis adducti, intra concilium a solis Ignatianis celebratum, in rebus præcipuis subjecerant,) ad utiles Ecclesiis, tum lectores plurimos quos Photius sacris initlaverat, in officiis suis toleratos, majoribus dignitatibus mactaudos, tum episcopos nonnullos ob communionem cum Photio cultam, muneribus suis orbatos, prioribus sedibus restituendos, consensum impetraturus. Imperatores in litteris ad Adrianum, quas Anastasius Bibliothecarius Actis Constantinopolitani concilli Latinis subjunxit: Litterarum gerulam expeditum ad peregrinam profectioem, et magnanimum ad malorum tolerantiam consecuti sumus, id ipsum optabile habentem principi apostolorum ante promissum causa reddendi votum, eundemque vestræ paternæ Sanctitati commendamus, super hoc quoque multam tranquillitatem vestram roquantem. Idem autem est hic Theognostus, quem et vos bene nostis, Deo amabilis hegumenus superlaudabilis Dei matris Pæges (id est Fontis) et vasorum custos Magnæ Ecclesiæ. Per ipsum ergo, quæ nostri desiderii sunt, opportune adimplere conspeximus. Ibidem post pauca: Specialis autem Pater noster et magnæ civitatis patriarcha postulavit a nobis scribere Sanctitati tuæ de his lectoribus, qui a Photio promoti sunt, multis et innumerabilibus existentibus eis in diversis provinciis; insuper autem et de Paulo reverendissimo bibliothecario, verbo et vita præfulgido, ac Theodoro metropolitano, qui et ipse nimis Ecclesiæ utilis est, quatenus dispensatio fiat a Sanctitate Vestra super ipsis, quibusdam quidem ad ascensus majores sacrorum graduum, quibusdam vero ad receptionem sedium suarum; ad hoc rogantibus Dei imitricem virtutem tuam; horum quidem multitudinem, hujus vero labores et pro veritate sudores, illius autem culpæ reprehensionem, et quod ex canonica sit manus inpositione promotus considerantem: pro his et imperium nostrum flagitat pietatem tuam dispensandum aliquid hinc humanius. Ignatius in litteris ad Adrianum, ibidem exstantibus: Nostra humilitas memor charitatis vestræ, ac amabilis, quem circa nos habet, affectus, et ad hoc ipsum voluntatem et medicationem habens, invenit procurantem

ut mitteretur in viam, quæ est ad magni nominis Romam, orationis causa, intimum filium nostrum reverendissimum abbatem Fontis, et scevophylacem Magnæ Ecclesiæ, dominum Theognostum, et idcirco magis studuimus adimplere desiderium vestrum, quem et misimus cum præsentis epistola nostra visitaturum et salutaturum, ac adoraturum fraternam Sanctitatem Vestram; nuntiaturum etiam et a Christo nobis donatam incolumitatem in hac vita multis passionibus et tribulationibus plena, quemadmodum ipse voluit et iudicavit, qui omnia sapienter et congruenter dispensat, et ante in tua piissimorum et Christi amicorum ac a Deo gubernatorum, atque divinitus munitorum imperatorum nostrorum prosperitatem et tropæa, et in melius de die in diem rerum Romani imperii translationem, ut et vos gaudentibus nobis congratulæmini per mutuam unius corporis membrorum coeffectiorem et compassionem, et iterum Dei boni gratia et cooperatione, ad mediocritatem maturius remeaturum, et bona nuntia amabilissima vitæ vestræ allaturum ad Ecclesiam nostram. Ibidem post pauca: Quod autem sanctissimis vicariis paternæ sanctitatis vestræ adhuc (Constantinopoli, quo ad concilium venerant) præsentibus perfectum non est neque finem accepit, rogamus nunc terminari et disponi perfecte, ac integre scribi ad humilitatem nostram de his lectoribus, qui tonsi sunt a Photio, manus impositione; qui cum sint pene innumerabilis multitudinis in universis regionibus et civitatibus Ecclesiæ, postulant ex necessitate aliorum fieri sacerdotalem profectionem: ut cognoscamus etiam et super hac re vestram voluntatem atque decretum certissime et manifestissime, utrum sint digni promoveri ad majores sacerdotii gradus, annon sint: dubium enim hoc tantum dimiserunt. Et adhuc postulamus etiam de intimo filio nostro et fortissimo veritatis agonista, Paulo videlicet chartophylace ut, si est possibilis in eum dispensationis aliqua ratio, recipiat dignitatem episcopatus, quemadmodum et antea in litteris nostris efflagitavimus. Deinde quoque super Theodoro, qui a nobis quidem consecratus est metropolita Cariæ, multum uultem laboravit et afflictus est ab initio injustæ ac iniquæ dejectionis nostræ, in novissimis vero cum misero Photio conveniens, propter ejus immensa tormenta, quæ sibi resistentibus inferebat, consensit et usque ad ultimum ipsius diem repœnitens, nihilominus rursus corde contrito et spiritu humilitatis veniam expetivit. Prohibuerunt enim eum sacerdotio fungi quoquo modo sanctissimi vicarii Almitatis vestræ, et quod subscripserit in eam quæ facta est ab infelicissimo Photio, quasi depositio beatissimi et optimi Patris nostri Nicolai decessoris Sanctitatis tuæ. Hæc sunt, de quibus rogamus Sanctitatem vestram, ut si possibile sit, utatur verbo dispensationis et misericordiæ in his, cum alia omnia optimum et commodum finem ac dispositionem susceperint.

VII. Sed horum quæ Constantinopolitanorum imperatores, cum patriarcha satis humilem in modum expetebant, nihil auctoritate sua, nihil precibus suis Theognostus ab Adriano Photianis implacabili, Constantinopolitanis inexorabili, obtinebat. Id nos Adrianus in litteris ad Basilium, Constantinum et Leonem, imperatores Constantinopolitanos, indictione v, die 10 Novembris, a. c. 871, scriptis, quas Actis concilii Constantinopolitani IV Latinis additas reperimus, docet: Quamvis, ait ibid., multa instantia et certamen viri prudentissimi et religiosissimi hegumeni ac sacrorum vasorum custodis Theognosti, qui de pietatis vestræ virtutibus et probabilium morum insignibus, et tropæorum triumphis, atque de beneficiorum vestrorum pie sibi præstitorum multitudine nos plurimum relatione sua lætificavit, et qualiter diebus vestris superno brachio atque studio et solertia, vestra Christianitas prosperetur, enarrans, ad multimodas laudes S. Trinitati reddendas, et gratias alacriores exhibuit ad postulata divinitus muniendo imperio vestro concedenda, nos supra modum efflagitaverit, et ultra quam dici possit, solito et prisco more, ac pro ecclesiasticis utilitatibus frequenter impenso crebris suggestionibus investigaverit; super quibus tamen, propter jam designatam causam (non esse partium Nicolai I Romani pontificis, tum etiam suo semel edito decreto, Photianos damnanti, contrarium quidquam admittere) nec annuere possumus, nec quidquam præter id, quod jam evangelizatum est, ullo modo definire.

THEOGNOSTI MONACHI SCRIPTA DE REBUS CONSTANTINOPOLITANORUM.

VIII. Ignatii Constantinopolitani patriarchæ, cui sede sua dejecto imperator Michael Photium successorum dedit, causam historico libello repræsentat, cujus inscriptio: Αἰθελλος περιέχων πάντα τὰ κατὰ τὸν μέγαν Ἰγνάτιον, πεμφθεῖς πρὸς Νικόλαιον πάπαν Ῥώμης, προσωποποιηθεὶς ὑπὸ Θεογνώστου μοναχοῦ καὶ ἀρχιμανδρίτου τῆς πρεσβυτέρως Ῥώμης, καὶ ἐξάρχου Κωνσταντινουπόλεως, εἰς ἕνομα Ἰγνατίου τοῦ πατριάρχου. Libellus continens totam magni Ignatii causam, missus ad Nicolaum papam Romanum, conscriptus a Theognosto monacho et archimandrita veteris Romæ, et exarcho Constantinopoleos, nomine Ignatii patriarchæ.

IX. Hunc libellum, miserias, quas Ignatius in exilio passus erat, Nicolao I pontifici Romano recensentem, orditur ab initiis exilii, quod Ignatius a. C. 858 subiit, terminat in Actis Constantinopolitani concilii, quod Ignatium damnavit, a. c. 861.

X. Prodiit Græce et Latine, interprete Matthæo Radero, concilii Constantinopolitani IV, quod Inter œcumenica solet octavum nominari, Actis Græcis præmissus, Conciliorum tom. VI., Parisiis 1656, in fol.; tomo VIII, ibid., 1671, in fol.

ΘΕΟΓΝΩΣΤΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ
ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΓΙΟΥΣ ΑΠΑΝΤΑΣ.

THEOGNOSTI MONACHI
ENCOMIUM IN OMNES SANCTOS.

(Codices Vaticanani, p. 144, cod. 72.)

Λαμπρὸν τὸ τῆς ἑορτῆς δῆμα, καὶ παιδρὸν τὸ τῆς Ἀ
ἐκλογῆς ἄσμα· πρέπει γὰρ ἡμῖν ἁσμάτων ἐκλογὴν,
τοῖς τῶν ἁσμάτων κυρτοῖς ἐκφωνεῖν καὶ σεβάσματα.
Ἄλλ' οἶμαι ἀρξάμενον, ναρκῶσαι πρὸς τὴν ἀξίαν τοῦ
λόγου προφορὰν· ὑπερβαίνει γὰρ ἡμᾶς τὴν εὐφρα-
δίαν, ἢ τῶν πεπραγμένων ἁθλῶν πολυτέλεια· τὸ δὲ
ὑπερβαίνειν εἰς ἐγγέλῃσιν, δυσχερεστέραν ἔχει τὴν
τοῦ σκοπούμενου κατόρθωσιν· πῶς γὰρ ἂν ἐξερευ-
ξωμαι τοῖς χελεσιν ὕμνον, ἀδίστακτος ὢν δικαιο-
μάτων Θεοῦ, ἀμύητος βεβαιωμάτων Χριστοῦ; Γέ-
γραπται γάρ· Ἐξερεύξονται τὰ χεῖλη μου ὕμνον,
ὅταν διδάξης με τὰ δικαιώματά σου. Ἄλλ' ἐστὶ
καὶ λόγος πανεύπορος, ὑπὲρ λόγον ἔχων τὸν λόγον,
θησαυρὸν ἔχων χορηγόν, ἐννοίας εὐσεβεῖς, καὶ φη-
μάτων ἀξίαν εὐφραδίαν, πρὸς δὲ ἐπερειδόμενος, ἀρ-
ξομαι λέγειν λόγια ἀληθῆ. Ὁρθίους οὖν τὰς ἀκοὰς
στήσαντες, ἀγαπητοὶ, τὴν τοῦ παρόντος συγγράμμα-
τος ἐπιμελῶς δέξασθε διήγησιν· ἐπίσταται γὰρ ἢ τῶν
κρειττόνων ἀκρόασις, πρὸς τὴν τῶν μειζάνων οἰκο-
δομήν ἀγειν τοὺς ἐπιμελῶς ἐνωτίζεσθαι θέλοντας.

Πολύανδρος ἢ τῶν ἀγώνων ἀνδραγχθία, καὶ πολύ-
τροπος ἢ τῶν ἁθλῶν προθυμία· οὐ γὰρ πρὸς ἓνα καὶ
δύο ἢ δέκα τὸν ἀριθμὸν, ὃ τοῦ ἔγκωμιου κηρύττεται,
ἀλλὰ πρὸς ἀπείρον πλῆθος ἁγίων, μαρτύρων καὶ
ὁσίων· ὢν γὰρ δῆμος ἀνδρῶν ἀριθμῆσαι οὐκ ἐξέλιχου-
σε, τούτους εἰς καὶ μόνος εὐαριθμητὸν ἔχει τὴν προσό-
τητα, καθὼς αὐτὸς ὁ εἰς ἐθριάμβευσε λέγων· Ὑμῶν
δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμῆνται.
Ὁ τοίνυν ἀριθμεῖν τρίχας δυνάμενος παντὸς ἀνθρώ-
που, οὐ μᾶλλον ἀριθμῆσει τῶν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ
μαρτύρων καὶ ὁσίων τὰ σώματα; Οὐ γὰρ πρὸς ἓνα
τόπον τὸ πλῆθος, ἀλλὰ καὶ καθ' ἕκαστον τόπον τὰ
πλήθη. Ὡς περὶ γὰρ Θεοῦ τὸ ὑπέρογκον μέγεθος καὶ
ἐν τοῖς ἀοράτοις ἐξήπλωται, οὕτω καὶ ὁ τῆς πίστεως
αὐτοῦ ψυχολόγος ζῆλος καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰ-
κουμένης ἐκχέχεται. Διὸ εἰ καὶ κατὰ τόπον τὸ πλῆ-
θος, ἀλλ' εἰς ἓνα τόπον ὁ πόθος. Ὡς γὰρ ἢ γῆ διὰ
τὰς κατοικίας ἐχώριζε, τούτους οὐρανὸς διὰ τῆς
ὁμοιοῦσας συνήθροισ· καὶ γίνεται ὁ σωματικὸς χω-
ρισμὸς, πνευματικὸς ἀθροισμὸς· καὶ εἰ τὸ βραχύτα-

Magnificum festivitatis spectaculum, et alacre
electionis canticum! convenit enim nobis canticorum
electionem nobis canticorum dominis exprimere
et venerationis cultum. Sed hunc qui inceperit reor
ad dignam sermonis prolationem torpescere. Superat
enim nostram eloquentiam gestorum certaminum
magnitudo; quod autem conamina superat difficilio-
rem habet propositi exitum. Quomodo enim eruclabo
labiis hymnum, justificationum Dei inscius, et
inexpertus confirmationes Christi? Scriptum est
enim: *Eruclabunt labia mea hymnum, cum docueris
me justificationes tuas*¹. Sed est quoque verbum
abundantissimum, supra verba verbum habens, the-
saurum possidens copiosum, pias sententias, et
dignam vocis eloquentiam, cui insistens incipiam
veros sermones loqui. Matutinas ergo aures præben-
tes, dilectissimi, præsentis scripti accurate accipite
recitationem; scit enim meliorum auditio ad majo-
rum ædificationem ducere hos qui attente auscultari
volunt.

Multiplex est pugnarum virtus, et diversissimus
certaminum ardor; non enim in unum vel duo vel
decem numero, illud encomium proclamatur, sed in
innumeram sanctorum, martyrum et piorum
multitudinem. Quos enim hominum turba dinume-
rare non potuit, horum unus et solus Deus bene
æstimatam novit quantitatem, ut ipse solus triumpho
decoravit qui dicit: *Vestri capitis capilli omnes nu-
merati sunt*². Qui igitur capillos numerare potest
omnis hominis, nonne magis numerabit quæ in toto
mundo existunt martyrum et piorum corpora? non
enim ad unum locum multitudo adhæret, sed per
omnia loca multitudines diffunduntur. Nam sicut
Dei immensitas vel in locis invisibilibus extenditur,
ita quoque fidei ejus animas captivans zelus ad or-
bis universi terminos diffusus est. Quare si quidem
in suo loco multitudo est, sed ad unum locum cogi-
tamur. Quos enim terra per habitationes divisit,
hos cælum per mentium unionem conjunxit; sitque
corporalis divisio, spiritualis conjunctio; et qui

¹ Psal. cxviii, 171. ² Matth. x, 50.

brevissimam hanc in terra vitam separatam habent A
 æternam in cœlis vitam conjunctam obtinuerunt,
 se invicem videntes et sibi gratulantes. Non enim
 fuit illis cupitum breviter separatim vivere, sed desi-
 deratum semper conjunctis vivere, et vitæ datorem
 laudare. Unde ad patiendum destinati, periculis se
 objicere non pati reputaverunt; sed levioribus
 pugnis afflicti, vehementius pati iterum tentaverunt;
 in quibus licet multorum deorum et non Dei cul-
 tores iudices misericordia commoti fuerint, ad ille-
 cebras sanctis præbendas, injuriis illicitis strenui illi
 hos impetebant, ad vehementiorem in condemnatione
 iram excitandam; ut per acerbius supplicium,
 splendidiorem lætitiâ procurarent, quod possumus
 exemplo illustrare. Sicut in stadio equestri auriga,
 ob remissiolem bigarum cursum variabile et difficile
 certaminis exordium ostendens, victoriæ tandem
 præmiû adipiscitur; ita ubique terrarum diffusus
 sanctorum chorus multiplices pugnas Regi sæculo-
 rum offerre gestivit, splendidiorem inde accipiens
 luctarum retributionem, et illustriorem inde educens
 laudis æternam memoriam, memor apostolici verbi
 dicentis: *Unusquisque propriam mercedem accipiet
 secundum proprium laborem*². Attrahebat enim illos
 ejus amor qui primus pro illis passus est, et exem-
 plum dedit illis tantæ in patiendâ fortitudinis; sicut
 barnus in matis abyssum jactus, piscem natantem,
 ad piscatoris manus adducit. Inde majora secuti
 inferioraque spernentes pro corruptilibus incor-
 ruptionem apprehendebant. Non enim patria, aut
 consanguinitas, aut divitiarum opulentia, aut exer-
 cituum numerus, aut regiæ potestatis dignitas in me-
 moria sanctis versata erat: aspiciebant enim patriam,
 cœlum; consanguineos, angelos; et magnitudinem
 gaudii inenarrabilis, et cantus festa-agentium in spiri-
 tu, et vocem lætitiæ canentem, et divinitatis delicias.

εκλαλήτου, καὶ ἦχος ἑορταζόντων ἐν πνεύματι, καὶ
 Et videre erat iudices inter et iudicatos, dam-
 natores inter et damnatos, prodigium insolitum et
 stupenda admodum res; cum illi quidem ira per-
 moti et quasi irrisi acerbè castigantes, hi vero ani-
 mo elato variis suppliciis lætari invenirentur. Nam
 pars præmiorum in æternis sæculis utrisque data
 fuit, secundum mensuram illius, qui unicuique
 juxta æstimationem præmia largitur Christus; his
 quidem patientiæ levamen post suppliciorum illato-
 rum sufferentiâ; illis autem incussio acerbæ
 poenarum in hos qui crudelibus poenis affecerunt,
 incudis instar percussæ et castigantis eos qui illam
 percusserant. Quomodo enim incus percussa, ne-
 que maculam neque rugam admittens, cruciatuum
 dolores remittit suis percussoribus per membrorum
 contritionem? quod in figura dici potest per com-
 parationem. Nam aliqui celebrium martyrum per
 ignem pugnae cursum perficientes, in caminum
 vehementer ardentem præcipitati, choreas cum
 angelis jubilantes canticis spiritualibus agonothe-

τον ζῆν ἐπὶ γῆς ἀποθῆν κτερωισμένον ἔχοντας, τοῦ
 ἀεὶ ζῆν ἐν οὐρανοῖς συνηθροισμένων ἐκτίσαντο, ἐαυ-
 τοὺς ὀρώντες καὶ ἀγαλλόμενοι. Οὐ γὰρ ἦν αὐτοῖς
 ἐπιθυμητὸν, τὸ πρὸς βραχὺ μεμερισμένως ζῆν, ἀλλὰ
 ποθητὸν τὸ ἀεὶ συνηγμένως ζῆν, καὶ τὸν ζωδότην
 αἰνεῖν· ὅθεν καὶ τὸ παθεῖν ὀφειζόμενοι, τὸ μὴ παθεῖν
 κινδυνεύειν ἐλογίζοντο· ἀλλὰ καὶ τὸ πραοτέρως
 ἀθλεῖν ὀδυνώμενοι, τὸ σφοδρότέρως πάσχειν ἀν-
 επαίοντο. Ἐν οἷς εἰ καὶ πολλάκις τῶν πολυθέων
 ἀθέων κριτῶν ἔλεον ἐπικαμπτομένων, διὰ τὴν δελεα-
 στικὴν τῶν ἀγίων κατάθεσιν, ὑβρεσιν ἀθέσμοις οἱ
 γενναιοδουλοὶ τούτους ἐξέπλωον, πρὸς θυμικωτέραν
 ὀργὴν τῶν κολάσεων διεγείροντες· ἵνα διὰ τῆς πι-
 κροτέρας τιμωρίας, μεγαλιωτέραν τὴν θεωρίαν κο-
 μίσωνται· ὡς οἶόν ἐστι λέγειν τὸ ὑπόδειγμα· Καθά-
 περ ἐν σταδίῳ ἵππικῶ ἡνίοχος, τῇ βραχυδρομίᾳ τῶν
 ὑποδιφρίων ἵππων, ποικιλότεχνόν τε καὶ πολύμοχθον
 τὴν τοῦ ἀγῶνος ἐνδεικνύμενος ἔνστασιν, τὸ τῆς νί-
 κης βραβεῖον ἐλεῖται· οὕτω καὶ ὁ καθόλου κοσμητικὸς
 τῶν ἀγίων χορὸς πολυάθλους τοὺς ἀγῶνας τῆ βασιλεῖ
 τῶν αἰώνων προσφέρειν κατέσπευσε· λαμπροτέραν
 ἐκείθεν ἐκδεχόμενος τὴν τῶν ἐπάθλων ἀντίδοσιν, καὶ
 φαιδροτέραν ἔνθεν ἀφιέμενος τῆς εὐφημίας τὴν ἀεὶ-
 μνησιν· ἐνούμενος (sic) τὸ ἀποστολικὸν λόγιον τὸ
 φάσκον· Ἐκαστος τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται
 κατὰ τὸν ἴδιον κόπον. Ἐἴλεγε γὰρ αὐτοὺς ὁ τοῦ προ-
 παθόντος ὑπὲρ αὐτῶν πρόθος, καὶ ὑποδείξαντος αὐτῶν
 τὰ τῶν παθῶν καρτερήματα· καθάπερ ἀγκιστρὸν
 βίβρον ἐν θαλαττίῳ βυθῷ, ἰχθὺν νηχόμενον χερσὶν
 ἀλιέως ἐφέλκεται· ἔνθεν καὶ τῇ ἀκολουθίᾳ τοῦ μεί-
 ζονος τῶν ἡττόνων καταφρονήσαντες, ἀντὶ φθαρτῶν
 ἀφθαρσίαν κατημῆτευσαν. Οὐκέτι γὰρ πατρις, ἢ
 συγγένεια, ἢ πλοῦτου διαψίλεια, ἢ στρατευμάτων
 ὑπεροχὴ, ἢ ἀρχικῆς δυναστείας προκοπὴ, εἰς μνήμην
 τῶν ἀγίων ἐφέρετο· ἀπέθλεπον γὰρ πατρίδα, οὐρα-
 νόν· συγγεγεῖς, ἀγγέλους· ἐνθα μέγεθος χαρῆς ἀν-
 φωνῆ ἀγαλλιάσεως ἤδουσα, καὶ λαμπηδόνες θεότητος.

Καὶ ἦν ὀρᾶν μέσον κριτῶν καὶ κρινομένων,
 μᾶλλον δὲ κολαζόντων καὶ κολαζομένων, θαῦμα ἐξ-
 αἰσίον καὶ θάμβος ὑπέρτερον· τῶν μὲν θυμουμένων
 καὶ ὡς παιζομένων, πικρῶς τιμωρούμενων, τῶν δὲ
 προθυμουμένων καὶ ταῖς ποικίλαις τιμωρίαις ἐπεν-
 τρυφᾶν εὐρυνομένων. Μερὶς γὰρ ἀθλῶν ἐν τοῖς αἰῶσι
 τοῖς ἀμφοτέροις ἐδίδοτο, κατὰ τὸ μέτρον τοῦ ἀγωνα-
 θετοῦντος ἐνὶ ἐκάστῳ τοῖς ἀθλοῖς πρὸς δοκιμασίᾳ
 Χριστοῦ· οἷς μὲν ὑπομονῆς στερέωμα, πρὸς ὑπο-
 δοχὴν τῶν ἐπιφερομένων κολάσεων· οἷς δὲ καὶ ἀντι-
 πομπὴ τῶν ὀδυνηρῶν βασάνων ἐπὶ τοῖς ἀφειδίῳ
 βασανίζοντας, δίκην ἀκμῶνος τυπτομένου, καὶ παι-
 δεύοντος τοὺς αὐτὸν κατατύποντας. Πῶς γὰρ
 ἀκμῶν τυπτόμενος, μήτε σπῖλον μήτε βυτίδι ὑπο-
 μένων, τὰς τῶν ἀλγηδόνων ὀδύνας ἀντιπέμπει τοῖς
 τύπτουσι διὰ τῆς τῶν μελῶν κλάσεως; Ὅπερ καὶ
 σχηματολογεῖν πρὸς ἀντιπαράθεσιν ἄξιον. Τινὲς γὰρ
 τῶν μεγαλοφώνων μαρτύρων, τὸν διὰ πυρὸς δρόμον
 ἀγωνιστικὸν τελούντες, εἰς κάμινον λαύρως ἐκκαυ-
 θέσαν βληθέντες, χορείας μετ' ἀγγέλων κροτήσαν-

² 1 Cor. iii, 8.

τες ἄσμασι πνευματικοῖς τὸν ἀγωνοθέτην ἐδόξαζον· καὶ τῇ αἰθάλῃ τῆς ὑπερορίου φλογὸς ἐροσιζόμενοι, τὰς καυστικὰς ἐνεργείας τοῖς ἐξυπηρετοῦσιν ἀντέπεμπον· καθὼς ἔστι λέγειν· Ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτοῦ συνελήφθη ὁ ἁμαρτωλός. Ἄλλοι δὲ ἐν σταδίῳ κυνηγεσίου πρὸς βορᾶν θηρίων σπαρχθέντες, τὸν φόβον τῆς προσδοκωμένης θηριοθροσίας ἀντ' οὐδενὸς ἠγησάμενοι, ἀτάραχον τὸν λογισμὸν ἑαυτοῖς κατήρτιζον· ἔτοιμον τὴ παθεῖν διὰ τὸ ζῆν μετ' εὐχαριστίας προβαλλόμενοι· οἱ δὲ βλοσυροὶ καὶ ἀτίθασσοι λυθέντες θῆρες, τοὺς κρινομένους πολλακίς ἔασαντες, καὶ πρὸς τοὺς κριτὰς δρομαίως χωρήσαντες, τοῖς ὁδοῦσι σπινθήματα τοῖς θεωμένοις ἐδείκνυον· ὡς ἐντεῦθεν καθολικῇ συμφωνίᾳ μεγαλύνεσθαι τὸν Θεόν. Ἐὼρων γὰρ τοὺς θῆρας ἐξουθενότητας Θεούς· καὶ ἦν ἰδέσθαι ἀγχιπεριπλοκὴν τῶν πραττομένων παράδοξον, κριτὰς κρίνοντας καὶ κολαζομένους, τῶν κολάσεων ἀνακτωμένους· ὅπερ καὶ πρὸς ὕμνον μεγαλαυχεῖν ἄξιον. Ὡς δυνάμει ὑπὲρ δυνάμειν ἐχούσης τὰ τῆς δυναστείας θαύματα! Ὡς προνοίας πρὸς τὸ συμφέρον δωρήματα!

Καὶ οὗτοι μὲν οὕτως προαιρετικῶς κολασθέντες, ἐνεργητικῶς δὲ ἀθωωθέντες, αὐτόματον τῆς κοιμήσεως ἐδέξαντο τὴν τελείωσιν· ἕτεροι δὲ οὐχ οὕτω· προειρήκαμεν γὰρ, ἀγαπητοί, κατὰ τὸ μέτρον τοῦ ἀγωνοθετοῦντος τοὺς ἀθλοῦς πρὸς τὸ συμφέρον Χριστοῦ. Ἀλλὰ πῶς; Ἐμπαιγμῶν καὶ μαστίγων καὶ φυλακῆς πείραν ἔλαβον· ἄλλοι δὲ λιθοαθθέντες, πρισθέντες, σφαγέντες, τὴν ἐντεῦθεν κατέλιπον πρόσκαιρον φόρον· καὶ οὐ πῦρ, οὐ ξίφος, οὐ λίθων βολαί, οὐ λέθητες, οὐ ξυστήρες, οὐ στραγγαλιστήρες, οὐκ ἄλλη τις ἐδυνηρὰ τῶν κολάσεων τιμωρία, τοὺς καρτερικοὺς ἀγῶνας τῶν γενναίων ἀγίων διέστρεψεν· ἀλλ' ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικήσαντες, καὶ τὸν ἀγαπήσαντα σφοδρῶς ἀγαπήσαντες, κατέλιπον ἡμῖν τὰ θεοσύλληκτα λείψανα. Καὶ πῶς θεοσύλληκτα; Μάθωμεν, ἀγαπητοί. Τινῶν γὰρ ἀγίων ξίφει ἀποτμηθέντων, τὰ σώματα ὡς βδελύγματα τοῖς ἀθέοις κριταῖς εἰς θηριοθήεις τόπους, ἐπ' ἐδάφους ριφέντα, σῶα διεξολάχθησαν· καὶ οὐ θῆρες, οὐκ ἄλλο τι τῶν σαρκωθροτεῖν εἰλωθῶτων ζώων, τούτων ἐφάσασθαι ἰσχυσεν· ἀλλ' ὅπερ ἐξ ἔθους τὸ τρώγειν εἶχον περισπούδαστον, τοῦτο παρὰ φύσιν ἔασαντες, τὸ ἀσύνηδες ἔθος τῆς παραφυλακῆς τῶν σωμάτων ἐδείκνυντο· καὶ γίνονται οἱ πρῶην βροτοφθόροι, ἔπειτα σωματοφύλακες. Οὐ γὰρ ἦσαν κοινὰ τὰ σώματα πρὸς θηριοθροτίαν ἄξια, ἀλλ' ἐκλεκτὰ εἰς εὐεργεσίαν ἑξαισία· ὅπερ πολὺ τὸ διάφορον τοῖς ἀσφαλῶς ἀκρωμένοις συνέστηκεν. Ἔσθ' ὅτε γὰρ τινα σώματα μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν ἅμα ριφέντα, τὰ μὲν ἀσινῆ διετηρήθησαν, τὰ δὲ κατεμειώθησαν· ἄλλων δὲ ἀγίων μαρτυρικῶς πυρὶ καυθέντων, ὁ χοῦς ὡσπερ φῶς τοῖς πιστῶς ἀρυσόμενοις ἐξέλαμπεν· ἑτέρων δὲ πάλιν καταμεληθῶν διατμηθέντων, καὶ τὰ ὅσπ' αὐτῶν ὡς μισητὰ τοῖς κολάζουσιν ἐν ποταμοῖς ριφέντα, οὐ τῇ φυσικῇ βαρῆματι πρὸς τὸ κατωφερὲς τοῦ βάθους συνήρχοντο βόλισμα, ἀλλὰ τῇ ἀνωτέρῃ ὕψει τῶν ὑδάτων δίκην

A tam collaudabant et cinere externi ignis aspersi, urentem vim ejus ministris remittebant; sicut dici potest: *In operibus manuum ejus comprehensus est peccator*. Alii autem in stadio venatico per rabiem ferarum lacerati, metum feris escam præbendi pro nihilo reputantes, firmam sibi animam componebant, ad patiendum parati cum gratiarum actione ut vitam attingerent exponentes; sed horribiles et mansuescere nescire scææ condemnatos sæpe linquentes, et in judices vehementer irruentes, dentibus lacerata membra mirantibus ostendebant; ita ut inde universali concentu Deum magnificent, videbant enim a feris ipsi deos contemni. Et videtur erat mirandam et ancipitem rerum conversionem, judices judicantes et condemnatos vicissim suppliciis affici; quod per canticum exaltare decet. O virtutis supra virtutem existentis potentie prodigia! O providentiæ super mentem prævidentis, magnæ mentis ad utilitatem collata dona!

προνοίας ὑπὲρ ἔννοιαν προνοουμένης τὰ τῆς μεγαλο-

Et hi quidem sic voluntarie damnati, sed efficaciter absoluti, spontaneam dormitionis acceperunt requiem; alii vero non sic. Diximus enim antea, dilectissimi, de mensura illius, qui præmia secundum utilitatem cujusque largitur Christus. Quomodo autem istud? irrisionum, flagellorum, et custodiæ probationem receperunt; alii vero lapidati, resecti, cæsi, temporalem reliquerunt corruptionem; et neque ignis, neque gladius, neque lapidum jactus, neque lebetes, neque ferrei unguis, neque strangulatores, neque aliud quoddam acerbum damnationis supplicium, a generosis certaminibus sanctos illos fortes avertit; sed in omnibus his vincentes, et hunc qui illos amavit vehementer amantes, nobis reliquerunt collecta a Deo fragmenta; et quomodo a Deo collecta? Discamus id, dilectissimi. Quibusdam enim sanctis gladio cæsis, corpora velut sordes ab impiis judicibus in locis ferarum assuetis ad solum dejecta, sana conservata sunt; neque fera, neque aliud quoddam animalium carne vescentium, his accedere potuit; sed quod e more odere jucundius habebant, hoc contra naturam omittentes, insuetum custodiæ morem corporibus præbebant, et quæ antea mortalium carnes vorabant, factæ sunt deinde corporum custodes. Non enim communia erant corpora ad ferarum escam convenientia, sed hæc abjecta electa erant ad hoc officium. Quod multam præbet differentiam ab his quæ solito audiuntur. Nempe quod quædam corpora cum his electis simul projecta, alia quidem integra servata sunt, alia vero comminuta sunt. Sanctis autem aliis igne exustis, cinis ut lux splendebat his qui cum fide hunc colligebant. Cæteris in frustra dissectis, ossa ut exosa tortoribus in fluvios projecta, non naturali pondere ad inferiora abyssi labebantur, sed superiori aquarum facie suberis instar immatantia, ut stellæ

¹ Gal. ix, 17.

radiantia, his qui pietate in Deum colligere studebant apparebant, similiter in mari jaculis sauciata alternis fluctuum orbibus elata et in arenosam terram emissa, divinisque indicantibus prodigiis ab hominibus piis inventa, communibus impensis publicos honores receperunt, multi quoque remotioribus temporibus, corporis integram sepulturam cum recepissent, sub terram occultari perpetuo non sustinuerunt, sed revelante apparitionum visione seipso manifestantes, in catholicam adorationem processerunt, thaumaturgicam virtutem invocantibus præstantes; et hæc multiplici modo inventarum sanctarum reliquiarum pallia, ad quæ accurrentes, animarum et corporum sanationem invenimus. Nam debiles curant, ægrotos sanant, dæmoniacos liberant, leprosos mundant, in fide Jesu Christi,

verum Dei nostri, una cum coæterno ejus Patre, et vivifico Spiritu, cui gloria et potentia in sæcula sæculorum. Amen.

συνανάρχω αὐτοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ ζωοποιῶ Πνεύματι· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

ciæ loca fontibus ac aquis irrigua, id ipsum nomi-
nis sortita sint. Locus apud Cedrenum non est in
manu, nec velim quærendo totum evolvere.*

Postmodum enim cum unum quemdam e suis discipulis Evarestum nomine accersisset; nedum solus ille asceticæ palæstræ certaminibus, Evarestum se, id est, placentem ac gratum ostendit, verum etiam locum ipsum per eos, qui in eo placerent Deo ac religiose mererentur, beneplacitum fecit, qui ejus hactenus placitis intercessionibus, præclaris meritis egregie abundet, totique fere orbi venerationi habeatur, cum olim Cocorobii locus appellatus esset. Denique dum interim vir sanctus venerabili illo loco bene quietus ageret, eum Photius pontifex cum Augustis, modis omnibus ad se trahere moliebatur, utique ad eum accederet, inducere tentabat. Ejus quippe supra omnes alios gloriam captabat. Id ubi vir admirabilis intellexit, eorum volens cavere insidias, fuga se in Priconesum proripit, indeque Mitylenem abit: quo loco, ubi diu satis demoratus esset, tandem in Cherronesum una cum proprio fratre, apud Kamelium habitaturus, reductus est.

Porro præfatus Achilles ubi annis quinque in Sancti monasterio gregem gubernasset, archiepiscopus Nicolæ in partibus Orientis creatus est: a quo præfecturam iniens Theodosius, cum annum unum et ipse præfuisset, vivis exemptus successorem Eugenium habet. Sed et ipse cum menses quatuor præfecturam tenuisset, Theodorus Santabaris oriundus, ac idcirco a nonnullis Santabarinus appellatus, successor susceptus est: cui demum, cum annum unum præpositi personam gessisset, Sabas a Callistrato, ejus discipulus, qui tunc pontificem agebat, ordinatus succedit.

Cum autem magnus Pater Nicolaus annos septem in præfato loco, cum naturæ necessitatibus, tum ipsa senectute attritus egisset, inde vincetus ad suum

FRANC. COMBEFISHI NOTÆ.

(33) Προικόννησον scribit Ptolomæus, voluitque puto Noster scribere. Est Propontidis insula antè Cyzicum. Mitylene Lesbi oppidum, a quo tota insula sic dicta fuit. Quam denique ponit Cherronesum seu peninsulam, in quam tandem vir Dei reductus sit, ipsam puto vicinam Acra promontorio, in qua Theodorus diem obiit. Plura loca sic appellantur. Potuit sic reduci a Photio ac imperatore, ut urbi vicinum diligentius observarent, ac aliquid pro Ignatio moliri prohiberent: forte vero quod Romam accessurum, eoque Ignatii, ac ei communicantium, virum tantæ auctoritatis, querelas delaturum timerent. Sic conati sunt Theoctistum revocare, ceu reum majestatis, cum ille pro Ignatio Romæ ageret, ut est in epistolis ad Nicolaum.

(34) Fuit iste procul dubio episcopus a Photio, id temporis tyrannidem exercente; unde non placet, quod eum auctor paulo superius, cum ait creatum præpositum Studi ejecto Nicolao χριστόν τοῖς τρόποις πανταχόθεν, asserit, *virum omni parte moribus probatum*. Ut ita probatus esset, non sic facile a viro grassatore iteratis honoribus auctus esset. Vel sic voluit angere, virum alioqui magnæ existimationis, ac a Nicolao secundum, ut suæ factioni præsidium quæreret. Quid in utroque gradu, pro aut contra Ignatium egerit, utque

A Ἐνα γὰρ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν Εὐάρεστον τοῦνομα εἰς ὕστερον τοῦτον μεταπεμφάμενος, οὐ τοῖς ἀγῶσι μόνος ἐκεῖνος τῆς ἀσκητικῆς παλαίστρας ἐδείχθη Εὐάρεστο; ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτὸ τὸ χωρίον διὰ τῶν ἐν αὐτῷ τῷ θεῷ εὐαρεστούντων, εὐάρεστον κατειργάσατο, μέχρι τῆς σήμερον ταῖς αὐτοῦ εὐαρέστοις πρεσβείαις, βρήθον τοῖς ἀγαθοῖς κατορθώμασι, καὶ σχεδὸν ὑπὸ πάσης τῆς γῆς σεβασζόμενον ἀνωθεν τῆ προσωνυμίας τῶν Κοκοροβίου ἐπιφερόμενον. Ἀμέλει καλῶς ἐν τῷδε τῷ εὐαγγελί τόπω τῷ ὁσίῳ ἐφησυχάζοντι, ὁ ἀρχιερεὺς Φώτιος παντοίως πρὸς ἑαυτὸν σὺν τοῖς κραχῦσιν ἐλκῦσαι τοῦτον πραγματευόμενος, καὶ ὡς αὐτὸν ἀφικέσθαι πειρώμενος. Ἐθῆρα γὰρ αὐτοῦ τὴν δόξαν ὑπὲρ τοὺς ἄλλους γε· καταμαθὼν ὁ θαυμάσιος, καὶ τὰς τούτων ἐνέδρας διαδράσαι βουλόμενος, φυγὰς ἀπαίρει πρὸς τὴν Πρυκόννησον (33) [ἡρ. Προικόννησον], ἐκεῖθεν δὲ πρὸς Μιτυλήνην ἀπόχεται· ἐφ' ἱκανὸν δὲ ταύτῃ προσδιατρίψας, ἀνήκται πρὸς τὴν Χερρόνησον, σὺν τῷ οικεῖῳ ἀδελφῷ ἐν τῷ Σαμηλίῳ οικισθησόμενος.

Ὁ δὲ προρῥηθεὶς Ἀχιλλᾶς ἐν τῇ μονῇ τοῦ ὁσίου ἐπὶ πέντε χρόνους ἰθύνας τὸ ποίμνιον, ἀρχιεπίσκοπος εἰς Νακόλιαν (34) ἐν τοῖς τῆς ἀνατολῆς προχειρίζεται μέρεσιν· ὃν τῆς ἀρχῆς διαδεξάμενος Θεοδόσιος, καὶ ἐνιαύσιον χρόνον κρατήσας τὸ μοναστήριον· τοῦτον Εὐγένιος τελευτήσαντα διαδέχεται. Ἀλλὰ καὶ τοῦτον ἐπὶ τέσσαρας μῆνας ποιησάμενον τὴν κατάτχεσιν, Θεόδωρος ὁ ἐκ γωρίου τοῦ Σανταβαρέως ἐξορμώμενος, καὶ διὰ τοῦτο Σανταβαρινὸς παρωνύμως ὑπὸ τινῶν ἐπονομαζόμενος, διεδέξατο. Ὅνπερ ἐνιαυτὸν ὅλον ἀντιπροσωποῦντα τὸ μοναστήριον, ὁ ἐκ Καλληστράτου Σάβας χειροτονηθεὶς, αὐτὸν διαδέχεται, μαθητῆς ὑπάρχων τοῦ τὴν ἀρχιερωσύνην τότε κρατοῦντος.

Ἐπταετίαν δὲ τοῦ μεγάλου Πατρὸς Νικολάου ἐν τῷ προρῥηθέντι τόπῳ διαμείθοντος, καὶ ταῖς ἀνάγκαις τῆς φύσεως, καὶ αὐτῷ τῷ γῆρα συγκακουχούμενος,

habuerit ad Patrem Nicolaum, ac fratres Studianos, incompertum est. Putem omnes hic nominatos præter prostremum Sabam Photii discipulum, devotos Patri fuisse, ac si quid communionis labe cum Photio infecti fuerunt, timore potius humano, quam odio in Ignatium vel Nicolaum id commisisse. Forte vero præposituram inierunt sic velut vicarii, ac ne quid gravius fratrum sodalitas per Nicolai absentiam pateretur, vel ipso annuente Nicolao: idque videatur auctor innuere in Theodoro Santabarino, cum ἀντιπροσωποῦντα τὸ μοναστήριον, per annum integrum, successorem habuisse memorat Sabam Photii discipulum: ut alii, Nicolai discipuli fuerint; Sabas Photii. Nacolia urbs est Ptolomæo ac Straboni magnæ Phrygiæ. In viii synodu subscriptus habetur, *Photius episcopus Nacoliæ*: ac videri possit scribendum *Nacolia*, cum vix ulla possit assignari urbs Nacolia. Quia tamen constat ex Anastasio solos veteres episcopos, ac sub aliis patriarchis ordinatos, admissos esse ut subscriberent synodo, nec Achilles subscribere potuit, nec si quem Photius, eo forte defuncto, illi substituit. Sit ergo Nacolia peculiaris civitas, forte in Asia Minori, quam Turcæ ac moderni Natoliam vocant: velut thema orientale, ac quod orientior sit Constantinopoli.

δέσμιος ἐνθεν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος πρὸς τὴν ἑαυτοῦ μονὴν ἐπανάγεται, καὶ τῷ προβήθέντι Σάββ παραδθεις, ἐμφρούριος ἐναποκαθίσταται ἐπὶ δύο ἔτη ἀπρονόητος, ἐν τηρήσει πολλῇ διαφυλαττόμενος. Ἄλλ' ἐπειδὴ αἱ τῶν ἀμαρτωλῶν ὁδοὶ σκοτειναὶ, καὶ οὐκ οἶδουσιν πῶς προσκόπτουσιν· ἵνα κατ' ἄμω τοῖν δυοῖν Καισάρων ὑπὸ τοῦ ὁσίου προφητευθὲν τέλος προκαταλάβηται, ἐπὶ Κρήτην ὁ ἄναξ Μιχαὴλ σὺν τῷ Καισαρι κατὰ τοῦ Ἰσμαὴλ ἐκστρατεύουσιν· ἐκεῖσέ τε κατὰ τὴν ὁδὸν ἐπιμανέντες ἀλλήλοις (35), ὁ Καίσαρ ἐπιβουλευθεὶς ἐλεεινῶς ἐν μαχαίρᾳ διαμερισθεὶς κατασφάττεται. Ὁ δὲ ὑποστρέψας, οὐ μετὰ πολὺ καὶ αὐτὸς ἐπίσης ἐκείνῃ τῆς ὁργῆς τὸ ποτήριον πέπωκεν, ἐν καὶ τὸ αὐτὸ τέλος κατὰ τὴν τοῦ δικαίου πρότασιν ἐφευράμενος.

Καὶ εὐθέως ὁ Καίσαρ Βασίλειος τὰ τῶν Ῥωμαίων σκῆπτρα μεταχειρίζεται· ὅς ἱερὰν γενέσθαι σύνοδον παρακελευσάμενος, μετὰ τὸ ἀποδοῦναι τὸν οἰκεῖον τῆς ἀρχιερωσύνης θρόνον τὸν θεοφόρον Ἰγνάτιον [ἱ. τῷ θεοφόρῳ Ἰγνατίῳ], ἐπιζητήσας τὸν κοινὸν ἡμῶν Πατέρα, καὶ τῆς Ἐκκλησίας φωστῆρα Νικόλαον, κατασχεῖν παρεκάλει καὶ αὐτὸν τὸ οἰκεῖον αὐτοῦ μοναστήριον· συμπρεσβευτὴν ἐν τούτῳ πρὸς τὴν παράκλησιν καὶ τὸν ἀρχιερέα ἐπιφερόμενος. Ὁ δὲ ἀπωθεῖτο τὴν τοιαύτην ἐγγείρησιν [ἰ. ἐγγείρισιν], τὴν τε τοῦ γήρωσ ἀδυναμίαν, καὶ τὴν ἐκ τῶν προηγησαμένων ἐν αὐτῷ συντριβὴν προβαλλόμενος. Ἐχεις με, φησὶν, ὦ βασιλεῦ, σὺν πολλῇ προθυμίᾳ, ὡς ἂν κελύοις, κατὰ πάντα τῷ σῶ ὑπηρετοῦντα θελήματι· ἀλλὰ καὶ τὴν παρῶρησίαν τε καὶ ἀποστολὴν ἀκώλυτον εἶναι παρακελεύομαι· μέγα κέρδος ἡγούμενος, τὸ ὑπὸ τῆς σῆς ὀσιότητος δηλοποιεῖσθαι τε καὶ ἐπισκέπτεσθαι. Ἐν τούτοις ὁ ἄναξ φιλοφρονησάμενος τὸν μακάριον, καὶ πείσας τὴν ἰδίαν ἀρχὴν ἀναδέξασθαι, σὺν θυμηδίᾳ πολλῇ τῶν βασιλείων ἐξαπέστειλεν, εἰ καὶ μάλιστα συχνωτέρως πρὸς ἑαυτὸν μετεστέλλετο, ἡδόμενος αὐτοῦ τῇ ἀπλότητι.

Ἄλλ' ἐνταῦθα δίκαιον ᾤθηεν διὰ βραχέων, τοῖς πόνοις τούτου τὴν ἐπιχαρτίαν προσενεῖραι τῷ διηγήματι, καὶ μικρὰ τινα τῶν αὐτοῦ θαυμάτων ὑπομνήσαι τοῖς ἐντυχάνουσι· ὡς ἂν ἄρτιον εἴη τῆς ὑψηλῆσεως τὸ ὠφέλιμον. Εἰ γὰρ καὶ σημεῖα τοῖς ἀπίστοις, ὡς γέγραπται· ἀλλ' οὖν εἰς μείζονα δόξαν τῶν αὐτοῦ θεραπόντων ὁ Κύριος, ἐν τοῖς πιστοῖς τὰ πρὸς εὐεργεσίαν τῆς φύσεως διανέμει τούτων χαρίσματα· οὐκοῦν μετ' εὐφροσύνης τὰ τοῦ Πνεύματος ἐξείπωμεν θαύματα.

Εὐδοκία γὰρ ἡ τοῦ φιλοχρίστου μέδοντος σύνευνος, κατ' αὐτὰς τὰς ἡμέρας πάθει δεινῷ περιπέπτωκε· καὶ τῆς ἐκ τῶν ἰατρῶν ἐπομένης βοηθείας ἐστέρητο, ἐπεὶ καὶ τὰ τοῦ πάθους πρὸς θάνατον ἐβλεπε. Τοῦ δὲ βασιλέως ἀθυμοῦντος, καὶ περὶ τούτου δεινῶς ποτνωμένου καὶ στένοντος, ὀπτασία τις παρεμπε-

A ipsius reducitur monasterium, praefatoque Sabæ traditus, in carcere ad biennium, maximo corporis neglectu, diligentique admodum custodia, tenetur. Quia nihilominus peccatorum viæ tenebrosæ sunt, nec sciunt quomodo offendunt³³; quo finis a Sancto in duos Cæsares prænuntiatus tunc primum occuparet, junctis copiis imperator Michael ac Cæsar, in Cretam adversus Ismaelem exercitum educunt: tumque in via mutuo in se furore concitatis, Cæsar insidiis appetitus, misere gladio dissectus jugulatur. Reversus autem ille, brevi et ipse perinde calicem iræ bibit, unum eundemque, juxta quod vir justus pronuntiat, inveniens finem.

B Mox vero Basilius Cæsar Romani imperii sceptrum moderanda suscipit; jubensque sacram fieri synodum, post redditam Ignatio pontificalem sedem, quærens communem nostrum Patrem ac Ecclesiæ lumen Nicolaum, obsecrabat, ut et ipse monasterii sui curam reciperet, una secum obsecrationis intercessorem episcopum adhibens. At ille, commissum a se munus rejiciens, cum affectæ senectutis impotentiam causabatur, tum ab iis, qui illic præfecturam gessissent, exantlatos labores atque molestias. Habes, inquit, imperator, ad omnia quæ jusseris multa alacritate tuæ devotum voluntati: verum a te unum hoc rogo, ut ne libertatem ac dimissionem meam impedias; cui magni lucri compendio accedat, ut a tua sanctitate manifeste ac protegar. Denique imperator benevole virum beatum excipiens, ac persuadens pristinae præfecturæ munus etiamnum obire, multa animi voluptate ab aula remisit: quanquam etiam a se crebrius accersebat, ejus impendio simplicitate affectus.

Hic enimvero operæ pretium duxi, beati viri laboribus etiam consequentes fructus brevi narratione subnectere, ac pauca quædam ejus miracula Lectoribus insinuare, quo absoluta consistat narrationis utilitas. Quanquam enim signa in fidelibus³⁴, juxta quod Scriptura habet: Dominus tamen, ad majorem famulorum suorum gloriam, eorum dona, quibus natura beneficio afficitur, in fidelibus distribuit. Læti ergo divina Spiritus miracula edicamus.

Quippe Eudocia Christi amantis imperatoris uxor, per hos dies in morbum gravem incidit, jamque omni medicorum auxilio, morbo in mortem inclinante, destituta erat. Cum autem imperator ea re mœstus, dire quireretur, ac animo angustiaretur, incidens interim visio læto animo effecit. Putabat enim

³³ Prov. iv, 19. ³⁴ I Cor. xiv, 22.

FRANC. COMBESII NOTÆ.

(35) Videndus Nicetas in Vita Ignatii, ubi pluribus explicat qui ista habuerint, ac qua primum occasione, ulciscente Numine, rixæ illæ ac tandem

utriusque Cæsaris mors contigerint, Basiliusque pius princeps regnum capessiverit.

illa, cum modicum degustaret somnum, senem quemdam videre, monachum quidem habitu, quemque multa gloria honestaret, in hæc verba affantem: *Confide, inquit, fore, ut modo minime moriaris: quin amodo optatæ sanitatis commoda persensura es.* Tum illa somno soluta rem statim cum viro communicans, imperiali decreto, omnes in urbe sanctimonix laude præcellentes viros, cum invisendi ergo ad se ascendere jubet¹. Quamobrem etiam Pater noster una cum Patrum choro in palatium veniens, vultu Mosis instar glorificato, liquido is ipse Augustæ innotuit, qui in visione verba oppignerasset. Magna itaque voce, in gratiarum actionem effusa, palam traducens, gloriosa Dei in ipsam per eum magnalia prædicavit. Imperator autem, adstansque omnis caterva, virum admirantes, congruis honoribus prosecuti sunt. Symbolice puto, Christi famulus, illi simile miraculum portento quodam operatus est, quod nominis patronus Nicolaus olim edidisset, cum nimirum, imperatori in visu apparens, ab injusta nece viros liberavit. Enimvero, miraculo subnectentes miracula, Patris virtutem ediscamus.

Helena quippe Manuelis patricii quondam uxor, cum perinde atque Augusta, portis inferni, vi morbi, propior accessisset, jamque sui ad suprema, pro morientium ratione, officia parati essent; accedens magnus ille, ac manu ægrotantis caput attingens crucisque signo desuper in aere expresso corpus consignans, mortis recessum vegetavit. Confestim enim sanitate recepta, a diro dolore, quo tenebatur, liberata est.

Sed et hoc præfate ejus viro memoratur accidisse. Nimirum, cum humili lecto jacens decumberet, jamque a medicis supremam mortis sententiam accepisset, rogabat adesse virum sanctum, clamore flagitans, ut angelico monachorum habitu perornaret. Ad quem Sanctus: *Haudquaquam: nec enim, fili, conducibile foret, qui brevi, infirmitatis hujus symbola relinquens, magistratum præfecturas Dei munere administraturus sis.* Ubi itaque hoc evenerit, te deinceps coma deposita ad beatam illam sortem bonis operibus refertum assumpturus sum. Porro finem habuit prædictio, eventusque prophetiam secutus est. Etenim relicta ille cum lecto ægritudine, diversisque illis magistratibus defunctus, cum tandem modicum ægrotasset, juxta viri justis sententiam, comam deponens, migravit ad Dominum.

Theophilus autem, qui perinde atque Melissenii, Lydiates appellabatur: quippe vir eorum gener erat, impositamque illis a genere appellationem ipse etiam merito abusione ferebat. Nam et protospatharii dignitate ornatus erat. Nati porro ex eo infantes, vitam statim cum morte commutabant,amboque parentes jucundissima eorum gaudio ac

σοῦσα μέσον, εὐθυμειν παρεσκευάζεν. Ἐδόκει γὰρ ἐκεῖνη μικρὸν καθευδήσασα, καθορᾶν τινα γηραιὸν, μοναχὸν μὲν ὑπάρχοντα, καὶ δόξῃ πολλῇ σεμνυόμενον· οὕτω δὲ πωρ αὐτῇ προσδιαλεγόμενον· *Θάρσει, φησὶν, ὡς οὐ τεθναίεις τὰ νῦν· ἔξεις δὲ λοιπὸν ἐκ τῆς δεῦρο τῆς σοι φίλης ὑγείας τὸ χρήσιμον.* Ἡ καὶ μετὰ τὸν δνειρον τοῦτο παρρηθὺς τάνδρῳ διανείμασα, σθένει τοῦ κράτους πρὸς ἑαυτὴν τοὺς ἀνὰ τὴν πόλιν ἐπ' εὐλαθείᾳ προδχοντας, ἐπισκέψεως χάριν ἀνελθεῖν παρασκεύασεν. Ἐνθεν ὁ μέγας συνανιῶν ταῖς Πατράσι, δεδοξασμένον φέρων κατὰ Μωτέα τὸ πρόσωπον, γνώριμος τῇ βασιλίδι γεγένηται, ὡς αὐτὸς εἶη ὁ ἐν τῇ ὄπτασι αὐτῇ ὁμηρουσάμενος ῥήματα. Ὅθεν μεγάλη τῇ φωνῇ διὰ τῆς εὐχαριστίας τοῦτον ἀναφανδὸν ἐθριάμβευσε, τὰ εἰς αὐτὴν δι' αὐτοῦ ἔνδοξα τοῦ Θεοῦ μεγαλεῖα ἀνακηρύττουσα. Ὁν ὁ βασιλεὺς, καὶ πάντες οἱ συμπρόντες θαυμάζοντες ταῖς προπούσαις τιμαῖς ἀπεσέμνονον. Συμβολικῶς οἶμαι τῷ ἐπωνύμῳ Νικολάῳ ἐφάμιλλον, ὁ τοῦ Χριστοῦ θεράπων κατ' ἐκεῖνον τὸ θαῦμα τερατευσάμενος, ἐν ὄνειρῳ πάλαι δειματώσας τῷ ἀνακτι τῆς ἀδίκου δίκης τοὺς ἀνδρας ἐξελάτο. Ἀλλὰ θαύματι συνάπτοντες θαύματα, τὴν τοῦ Πατρὸς ἀρετὴν καταμάθωμεν.

Ἐλένη γὰρ ἡ τοῦ πατρικίου Μανουὴλ ὑπάρξασα σύμβιος, ἐπίσης τῇ βασιλίσει ταῖς τοῦ ἄδου πυλῶσι δι' ἀβρωστίας ἐγγίζουσα, καὶ πρὸς τὴν ἐξόδιον τῶν αὐτῆς εὐτρεπιζομένων συνήθειαν· ἐπιστὰς ὁ μέγας τῇ χειρὶ τῇ τῆς καμνοῦσης κορυφῇ ἐφαψάμενος, τῷ σταυρικῷ συμβόλῳ ἀερίως ὑπερθεῖν ταύτης ἐπισφραγίσας τῷ σώματι, τὸν τοῦ θανάτου μυχὸν ἀνεζώγησεν. Ἐβρωτο γὰρ εὐθέως, καὶ τῆς κατεχούσης ὀδύνης ἀπήλλακτο.

Ταυτὸ δὲ συμβεβηκέναι καὶ τῷ προβήθέντι ταύτης ἀνδρὶ διηγόρευται· ὁ ἐπὶ τοῦ σκίμποδος ἀνακείμενος, καὶ πρὸς τῶν ἰατρῶν τὴν τελευταίαν τοῦ θανάτου ἀπόφασιν προσλαβόμενος, ἐπιστάντα παρεκάλει τὸν ἅγιον, τῷ ἀγγελικῷ τῶν μοναχῶν κατακοσμησαί τοῦτον ἐπιδουόμενος σχήματι. Οὐ, φησὶ, πρὸς αὐτὸν ὁ δσιος ἀπερθέγγετο. Οὐ γὰρ λυσιτελή σοι, τέκνον, συμβήσεται, μέλλοντι συντόμως τῆς ἀβρωστίας τῆσδε διαδράντι τὰ σύμβολα, τῶνδε τῶν ἀξιωματῶν τῆ τοῦ Χριστοῦ χάριτι τὰς ἀρχὰς διοικήσασθαι. Ἡ δ' ἂν τοίνυν τοῦτο γενήσεται, τότε σοι [γρ. τότε σε] λοιπὸν ἀποκαρθέντα πρὸς τὴν ἐκεῖσε λῆξιν κομῶντα ταῖς ἀγαθοεργίαις προσλάβοιμι. Εἶχε δὲ τέλος ἡ πρόβησις, καὶ τὴν προφητείαν ἐπηκολούθει τὰ πράγματα. Τῇ γὰρ εὐνῇ ὁ ἀνὴρ τὴν νόσον ἐπαποθέμενος, καὶ τοῖς διαφοροῖς ἐκείνοις ὑπεισελθὼν ἀξιώμασι, τέλος μικρὸν νοσήσας, κατὰ τὴν τοῦ δικαίου ἀπόφασιν, ἀποκαρθεῖς, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησε.

Θεόφιλος δὲ ὁ κατὰ τοῦ Μελισσηνοῦς Αὐδιάτης καλούμενος (γαμβρὸς γὰρ αὐτῶν ὁ ἀνὴρ ἐχορημάτισε, καὶ τὸ ἐκ γένους ἐκεῖνοις παρωνύμως ἐπιτεθὲν, εἰχότως καὶ οὗτος καταχρηστικῶς ἐπεφέρετο· καὶ γὰρ καὶ τῷ τοῦ πρωτοσπαθαρίου ἐτετίμητο ἀξιωματι), τὰ παρ' αὐτοῦ νήπια, τοῦ ζῆν. αὐθωρὸν ἀπῆλλανττοντο, καὶ τῆς ἡδίστης τούτων χαρμῶσύνης τε

¹ Exod. xxiv, 29.

καὶ διαβιώσεως ἀμφω τῷ συμβίῳ ἐστέρηντο. Θέλγει γάρ ὄντως τὰ τῶν νηπίων ψαλλίσματα, ἐκ τῆς ἀτέχνου γλώσσης μάλιστα προλιμένα. Καὶ δὴ βουλὴν καλὴν βουλευσάμενος· σὺν τῇ γαμετῇ, τῷ μεγάλῳ τούτῳ φωστῆρι καταλαθόντες προσπίπτουσι, καὶ τὴν τῆς ἀπαιδείας ὀδύνην μετὰ πολλῶν δακρῶν διαγορεύουσι· καὶ ὡσπερ θυρεῶ τινι ἑαυτοὺς πρὸς τὴν ἀπρόοπτον τοῦ θανάτου τῶν ἐμψύων φορὰν κατασφαλίζόμενοι, αὐτὴν τὴν μέγαν τὴν ἐκ τῆς ἀναγεννήσεως τοῦ θεοῦ βαπτίσματος παρεκάλουν ἀναδοχὴν τούτοις δωρήσασθαι. Ὁ δὲ πρὸς τοῦτο μὲν οὐκ ἐπένευσε· τὴν χάραν δὲ τούτου βρέφους, οὐπὲρ ἐκέκτηντο, τῇ λαίῳ χειρὶ καθαψάμενος, τὴν τε ἐτέραν ἀπεώρισας ἄνω, καὶ ἱκανῶς προσευξάμενος, Ἄπιτε, φησὶν, οἴκαδε· τὰδε γὰρ λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅτι Ζήσεται τὸ θυγάτριον (θῆλυ γὰρ ἔπειπερ ἐτύγχανε), καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν υἱὸς τῶν αὐτῆς υἱῶν καταθρήσεται, καὶ οὕτω μετ' εὐφροσύνης καὶ ὑμεῖς τῶν ἐνθένδε μετακαστεύσητε. Ἐπηκολούθει δὲ καὶ ὡς τοῖς τοῦ Πατρὸς λόγοις τῶν πραγμάτων ἢ ἐκβάσις, καὶ πολὺ παιδὲς τῇ ἀτεκνίᾳ τοῦ παιδὸς

Καὶ τί ἂν λέγοιμι τὰ καθέκαστον; Δέδεικται δὴ τοῦ τῷ προφητικῷ χαρακτήρι [ισ. add. ἄμα] τῇ τῶν θαυμάτων διόπτρᾳ πανταχόθεν τὸν μέγαν κατακοσμούμενον, εἰ καὶ τοῦ χρόνου τῷ μήκει τὰ πλεῖστα τούτων ὁ τῆς λήθης βυθὸς ἐθησαύρισεν. Ἄλλ' ἐπεὶ δι' ἀσθενείας ὁ λόγος ἀμυδρῶς πως τὰς αὐτοῦ ἀριστίας ὑπεσημάνατο, φέρε καθόσον οἶδόν τε, τοῖς παλαιοῖς τὰ ἐκαίνοῦ συνάψαντες, κἀντεῦθεν τὸν ἄνδρα γνωρίσωμεν. Οὐ γὰρ μερικὰ τοῦ Πνεύματος τὰ χαρίσματα, εἰ καὶ διάφορος ἡ τούτων ἐνέργεια. Μόνον γὰρ εἰς ἀλλήλους διαμερίζομεν, τὸ προσπαθῆς ἡμεῖς ἐκάστῳ τὰ ἀμερῇ ἐν μέρει μερικῶς συνεστῶντες τῆς σχέσεως. Οὕτως δὲ σκοπήσωμεν.

Θαυμάζεις Ἄβελ τὴν τῆς καρδίας εὐθύτητα καὶ τὰ ἀρτιγενῆ τῶν δώρων πρωτότοκα, ἐπεὶ καὶ πρὸς Θεοῦ τὸν ἔπαινον ἀπειλήφασιν· τὴν τε τοῦ Ἐνώχ ἐλπίδα, καὶ Ἐνώχ τὴν μετάθεσιν· θαύμασον, εἰ βούλει, τὴν ἐξ αὐτῆς νηπιότητος καὶ τούτου τὴν ἀρτιγενῆ τῶν φρενῶν πρὸς τὸ θεῖον ἀλλοίωσιν· τὴν τε γενικὴν τῶν ἡλικιῶν ἀπαρχὴν, τῆς λογικῆς, ψημλ, θυσίας ἐκ πνεύματος συντετριμμένου, τιμιωτέραν τῶν δώρων ἀνάθεσιν, καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἐλπίδα, καὶ τὴν τοῦ νοῦς πρὸς τὰ ὑπὲρ αἰσθησιν καθεκάστην ἐγγινομένην μετάθεσιν· ὅσον ἐκεῖ μὲν, ἐκ τῶν περὶ αὐτῶν, ἐκ τῶν κατ' αὐτὸν δὲ τούτῳ τῆς προσφορᾶς ἢ τελειώσις. Εἰ δὲ τὴν τοῦ πρωτοπάτορος ἐν χειρὶ Θεοῦ γενομένην διάπλασιν, καὶ τὴν ἐν παραδείσῳ διατριβὴν, καὶ τὴν πρώτην νομοθεσίαν ἀντεπεξάγοις τῷ ἡμετέρῳ Πατρὶ, μείζον, ἢ ἔλαττον εὐρήσεις τῆς ἀρετῆς τὸ ἐγκώμιον, τὴν τῆς ἐντολῆς ὑφαίρεσιν ἄρτιον ἐντεῦθεν προσλαμβανόμενος, τὴν τε ἐν παραδείσῳ (36) τρυφὴν ὅσον οὐπω μετὰ δικαίων ἀποληψόμενος· ἐπεὶ μὴ οἶδόν τέ τινα τελειωθῆναι κατὰ, τὸν μέγαν Ἀπόστολον.

¹⁶ Hebr. II, 40.

FRANC. COMBEFISHI NOTÆ.

(36) Quanquam videtur auctor obscurius loqui, satis tamen indicat errorem, utriusque Ecclesiæ

A vita carebant. Plane enim mulcent, quæ maxime infantes rudi lingua balbutimenta pronuntiant. Bono itaque consilio, una cum conjugē, magnum hoc lumen adentes, ejus se objiciunt pedibus, multisque lacrymis, exponunt, quem ex orbitate prolis dolorem persentirent. Ac vero, ceu quodam clypeo, adversum improvisam illam mortis infantum violentiam sese munientes, hunc ipsum magnum virum, ut susceptoris a divini baptismatis regeneratione munus obire dignaretur, obsecrant. Haud tamen ille postulatis annuit: caput nihilominus infantis superstitis manu sinistra tenens, dexteramque desuper elevans, ac abunde precatus: *Domum, inquit, abite: hæc enim dicit Spiritus sanctus: Viret puella: quippe femina erat: vestrisque ipsi oculis filios filiorum ejus visuri estis; sicque vos etiam ab humanis cum lætitia migrabitis.* Porro hic quoque rerum eventus Patris sermones consecutus est, filiique orbitate multorum filiorum parentes existerunt, qui illis orbi erant.

οἱ ἀπαιδὲς ἐχρημάτιζον.

Quid vero singula prosequar? Sane probatum fuit magnum hunc virum prophético schemate miraculorum dioptra omnino ornatum esse, quamquam longo temporis lapsu pleraque illorum oblivionis profundum absorbit. Quia enimvero obscure quodammodo præ sua imbecillitate instituta oratio, ejus res præclare gestas designavit: age jam, res ejus antiquorum rebus gestis conferentes, hinc quoque declaremus viri præstantiam. Nec enim Spiritus dona particularia sunt, locisque ac personis addicta, tametsi eorum virtus est diversa. Soliquippe nos, quæ individua sunt, in parte particulatim in invicem partimur ac dividimus, qua sumus in aliquos, affectionem prodentes. Sic autem consideremus.

Miraris Abelis cor rectum, novaque munera primitiva, quando etiam a Deo laudem meruerunt: spem quoque Enos, ac Enochii translationem: verum hujus quoque, si lubet, mirare ab infantia ipsa novam sensus animi in Deum demutationem, universasque ætatum primitias; rationalis, inquam, hostiæ ex spiritu contrito, pretiosiorē munerum oblationem, quæque inde spes, ac mentis quotidiana, ad ea quæ sensum exsuperant, translatio accedit: quanto illic, ex circumstanti externaque substantia, huic autem, ex ipsismet propriis oblatio consummatur. Sin autem protoplasti in manu Dei formationem, moramque in paradiso, ac primo latam legem, Patri nostro ex adverso produxeris; majus, quam minus encomium virtutis inveneris; integram inde mandati abrogationem assumens, paradisi que vix non cum justis accepturus voluptatem: siquidem, juxta magni Pauli sententiam, impossibile est quemquam cou-

summari ¹⁶.

Laudas Noënum, quod diluvii aquas in justitia A
evaserit ²⁷, quodque bruta animantia arcae lignæ
ambitu continuerit ²⁸. Abrahæ item hospitalitatem,
novamque Deo offerentem unigeniti hostiam; sus-
ceptum inquam ex repromissione immolantem; sed
ei hujus lauda hæretica illuvione ad Deum perfu-
gium, quodque genera multa rationalium salvarit:
animi item purgationem, quamque sacerdotii jure
Christo ipsi ac Deo hospitem paravit mensam.
Quippe qui etiam totum se, mensam sacram ac
spiritali holocaustum effecerit. Plane mirabilis
Isaac ante etiam nativatem promissio ²⁹; hic enim
vero ipse statim ultro promisit, post etiam nati-
vitatem.

Mira quoque est Jacobi scala ³⁰ ceu novi ejusdam
ac admirandi sacramenti designatio ³¹: viri item
circa pecudes solertia; nec non tanta illa, duodenæ
prolis ex lumbis ejus propagatione, felicitas: sed
et hujus mirabilis virtutum, morali conversatione
recta scala, nec non pascendi ratione præditos
peritia, ac demum copiosa ex lumbis, spiritali partu
filiorum editio.

Beatissimus Job in stercore positus ³², tantaque
illa in malis tolerantia, omnium ore celebratur: hic
autem, fortitudinem illam ex desudatis certamini-
bus vulnerumque cicatrices indutus, longamque aliis
aliisque locis carcerum coercionem stercoreis instar
inferens, nihil minus illo tolerantiam coluit.

Magnus Moses, tanquam qui deus Pharaonis ³³ mi-
rabilisque populi ductor, ac mitis legislator, ut quis
alius, fuerit. Sed et hic nihilominus perinde atque
ille, deus adoptione, ac legislator mitissimus, om-
nes admonens hortansque abstinere a malis actibus,
virgaque depurgati zimi ac vacui ab affectionibus,
varia miracula patrans, imitatus est Davidis illud
in bellis inexpugnabile robur, hæreticorum phalan-
ges invicta fortitudine fugans ³⁴. Mitto dicere zelum
Phinees, ac Eliæ Carmelum ³⁵, Elisæique in melote,
duplici dono concessam Spiritus vim ³⁶: in quibus
magnum hic, excellentia virtutis, quam fieri potest,
nrisque eos partibus expressit.

²⁷ Gen. vii, 1. ²⁸ Gen. xviii, 2; xii, 2. ²⁹ Gen. xviii, 10. ³⁰ Gen. xxviii, 12. ³¹ Gen. xxii, 37. ³²
Job. i, etc. ³³ Exod. vii, 1. Num. xii, 3. ³⁴ Num. xiv, 7. ³⁵ III Reg. xviii, 19. ³⁶ IV Reg. ii, 9.

FRANC. COMBEFISH NOTÆ.

consensu in Florent. damnatum, in quo versata est D
magna pars sequioris Græciæ, quemque in ea mul-
tis arguit Leo Allatus opusc. nuper edito Parisiis;
ut nimirum justis, non omnino beatas sedes ante
ultimam consummationem accipiant, ac paradisi
amœna; sed ζσον οὐπω, tantum non, ac lere reci-
pian. necdum Dei visione beati, sed locis quibus-
dam lucidis in gaudio agentes, cum impii ac mali
interim mœsti agant in locis obscuris ac tenebrosis:
ut etiamnum eo modo justis habeant, ac post Chri-
stum ejusque morte devictam mortem, quo sentit
Ecclesia habuisse ante eundem, ac necdum soluto
pretio universali, quando revera nemo consumma-
batur, uti apostolus ab auctore citatus habet:
pedum eo sensu, quo nec modo consummatur ali-
quis, ultima omnino consummatione ac glorifica-
tione totius hominis, de qua etiam nihil vetat

Ἐπινεῖς Νῶε τὴν ἐν δικαιοσύνῃ τοῦ κατακλυ-
σμοῦ φυγαδείαν, καὶ τὴν ἐν λάρνακι ἐθλήνῃ τῶν
ἀλόγων ζῶων κατάσχεσιν· τοῦ τε Ἀβραάμ τὴν φι-
λοξενίαν, καὶ τὴν τοῦ μονογενοῦς καινὴν θυσίαν,
θεῶ τὸν ἐκ τῆς ἐπαγγελίας θῦμα προσάγοντα·
ἐπαίνει καὶ τούτου τὴν ἐκ τῆς αἰρετικῆς κατακλύ-
σεως πρὸς αὐτὸν [Ἰσ. πρὸς αὐτὸν πίστιν, ἢ, κα-
ταφυγὴν], καὶ γένη πολλά τῶν λογικῶν διασώσαντα,
τὴν τε τοῦ νοῦ καθαρίαν, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἱερωσύ-
νης ἐτοιμασθεῖσαν αὐτῷ τῷ Χριστῷ τῷ θεῷ φι-
λόξενον τράπεζαν· ἐπεὶ καὶ ὅλον ἑαυτὸν, ἱερὰν τρά-
πεζαν, καὶ πνευματικὸν ὀλοκάρπωμα κατειργάσατο.
θαυμαστὴ ἀληθῶς ἡ τοῦ Ἰσαάκ ἐπαγγελία, καὶ πρὸ
γεννήσεως· ὁ δὲ αὐτεπάγγελτος εὐθύς ὑπήρξε (37),
καὶ μετὰ γέννησιν.

B θαυμαστὴ καὶ τοῦ Ἰακώβ κλίμαξ, ὡς παραδόξου
μυστηρίου προτύπωσις· καὶ ἡ περὶ τὰ θρέμματα
τοῦ ἀνδρὸς εὐμηχανία· καὶ ἡ ἐκ τῆς ὀσφύος δωδε-
καστέλεχος τῶν τέκνων εὐήμερία· θαυμαστὴ δὲ καὶ
τούτῳ [Ἰσ. τούτου] τῶν ἀρετῶν ἡ κλίμαξ πρακτικῶς
ἐξεγένετο, καὶ ἡ ποιμαντικὴ τῶν λογικῶν ἐμπει-
ρία, καὶ ἡ ἐκ τῆς ὀσφύος πλήθουσα πνευματικὴ
τῶν τέκνων ἀπότεξις.

Ἰὼβ ἐπὶ κοπρίᾳ, καὶ τῇ περὶ τὰ δεινὰ καρτερίᾳ,
ἐν τοῖς ἀπάντων καταγεραίρεται στόματι· ὁ δὲ
τὴν ἐκ τῶν ἀθλῶν ἀνδρείαν, καὶ τῶν τραυμάτων τὰ
ἔλκη καταβαλλόμενος· τὴν τε ἐκ τόπου εἰς τόπον
χρονίαν κάθειρξιν ὡς κοπρίαν ἐπιφερόμενος, ἐπίσης
τὴν καρτερίαν ἐξήσκησε.

C Μέγας Μωσῆς ὡς θεὸς Φαραῶ, καὶ ξένος δημ-
αγωγός, καὶ νομοθέτης πρῶτος, εἰ καί τις ἄλλος, γενό-
μενος· ὁ δὲ, θέσει μὲν θεὸς κατ' ἐκεῖνον, καὶ νομο-
θέτης πρῶτος, παρεγγυῶν ἅπασιν τῶν φαύλων
ἀπέχεσθαι πράξεων· καὶ ῥάδιον τῆς ἀπαθείας θαυ-
ματουργοῦν διαφόροις τοῖς θαύμασιν, ἐμιμήσατο
Δαβὶδ τὸ ἐν πολέμοις ἀκαταμάχητον, τὰς τῶν αἰρε-
τικῶν ἀνδρείως κατατροπούμενος φάλαγγας. Ἐὼ
λέγειν Φινεὲς τὸν ζῆλον, καὶ Ἰλιῶ τὸν Κάρμηλον,
καὶ Ἐλισσαίου τὴν ἐν μηλωτῇ διπλῷ τῷ χαρίσματι τοῦ
Πνεύματος δύναμιν· ὧν ὁ μέγας τῷ περιόντι τῆς
ἀρετῆς, ὡς οἶόν τε, κατ' ἀμφοτέρα τούτοις ἀπεμι-
μήσατο.

Εἰ δὲ καὶ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ τοῦ Ἰωσήφ σιτοδείαν ἄπιζητοῖς ἐκδήσασθαι, πρόβηθι λοιπὸν, καὶ ἔπει μείζω τῶν σοι ἐζητασμένων τὴν ὕπαρξιν. Ἐπεὶ γὰρ ἔδει τοῦτον, κατὰ τὸν μέγαν Ἀπόστολον, τῆς ἀθλητικῆς παλαίστρας καλῶς τὸν ἀγῶνα ἀγωνισάμενον, τὸ κοινὸν ἀποτίσαι χρέος τῆς φύσεως (ἦν δι' ἀβρωσίας ἐπὶ τοῦ σκίμματος ἀνακείμενος, τῶν τέκνων στοιχηδὸν ἤδη παρισταμένων αὐτῷ, καὶ τὰ τοῦ πάθους σχετλιαζόντων ἐξόδια), εἰπεῖν λέγεται τὸν μακάριον, μὴ τῶν καθηκόντων ἐφυστεροῦντο, ἐντεῦθεν τὴν ἀθυμοῦσαν αὐτῶν, ὡς οἶμαι, ψυχὴν κατεγγυῖζόμενος. Οἱ δὲ, θρυλληθέντες τῷ παραδόξῳ τοῦ Πατρὸς ἐρωτήματι, ἀνεδίδαξαν τὴν προσφάτως αὐτοῖς χρειώδη τοῦ αἵτου ἐνδειαν παραστήσαντες.

Τότε στενάξας ὁ μέγας, καὶ ἐνθους ὡς περ γενόμενος, Ἐγὼ μὲν ἄπειμι, φησὶ, καὶ μεταναστεύω πρὸς τοὺς πατέρας μου. Οἶδα γὰρ ὅτι τοῦτό μοι τὰ νῦν ἀποκρίσεται· ὑμῖν δὲ, ὁ τῷ Ἰσραὴλ πάλαι τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ τὸ ὕδωρ ἐκ πέτρας διαψιλευσάμενος, μετὰ τρίτην ἡμέραν τῆς ἐμῆς ἀπ' ὑμῶν διαλεύξεως, αὐτὸς ὑμῖν τὸν σῖτον εἰς κόρον παράσχηται. Καί... τῷ λόγῳ ὑποσημαῖναι τοῖς ἀδελφοῖς τὰ τοῦ ξύλου κρούσματα παρακλειςάμενος, ὡς τῷ ἱερῷ τῷ μοναχῶν συστήματι [ἱερ. τὸ ἱερὸν σύστημα], ἐπὶ τὸ αἰτὸ συναθροισθὲν ἐθεάσατο, ὡς οἶόν τε, τούτῳ τὰ ἐξόδια προσφθεγξάμενος βήματα, προχειρίζεται μετὰ τῆς τούτων βουλῆς τὸν καθηγῆσόμενον. Κλήμης δὲ ἦν ὁ θαυμάσιος, ὁ φερωνύμως ὡς κλῆμα κατάκαρπον, ἀειθαλεῖς τοὺς τῶν ἀρετῶν ἐπιφερόμενος βότρυας, τὴν τοῦ οἰκονομοῦ τότε βαθμὴν ματερχόμενος.

Αὐτὸς δὲ μικρὸν κατατροχωθεὶς τῷ νοσήματι, ἐκδημος ὄλος καὶ πρὸ τῆς ἐκδημίας τῇ τοῦ νοσίου μεταθέσει τῶν ἐνθεν γενόμενος, ἐξάρας τοὺς πόδας, καὶ σταυρικῶς τὰς χεῖρας τυπώσας τῷ σήματι, τοῖς ἀπάγουσιν αὐτὴν ἁγίοις ἀγγέλοις μετὰ πολλῆς τῆς παρρησίας τὴν ψυχὴν ἐναπέθετο, τῷ ἐβδομηκοστῷ καὶ πέμπτῳ τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνῳ, ἐξακτιχλιοστῷ δὲ τριακισιοστῷ ἐβδομηκοστῷ ἔκτῳ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως, τετάρτῃ τοῦ Περιτίου μηνός, τῆς πρώτης ἰνδικτιῶνος, ὅς ἐστι Φεβρουάριος.

Τὸ δὲ πολῦστικτον αὐτοῦ καὶ πολὺαθλον σκῆνος, μετὰ Ναυκρατίου τοῦ μάκαρος κατετέθη, πρὸς τῷ δεξιῷ μέρει, ἐν τῷ κατ' ἀνατολὰς τοῦ Προδρομικοῦ τεμένους πανενδόξῳ καὶ ἱερῷ τῶν μαρτύρων σηκῷ· ἐνθα δὲ καὶ τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου ἡ πανευκλεῆς καὶ πανσέβαστος τιμὰ θήκη καθίδρυται. Ἀλλὰ τί τὸ ἐντεῦθεν

Ἄρα οὖν μεταβὰς τῶν προφητευθέντων ἐλάττω [ἱσ. ἐλάθετο] ἢ οὐχ ὡς ἐχρῆν τὰς ἐκβάσεις, ἢ τῶν ἐπαγγελιῶν πόρρω τῷ χρονικῷ πεποίηκε διαστήματι; Οὐδαμῶς. Μετὰ γὰρ τρίτην ἡμέραν τῆς αὐτοῦ ἐνδόξου μεταναστεύσεως, πλήρες αἵτου τῶν βασιλικῶν πλοίων ἐκ Βασιλείου τοῦ φιλοχρίστου μέδοντος πέπομφε, καὶ τοὺς τῆς μονῆς σιτώνας ἐπλήρωσεν· ὡς μετὰ πολλῆς τῆς ἐκστάσεως τῷ θάμβει κατα-

Quod si etiam Josephi in Ægypto frumentationem quaeris²⁷, procede modo, majora præ iis visurus quæ interrogasti. Nam quia, juxta quod ait magnus Apostolus, postquam athleticæ palestræ bene certamen certasset, commune tandem naturæ debitum persoluturus, morbo detentus, humili jacebat lecto, filiis jam circum turmatim adstantibus, mortisque exodia tristi luctu plangentibus: quæsiisse ferunt virum beatum, num aliquo necessariorum carerent, mæstam puto ea ratione eorum oppignerans animam. Illi autem nova ac insolita Patris percontatione turbati, eam, quæ nuper acciderat, exposuerunt necessariæ annonæ penuriam.

Tunc vir magnus altum pectore suspirium ducens, ac velut afflatus Numine: *Equidem, inquit, adeo, atque ad meos putres commigro. Hoc enim in præsentiarum mihi repositum scio: vobis autem, is qui olim manna Israeli in deserto, ac aquam de petra abunde suppeditavit, ipse vobis, triduo a mea disjunctione, largum annonæ præbebit comineatum.* Ubi autem dari signum fratribus ligni pulsatione, humili vocis insinuatione jussisset, sacrum jam monachorum cœtum in unum congregatum videns, communi eorum consilio eum eligit, qui in monasterii præfectura successurus esset. Is porro admirabilis ille Clemens fuit; vir plane pro nominis ratione instar fructiferi palmitis, virentes semper virtutum botros ferens; ac tum œconomi officio defungens.

Ille autem plusculum morbo attritus, totus, ante etiam migrationem, mentis ab humanis translatione excedens ac extra factus, extendens pedes, atque in crucis modum manus componens, multa fiducia abducentibus sanctis angelis, deposito animam tradidit, anno vitæ ipsius 75, a mundi autem creatione 6376, die 4, mensis imparis, 1 indict., qui est Februarius.

Porro ejus multis compunctum, plurimaque certaminum gloria inclutum tabernaculum, una cum beato Naucratis depositum est, ad dexteram partem in gloriosissimo ac sacro martyrum sacello, quod a dextris delubri Præcursoris situm est: quo item loco, sancti Patris nostri Theodori præclarissimus ac venerabilissimus honorabilis locus constitutus est. Quid vero inde?

Ergone ubi migrasset oblitus est, quæ prophetaus prædixisset? aut secus atque oportebat, aut termino dilatiori, quam haberet promissio, curavit evenire? Haudquaquam. Post triduum enim gloriosæ ejus migrationis, navim unam e maximis Christi amantis Basilii imperatoris, frumento plenam misit, monasteriique horrea implevit: ut multo stupore percussus beatus Clemens in hæc verba pronun-

²⁷ Gen. xli, 53.

tiaverit : *Ecce, inquit, Patres, communis Pater noster, post triduum, juxta quod promiserat, suæ in nos affectionis debitum implevit, novum nobis suæ apud Deum fiduciæ argumentum præbens.*

Habes quæsitæ solutionem, Josephi in Ægypto observatam liquido annonæ provisionem : quanquam hic miraculum longe miraculo præstet. Cæterum ad prodigium aliud orationem converto. Cum enim vir inclytus Clemens diu satis monasterii præfectum egisset, atque ad Dominum quintadecima die mensis Julii migrasset, jamque Hilarion, congruè omnino nomini morum hilaritate habens, præfecturam gereret; sancti Patris nostri Nicolai discipulus Maurus appellatus, a multis annis, fluxus sanguinis morbo exsugebatur, vi tanta ægritudinis, ut restituendæ sanitatis medicos spes omnis defecisset. Huic tandem præfatus Pater Hilarion, ut in cella, in qua olim Christi famulus Nicolaus inclusus fuisset, decumbens, corporis disjunctionem sustineret, permisit. Dum ergo impensius gaudens in ea demoratur, apparens illi vir sanctus in somnis, in hæc verba compellat : *Humilis Antoni, quis te morbus moleste habet? Ut autem, inquit, morbum explicavi, ejusque vim remediis majorem detexi : Ne, inquit vir magnus, ultra timueris : quippe amodo, nihil morbo hoc molestiæ creante, sanus eris. Tumque ad me ipse rediens, non jam in somnis, sed ipsis coram oculis, ejus e cella exeuntis posteriora aspexi. Quapropter, sanguis quidem fluxio actutum compressa est : multaque odoris fragantia circumquaque cellam pervagata, humile cor meum immenso gaudio replevit. Jam tum anni quadraginta fluxerant, isque nihil molestiæ ab eo patiens morbo, Dei gratia vivebat.*

σασα, τὴν ταπεινὴν μου καρδίαν χαρᾶς ἀφάτου ἐπλήρωσεν. Ἐκτοτε οὖν τεσσαρακοστὸν ἔτος ἦν (38), καὶ προσδιαμείβων ἀπαρενόχλητος ἐγεγόνει

Et hæc hæc hactenus dicta sint : plurima enim silentio omittenda sunt, quo brevitatis regulam servemus; cum et alioqui oratio debilior sit, quam ut miraculorum vim valeat enarrare; hac parte auris ad fidem durioris utilitati prospiciens.

Nos quidem, beate vir, ad ea quæ longi temporis lapsu, silentii profundo obruta remanserant, pro eo desiderio, quo humilis noster animus in te habet, viliosum atque contritum calamus extendentes, tanquam ex rerum abs te præclare gestarum

ἐληθέντα Κλήμεντα τὴν μακάριον ἀποφθέγγασθαι. Ἴδὸν γὰρ, φησὶ, Πατέρας, ὁ κοινὸς ἡμῶν Πατὴρ μετὰ τὴν τρίτην ἡμέραν, ὡς ἐπηγγείλατο, τῆς πρὸς ἡμῶς διαθέσεως τὸ ὄφελλημα ἐκπεπλήρωκε, κοινὸν τῆς πρὸς Θεὸν αὐτοῦ παρρησίας ἡμῖν τὸ θαῦμα ταμειυσάμενος.

Ἐχεις τοῦ ζητουμένου τὴν λύσιν, τὴν ἐν Αἰγύπτῳ τοῦ Ἰωσήφ σιτοδείαν εὐμαρῶς διασώζουσαν, εἰ καὶ δεῦρο πλευνεσθεὶ τὸ θαῦμα τοῦ θαύματος. Ἐπ' ἄλλο δὲ τέρας τῷ λόγῳ τετράφομαι. Κλήμεντος γὰρ τοῦ ἀοιδίμου ἐφ' ἱκανοὺς τοὺς χρόνους τὴν μονὴν κυβερνήσαντος, καὶ πρὸς Κύριον τῆ ἑπτακαίδεκάτῃ τοῦ Ἰουλίου μηνὸς ἐκδημήσαντος, καὶ Ἰλαρίωνος τοῦ κατὰ πάντα τῆ τῶν ἡθῶν ἰλαρότητι οἰκείως ἔχοντος τῷ ὀνόματι, τὴν ἡγεμονίαν ἄρτι κρατύνοντος ὁ τοῦ ὀνόματος Πατρὸς ἡμῶν Νικολάου μαθητῆς Ἀντώνιος τοῦνομα, ὁ τῷ συμβεβηκότι παρωνύμῳ τῆ προσηγορίας Μαῦρος παρά τισιν ἐπονομαζόμενος, ἐν πολλοῖς ἔτεσι τῆ τῆς αἱμορροίας νόσῳ ἐκπιεζόμενος, τῆ φορᾶ τοῦ νοσήματος τὴν παρὰ τῶν ἰατρῶν ἀπόγνωσιν κομισάμενος, ἐπετράπη λοιπὸν ὑπὸ τοῦ προρόρηθέντος Πατρὸς Ἰλαρίωνος, πρὸς τῆ κέλλη ἐν ἣ πρώην ὁ τοῦ Χριστοῦ θεράπων καθείρχτο Νικόλαος, ἐπανακλιθέντα τὴν τοῦ σώματος ὑποῖσαι διάζευξιν ἐν ἣ μετὰ πολλῆς τῆς χαρᾶς τὴν οἴκησιν ποιησαμένου, φαίνεται κατ' ὕπνου ὁ ἅγιος οὕτως ὡς αὐτῷ προσφθεγγόμενος : *Ταπεινὲ Ἀντώνιε, τί τὸ παρενοχλοῦν σοι ἀβρώστημι;—Ὡς δὲ τὸ πάθος ἀπήγγειλα, φησὶ, καὶ τούτου τὸ ἀνίατον οὐκ ἀπέκρινθα. Μηκέτι φοβοῦ, φησὶν ὁ μέγας ἔση γὰρ ὄντης ἀπὸ τῆς δεῦρο, τῷ τοιούτῳ νοσήματι μὴ παρενοχλούμενος. Καὶ εἰς ἑαυτὸν γεγονῶς, οὐκέτι κατ' ὕπνου, ὀφθαλμοφανῶς δὲ τούτου τεθεᾶμαι τὰ ὀπίσθι τῆς κέλλης ὑπεξερχομένου. Ὅθεν ἡ μὲν φύσις εὐθὺς τοῦ αἵματος ἀνεστέλλετο ἑὸς δὲ πολλὴ τὴν κέλλαν περιστοιχίσθη.*

Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Παραλειπτέον γὰρ τὰ πολλὰ τῷ τῆς βραχυλογίας νόμῳ ὑπέλκοντας ἔπει καὶ ὁ λόγος, δι' ἀσθενείας, τῶν θαυμάτων τὸ τθένος ἀδρανεὶ διηγῆσασθαι, τῆς ἀπιστουμένης ἀκοῆς ἐν ταυτῷ τὸ χρήσιμον κατεγγυῖζόμενος.

Ἡμεῖς μὲν οὖν, ὦ μακάριε, τὰ ἐν μακρῷ τῷ χρόνῳ, τῆς σιωπῆς τῷ βυθῷ καλυπτόμενα, πόθῳ πολλῷ τῆς ταπεινῆς ἡμῶν διανοίας τὸν ἐμπαθῆ καὶ συντετριμμένον κάλαμον παρεκτείναντες, ὡς ἐκ πελάγους τῶν σῶν κατορθωμάτων, μικρὸν

FRANC. COMBEFISH NOTÆ.

(38) Indicat auctor se fere supparem Nicolao, sub cujus exsuccessore miraculum, istud contigerit, a quo deinceps ad hanc scriptionem fluxissent anni 40. Consentiant reliqua, tum quæ de Creta necdum imperio Rom. restituta in superioribus dixit, tum quæ tandem in calce perorat, tristem id temporis Ecclesiæ statum, ab hostium infestatione perstringens, quando ædes sacræ ab illis cremabantur, terra Christianorum sanguine mædebat, qua Saracenis, qua Bulgaris imperium Orientalis populantibus : qua de re nonnulla Baronius

sub Constantantino VIII ex Curopal. auctorque Vitæ S. Lucæ junioris quiescentis in Hellade, qui et ipse θαυματουργὸς appellatus, ac notissimæ sanctitatis, eo claruit tempore. Sunt certe ea Acta valde illustria, nec ecclesiasticæ historiæ eorum temporum inutilia; tametsi Baronius ipsum quoque nomen viri tanti, ac Lucæ junioris ignoret. Sunt illa proluxiora, quam ut commodum videatur integra exscribere et dare. (*Excerpta dedit Combefisius quæ locum suum apud nos obtinebunt.*)

τι μνήμης ἐμπόρευμα, ἢ καὶ ὀψώνιον εὐτελές, τοῦ-
 τόν σου τῆ πανευκλῆει καὶ ἀγία μνήμη ἀναγαγόντες
 τὸν λόγον, ἀνεθέμεθα. Αὐτὸς δὲ ἀνωθεν ἡμᾶς ἐπ-
 οπτεύεις Πλωῆς, καὶ τὸν παρεπόμενον τῆς σαρκὸς
 ἡμῶν πόλεμον κατευμαρίζεις ἐκάστοτε, καὶ διεξ-
 ἄγοις αἰσίως τῆς ταλαιπώρου ζωῆς ἡμῶν τὴν οὐθέ-
 νειαν, ὅτι πολλὰ τὰ παρ' ἐλπίδα ταύτης συμπτώ-
 ματα, καὶ κυβερνήσαις πόρρω τῆς πονηρᾶς τῶν
 παθῶν καταιγίδος, τὴν τοῦ νοῦς εἰρεσίαν διεξαγώ-
 μνος, καὶ βραβεύσαις εἰρήνην τῆς Ἐκκλησίας τῷ
 συστῆματι: ὄρῃς γὰρ ὄσην, καὶ ὡς καλύπτουσιν
 ἀμεταστρεπτοὶ τῆς ἡμέρας τὴν ὄργην ἐπιδείκνυται·
 καὶ καταβάλοις ἔθνῶν ἀτιθάστων θρασεῖαν ὄρμην
 καὶ ἀλλόκοτον φρόνημα. Ἴδε γὰρ οἷα νῦν τὰ τολ-
 μώμενα. Ἐκκλησίαι κατεμπιπρῶνται, καὶ γῆ Χρι-
 στιανῶν τοῖς αἵμασι ἐπένδεται· καὶ πείσαις ταῖς
 πρεσβείαις, ἢ πρὸς τὴν ἀρχαίαν διὰ τῆς πίστεως
 ἐπανελθεῖν τῆς δόξης εὐγένειαν, ἢ παμπληθεῖ κρο-
 τὰρ[ίζε]σθαι, ὡς ἔθνη πόλεμον θέλοντα. Καὶ μὴν καὶ
 παράσχοις ἀγαθαῖς ἐλπίσαι ταῖς πρὸς τὸ θεῖον ἡμᾶς
 πρακτικῶς ἐναδρύνεσθαι, δοξάζοντας Πατέρα, Υἱόν,
 καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τὴν ἀμερῆ οὐσίαν τε καὶ θεότητα,
 νῦν καὶ δεῖ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων.
 Ἀμήν.

Δ pelago, exiguum hoc memoriae fomentum, seu
 etiam vile obsonium, sermonem hunc inclytæ ac
 sanctæ memoriæ tuæ offerentes, dedicavimus. Tu
 vero nos propitius e cœlis intuere, quodque jugiter
 comes adest carnis bellum, quotidie alleves, miseræ-
 que vitæ nostræ exiguitatem prospere dirigas,
 quam multi casus inexpectato excipiant, ac pro-
 cul a sæva perturbationum procella, animi navim
 gubernes ac regas, pacemque Ecclesiæ cœtui a Deo
 obtineas. Vides enim quantam quamque immobi-
 liter diem obtegentem, iram exhibeat: destruasque
 gentium indomitaram audacem impetum, ac animi
 insolentis superbiam. Vide enim qualia nunc præ-
 sumantur. Ecclesiæ incenduntur, ac terra Chri-
 stianorum madet sanguine: suadeasque tuis inter-
 cessionibus, ut vel fide recta ad antiquam revertantur
 gloriæ ingenuitatem, vel penitus collidantur, tan-
 quam gentes quæ bella volunt. Ita, quæso, præ-
 stesque, ut bona in Deum spe moribus rite compo-
 sitis gloriemur, gloriam submittentem Patri, Filio,
 ac Spiritui sancto, individue uni substantiæ ac
 deitati, nunc et semper, et in sæcula sæculorum.
 Amen.

ANNO DOMINI DCCCXCIII

S. JOSEPHUS HYMNOGRAPHUS

NOTITIA

(Ex *Abt. Monasterii Bibliotheca Sicula, Panormi 1708, tom. I, p. 381.*)

Josephus hymnographus, ita ab hymnorum multitudine, quos decantavit, appellatus, lucis usuram Sy-
 racusis accepit, natus ex Plotino et Agatha parentibus virtute claris. Ab infantia morum maturitate, vir-
 tute ac pietate, futuræ sanctimoniam specimen dedit. Sacris addictus litteris mirum in modum profecit,
 et non obscura cœlestis sapientiæ ac divinæ eloquentiæ splendorum edidit, quos præclariores virtutum
 incrementis effecit, sed florente adhuc ætate cum Agareni Syracusas occupassent, ut Barbarorum furo-
 rem declinaret, in Peloponesum decessit, ubi, relictis genitoribus, ut Deo liberius vacaret, Thessalonicam
 petiit, ibique monasticum D. Basilii institutum amplexus est in cœnobio Latoeni dicto. Eo animi fervore
 regularem disciplinam aggressus est, ut breviter perfectionis exemplum sese omnibus exhibuerit; humi-
 litatis enim, obedientiæ, solitudinis ac silentii studio incubuit: austeritate, contemplatione, charitate,
 aliisque virtutibus ornatus ita refulsit, ut omnibus admirationi esset. Ex assidua sacrarum litterarum
 sanctorumque Patrum lectione, virtutum fomenta eliciebat, cœlitesque primarios nedum imitari cona-
 latur, verum etiam et hymnis aliisque ingenii monumentis extollere curabat. Hinc in sui amorem ac ve-
 nerationem omnes trahebat; dulcius autem cum sacrarum litterarum arcana magna suavitate expen-
 deret. Sæpius cœlesti sapientiæ imbutus concionabatur, et ad virtutes amplectendas auditorum animos
 excitabat: profuebat enim ex ore egregii viri mellitæ eloquentiæ flumen, quo omnium corda dulciter
 alliciebat. Ob egregiam vitæ sanctimoniam dignus existimatus qui sacerdotio initiaretur, licet humilitatis
 vires obsisterent, precibus et obedientiæ cœssit; ideoque hac dignitate insignitus ferventius virtutum stu-
 dio incubuit. Duriores pœnitentiæ leges amplexus est, orationem protrahere diutius curavit, et ad san-
 ctimoniam fastigium omnibus animi nervis properare contendit. Cum autem Thessalonicam pervenisset,
 S. Gregorius Decapolita, qui sanctitatis ac miraculorum gloria florebat, Josephi sanctimoniam numeris
 omnibus absolutam, demiratus, cum illo arctissimam familiaritatem contraxit; adeo ut ab eo distrahi

haud pateretur : hinc discedere coactus ad gravissimas res Constantinopoli pertractandas, cœnobii moderatorem enixe rogavit, ut Josephum itineris socium adjungeret, et tandem obtinuit.

Constantinopolim appulsus Josephus, Gregorium continuo intuens, omnem vitæ suæ rationem in se fideliter transferre curabat, ac vitam potius angelicam quam humanam traducebat. Cum autem Leo (non Isauricus, ut habet Vita S. Josephi apud Octavium Caetanum, tom. II *Sanctor. Siculor.* p. 46, sed Armenus, ut juxta temporis epochas recte advertunt Godefridus Henschenius et Daniel Papebrochius in *Actis SS.* 3 Aprilis, in comment. prævio ad Vitam S. Josephi, § 1, p. 266, et in annotat. p. 273) immanissimus Constantinopolitanus imperator, vesana rabie in sacras imagines earumque cultores sæviret, S. Gregorius, imperatoris furori se opponens, publice catholicam fidem propugnavit : hinc nonnulli viri religiosi ad Gregorium, tanquam ad fidei athletam confugientes, sæpius institerunt, ut Romam ad summum Pontificem S. Josephum mitteret, cui Ecclesiæ calamitates ac flideliū pericula exponeret, ideoque noster Josephus Gregorii jussu Romam velificavit : at in itinere a piratis aggressus, captivus in Cretam insulam adductus est, ubi in vincula conjectus, obscuro carceri mancipatur. Sed inter catenas gestiens, sociorum languores mellita eloquentiæ vi emolliebat, ac in fidei constantia confirmabat. Episcopum animi infirmitate laborantem, qui ut se a laboribus eriperet ad imaginum contemptum jam propendebat, ita roboravit, ut pro Christi fide ac imaginum cultu sanguinem profundere paratum reddiderit. Innumeros e diaboli laqueis solvit, ac in fide fluctuantes firmavit, quorum nonnulli martyrii palmam assecuti sunt. Dum autem ita fructuose vitam, etsi catenis vinctus, traducebat, in natalitii Dominici nocte, spiritualibus canticis producta usque ad galli cantum, D. Nicolaus Myrensis sese spectabilem fecit, ac Josepho nuntiavit, iconomachum imperatorem jam defunctum ; se autem Constantinopolim regredi opus esse, ut cœlesti sapientia Christi fideles confirmaret : inde libelli folium in os ejus immisit, in quo hæc legebantur verba : « Accelera tanquam misericors, et festina tanquam miserator in adiutorium nostrum, potes enim si vis. » Hæc cum suavissime decantasset, se cœlesti dulcedine perfusum sensit, ac compedibus solutum, et per aerem raptum ; statim a D. Nicolao Constantinopolim translatus est. Cum ibi Gregorium jam defunctum deplorasset, in ecclesiam S. Joannis Chrysostomi secessit, ubi populos ad ecclesiam confluentes cœlesti sapientia erudit, et ad omnium commodum cœnobium extruxit, quod statim numerosus religiosorum cœtus explevit. Accepta autem ex dono S. Bartholomæi reliquia, ad ejus cultum ecclesiam excitavit, ibique pluries S. apostolus spectabilem Josepho dormienti se exhibuit, eique abdita nonnulla mysteria, ac difficillima sacrarum litterarum loca explanavit ; cœlestibus benedictionibus et charismatibus cumulavit, ut terrarum orbem cantionum suavitate demulceret, Josephum superna benedictione beavit, et in ejus linguam supernæ sapientiæ latices largiter influit. Ex tunc carmina panxit uberrime eo nectare referta, leporibusque concinnata, ut auditorum ac legentium animos mira dulcedine perfundant, et quocumque velint facillime flectant : adeo ut ex iisdem cœlicolarum cantorum melos effluere ad animarum solatium putet. Hinc merito ejus hymni ab Ecclesia Græca in sacris divinæ psalmodiæ locis translati, ad cœlitum laudem decantantur. Multos in hæresim lapsos ad catholicam fidem revocavit, multosque a sæculi illecebris ereptos, monasticæ vitæ addixit.

At dum in his sedulus insudabat, inclyti viri labores exturbavit Theophilus imperator (non Constantinus Copronymus, ut ex citata Henschenii et Papebrochii correctione) qui et ipse sacris imaginibus infensus, Josephum evangelica libertate concionantem, in exilium ejicit, in quo forti animo exilii æcumnas perpessus est, usquedum a Michaelē imperatore Constantinopolim revocatur. Inde spreis dignitatibus ultro sibi oblatis, ecclesiasticæ suppellectilis custodiam accepit, ut Iguatio Patriarchæ obtemperaret : hic enim Josephi sanctimoniam doctrinamque perpendens, in pertractandis Ecclesiæ negotiis ipsum adhibere cupiebat, quod ex collato munere obtinuit : ideoque in rebus difficillimis sæpius Josephum consulcbat, et ab ejus ore dulciter pendebat. Acceptissimus etiam Photio successori fuit, qui Josephum ea prosequabatur æstimatione, ut ipsum appellaret Patrem Patrum, et hominem Dei : tanquam angelum venerabatur, cui et Ecclesiæ negotia demandabat, omnesque Ecclesiæ primates hortabatur, ut eundem veluti sanctissimum Patrem recolerent, et ipsi mentis arcana detegerent ; quod libentius perpetrabant : prophetica enim luce perfusum experti sunt, quo cordium penetralia rimabat : Josephus autem omnes ad rectam Domini viam dirigebat. Tandem undique celeberrimus virtutibus, ac sanctimonia clarissimus, ab angelo commonitus est, sibi instare mortis diem ; ideoque omnibus rejectis curis, ad ipsam ferventius se paravit, ac tandem ad cœlum evolavit, in quo Deipara cœlitesque omnes, quorum elogia decantaverat, summo honore exceperunt, 3 Aprilis anno 883.

Si plura tanti viri cupis, consule ejus Vitam a Joanne Diacono scriptam, apud Octavium Caetanum, in *Vitis SS. Siculorum*, tom. II, p. 43, ab eo primum sub anonymi scriptoris nomine editam, ex ms. codice Græco monasterii S. Salvatoris Messanæ, ab Augustino Florito soc. jesu Latinitate donatam ; exinde sub Joannis Diaconi nomine eandem in lucem emicere Henschenius et Papebrochius, in *Actis SS.* 3 Aprilis, p. 269 ; (hietiam Vitam s. Josephi ex Synaxariis mss. edidit p. 266 ;) eandem etiam ex perantiquo codice Bibliothecæ Vaticanæ in Latinum translatam a Ludovico Marraccio e congregatione Cleric. regul. Matris Dei, edidit Hippolytus Marraccius frater, ejusdem Congregationis sacerdos in *Mariali* ipsius S. Josephi, qui et ea quæ in Græcorum Menæis ac Menologiis de Josepho habentur, lectoribus exhibuit. De eodem etiam Josephus Perdicarus, in *Vitis SS. Siculorum*, p. 282 ; Hieronymus Baseape *Ephemerid. Sacr.* 3 Aprilis

lis a pag. 31; Simon Wagnereckius in *Prolegomenis ad Pietatem Marianam Græcorum*, n. 22; qui duos distinguit Josephos hymnographos, quorum unus, S. Theodori Studitæ frater, episcopus Thessalonicensis, alter noster Siculus; et huic ascribendos putat canones qui in Græcorum Menæis nudum Josephi nomen præferunt; ejusque sententiæ adhærent Henschenius et Papebrochius, in *comin. prævio ad Vitam* § 2, n. 10 et 11. Vide etiam Jacobum Goar in *Glossario ad Rituale Græcorum*, Marraccium citatum in *Biblioth. Mariana*, part. 1. p. 822, Joannem Nadasî in *Anno cælesti* 3 aprilis; Leonem Allatium *De libris ecclesiasticis Græcorum* diss. 1; Franciscum carreram in *Panth. Siculo* p. 75., Rocchum Pirrum in *notit. Eccles. Syracusanæ*, p. 139; Thomam Strotium in *Controversia Concepti*. part. 1, lib. II, cap. 19, p. 163, et cap. 20. p. 165; Michaellem Angelum Mancharusum in *Kalendario Syracusano*; Caetanum citatum in *Isagog. ad hist. Sicul.* c. 36, n. 24, 25, aliosque.

Scrpsit Josephus :

Hymnos innumeros, ex quibus *Hymnographi* nomen accepit. In ecclesiasticis Græcorum libris CCCV hymnos (quos etiam canones vocant) per dies dispositos, ac per anni ambitum ab Ecclesia Græca decantari solitos contineri testatur Caetanus cit. in *animadv. Tom. II SS. Siculo*. p. 18, n. 20, et Perdicarus loc. cit. p. 294, nempe :

Canones XCVI in Paracletico. Liber est Græcorum, qui quotidie aliquod recitandum in choro exhibet ad aliorum librorum differentiam, quibus statutis temporibus utuntur, ex Leone Allatio *De libris Græcorum*, dissert. 1, p. 68.

Canones' XXXV in Triodio. Liber hic recitanda in choro a Septuagesima usque ad Sabbatum Majoris Hebdomadæ complectitur, ex Allatio cit. dissert. 1, p. 69; et Marraccius in *Mariali XXXVI* a p. 301 ad 322, ex eodem libro exhibet.

Canones V in Pentecostario. Liber est Græcorum qui recitanda in choro a Pascha usque ad octavam Pentecostes continet, ex Allatio cit. p. 77 et 78.

Canonem I in Horologio, quod idem est ac Latine diurnum, ex eodem Allatio cit.

Canones CLAVIII in Menæis. Codices sunt duodecim, juxta duodecim anni menses distincti, in quibus quotidie decantanda horis canonicis ad Dei, Deiparæ ac sanctorum laudem continentur, ex Allatio cit. p. 78. Sed haud prætermittendum puto ex eodem p. 81, S. Josephi hymnos, omnibus aliorum Græcorum, qui in ipsis Menæis comperiuntur, anteponendos. Imo ejus Vitæ scriptores tradunt, poetas scriptoresque omnes post ipsum florentes, quæ venustatis et concinnitatis habent, omnia ex Josephi hymnis, tanquam ex cœlesti aurifodina eruisse. Ex his omnibus libris, aliisque mss. codicibus celeberrimus vir, et Deiparæ cultor inclytus Hippolytus Marraccius Lucensis hymnos collegit omnes Græcos, quos S. Josephus in Deiparæ laudem cecinit, et Latinitate donatos fere omnes a Ludovico Marraccio ejus fratre, edidit, notisque illustravit hoc apposito titulo : *S. Josephi hymnographi, Siculi, Syracusani, Ordinis D. Basilii monachi, Mariale, quo ejusdem S. Josephi de augustissima cœli terræque Regina Deipara virgine Maria, opera omnia quæ reperiri potuerunt, ex Græcis mss. codicibus collecta, Latine reddita, notisque illustrata, nunc primo publicantur, studio ac labore P. Hippolyti Marraccii, Lucensis, e congregatione cler. regul. Matris Dei, Romæ, typis Ignatii de Lazaris, 1661, in 8.* Addit et ipse Marraccius, in notis p. 423, hymnos multos reperiri in mss. codicibus bibliothecæ Barberinæ, qui in editis Græcorum Menæis desiderantur; et pag. 488 et 494 ait, quod in Triodio ms. Græco ejusdem biblioth. n. 118, hymni exstant nonnulli, qui in impresso Triodio non reperiuntur. Apud Octavium Caetanum in *Vitis SS. Siculo*, hæc in Latinum versa ab Augustino Florito soc. Jesu habentur, nempe :

Antiquæ odes fragmentum in S. Marcianum episcopum Syracusanum. Tom. 1, p. 7.

In S. pontificem Paneratum hymnus, ib. p. 15.

In S. Niconem martyrem hymnus, ibid. p. 45.

In S. Euplium hymnus, ibid. p. 110.

Hymnus secundus in S. Euplium, ibid. p. 112.

Hymnus in S. Fantinum ex ms. Græco codice monasterii S. Philippi Fragalatis, ibid. p. 161.

In S. Gregorium Agrigentinum episcopum hymnus. Ibid. p. 218.

In S. Leonem episcopum Catanensem, hymnus tom. II, p. 26.

Denique apud Laurentium Surium in *Vitis SS.* 24 Augusti p. 254, et Aloysium Lipomanum in *Vitis SS.* 24 Augusti p. 891, ex Simone Metaphraste exstat sermo inscriptus : *Josephi humilis et minimi laudatio in sanctum apostolum Bartholomæum*. Hunc nostri Josephi fetum putant Octavius Caetanus in *animadv.* ad tom. I. *SS. Sicul.* p. 134, n. 6; et in *animadv.* ad tom. II, p. 18; Josephus Perdicarus in *Vitis SS. Siculo*. p. 294; Henschenius et Papebrochius in *annotat. ad Vit. S. Josephi* p. 274. Hi vero in *comment. prævio ad eandem Vitam*, § 2, n. 11, ex Allatio in *dissert. de Græc. libris* p. 11, Josephi nostri putant.

Canones de S. Nicolao, servantur Græce mss. Romæ in bibliotheca Barberina.

S. JOSEPHI HYMNOGRAPHI

VITA

AUCTORE JOANNE DIACONO CP.

(Acta Sanctorum Bolland., Aprilis, tom. I.)

GODEFRIDI HENSCHENII COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. *Cultus sacer ex Synaxariis mss. Legationis Romanæ, et exilii tempora.*

1. Sanctum Josephum, a sacris hymnis sive canonibus conscribendis, Menæa excusa et plurima mss. Synaxaria, Claromontanum, Chiffletianum, Mazarinianum, aliaque, τὸν Ὑμνογράφον· duo autem in monasterio Cryptæ-Ferratæ conservatæ, τὸν Ποιητὴν τῶν κανόνων appellant, eique elogium texunt, alia brevius, longius alia; vix ulla absque mendis, librorum oscitantia aspersis. Solum Synaxarium, quod primo loco hic nominavimus, Claromontanum, quia ex Claromontani nostri Parisiis collegii bibliotheca commodatum, majori ex parte sincerum est: quod proinde præ ceteris dignum duximus huic prolusioni inserere, ita expeditiorem cursum habituri ad ea, quæ circa hujus Sancti ætatem moventur dubia; non aliud habentia fundamentum, quam quod audacior aliquis Vitam ab auctore pene cœvo scriptam præsumpserit ex suo ingenio interpolare unius vocis additamento; et Leonem Iconomachum legens, addero τὸν ἐκ τῆς Ἰσαυρίας, non satis attendo quod integro sæculo Leonis Isaurici imperium distet a temporibus Ignatii Photique patriarcharum, sub quibus scevophylacis munus in Ecclesia Constantinopolitana gessisse Josephum, in progressu Vitæ debuerat observasse. Similem prorsus errorem 23 Maii circa S. Michaelis Synaxarum episcopum irrepsisse in Menologium Græcorum notavimus 5 Januarii ad Vitam sancti Gregorii Aritensis, pag. 290. Elogium porro sancti Josephi præcitatum tale est:

Οὗτος ὑπῆρχεν ἐκ τῆς Σικελῶν ἐπαρχίας, γεννητόρων Πλουτίνου καὶ Ἀγάθης. Πορθηθείσης δὲ τῆς πατρίδος, σὺν μητρὶ καὶ ἀδελφοῖς διαφυλαχθεὶς, ἤλθεν εἰς Πελοπόννησον. Ἐκεῖθεν ἀπάρας ἤλθεν εἰς Θεσσαλονίκην. Πέντε καὶ δέκατον ἔτος ἄγων, ἀποκείρεται ἐν τινι μοναστηρίῳ, καὶ ἦν διερχόμενος πᾶσαν τὴν θείαν Γραφήν· ὄθεν καὶ τὴν τοῦ πρεσβυτέρου χειροτονίαν δέχεται, καὶ μετὰ Γρηγορίου τοῦ δεκαπολίτου τῇ Κωνσταντινουπόλει καταλαμβάνει. Ἐπεὶ δὲ ἡ τῶν εἰκονομάχων ἀρεσις αὐθις ἀνεφάνη, Λέοντος τοῦ δυσσεβοῦς Ἀρμενίου [βασιλεύοντος], παρεκάλεσαν τὸν ἅγιον Γρηγόριον οἱ ὀρθόδοξοι,

Ἀστεῖλαι εἰς Ῥώμην τὸν Ἰωσήφ, μηνύσοντα τοῖς ἐκεῖσε τὸ συμβάν. Καὶ ὁ μὲν ἐξέπλει· πλοῖα δὲ ἐπιστάντα βαρβαρικά δεσμώτην εἰς Κρήτην ἀπήγαγον. Ἐν μιᾷ δὲ τῶν νυκτῶν ἐπιστὰς αὐτῷ τις ἱεροπραπῆς τὴν ιδέα, Ἐκ Μύριον ἐνταῦθα πάρειμι, ἔφη· καὶ βιβλίον κρατῶν, διεκελεύετο λαβεῖν. Ὁ δὲ λαβὼν, ἀνεγίνωσκε καὶ ἔψαλλε· Τάχυνον, ὁ οἰκτίρμων, καὶ σπεῦσον ὡς ἐλεήμων εἰς τὴν βοήθειαν ἡμῶν, ὅτι δύνασαι βουλόμενος. Καὶ τὸ ᾄδόμενον, ἔργον πρώτως ἐγένετο. Τότε γὰρ τοῦ τῆς σίρσεως προμάχου Θεοφίλου ἐξ ἡμῶν γενομένου, ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία τῶν σεπτῶν εἰκονισμάτων ἀπέιληρε τὴν εὐπρέπειαν· καὶ ὁ τίμιος Ἰωσήφ, ἐλευθερωθεὶς τῆς εἰρκτῆς πρὸς τὴν Κωνσταντινουπόλιν διεσώζετο. Ἐν δὲ τοῖς ὄροις τῆς Θεσσαλονίκης γενόμενος, λείψανον εὐρῶν τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἀνδρείου [ἐν ἄλλοις Συναξαριοῖς λέγεται, τοῦ Βερθολομαίου λείψανον], ἔλαβεν, καὶ ναὸν ἐπ' ὀνόματι τούτου ἐδομήσατο· καὶ ἐν φροντίδι πλείονι καθεστήκει, μελωδήμασι τὰς αὐτοῦ πανηγύρεις κατακοσμήσας, σὺν δάκρυσι καὶ στεναγμοῖς ἡξίου τοῦ ποθουμένου τυχεῖν· τοιγαροῦν καὶ ἐπέτυχεν. Ὅρᾳ γὰρ νύκτωρ ἀνδρα τινὰ φυδερόν, ἐν ἀποστολικῷ τῷ σχήματι, ἀπὸ τῆς ἱερᾶς τραπέζης εὐαγγέλιον ἀράμενον, καὶ τοῖς στέρνεις αὐτοῦ ἐπιθέντα, καὶ εὐλογίας αὐτὸν ἀξιῶντα. Καὶ ἐκ τότε ἔλαβε τὸ χάρισμα τῆς ὑμνωδίας· καὶ οὕτως ἀπόνως καὶ μετ' εὐκολίας τὰς ἱερὰς ὑμνωδίας δι' ἅπασαν τὴν Ἐκκλησίαν ἐφύτισεν ἐν ὕμνοις· ἐντεῦθεν τοῖς ἀπάντων στόμασι ᾄδεται, καὶ πᾶσι πνευματικῶς καὶ ἐπέρτατος, οὐ μόνον ἰδιώταις καὶ ἀρχουσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς βασιλεῦσι γίνεται.

Καὶ πολλὰ ἐπὶ τῆς ὀρθοδόξου περὶ τῶν εἰκόνων πίστεως ἀγωνιζόμενος ἐξωρίσθη εἰς Χερσῶνα, παρὰ τοῦ δυσσεβοῦς Ἀρμενίου [ἱμιο Θεοφίλου], ὑπὸ Βάρδα τουνομα καταδικασθεὶς, καλῶς γε τοῦτον διελεγχόμενος. Καὶ μετὰ τὴν τελευταίαν αὐτοῦ ἀναρρυσθεὶς ἐκ Χερσῶνος, παρὰ τῆς βασιλίδος Θεοδώρας, τῆς πιστάτης τὴν ὀρθοδοξίαν, καὶ τῶν ἱερῶν σκευῶν τῆς τοῦ Θεοῦ Μεγάλης ἐκκλησίας φύλαξ γενόμενος, Ἰγνατίου πατριαρχόντος τοῦ θείου. Οὗ μετὰ τὴν ἐκδημίαν, παρὰ Φωτίου στέργεται καὶ ἐκθειάζεται· οὗτος γὰρ μετὰ τοῦτον πατριάρχης ἀναδείκνυται. Ἐν τούτοις καλῶς διαρκέσας, καὶ ὁσίως καὶ ὀκνάως

πολιτευσάμενος ἀνεπαύσατο ἐν Κυρίῳ · λέγεται γάρ, ὅτι ἡ ἀγία αὐτοῦ ψυχὴ, ὀψικευομένη παρὰ τῶν ἀγίων μαρτύρων καὶ ἀγγέλων, ἀνῆλθεν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἄνθρωπός τις, ἔχων δοῦλον χρησίμον, ἐπέπερ ὁ δοῦλος ἐφυγεν, ἀπελθὼν ὁ κύριος αὐτοῦ εἰς τὸν Ἅγιον Θεόδωρον τὸν Φανερωτὴν, παρεκάλει αὐτὸν φανερωσάτω τὸν δοῦλον αὐτοῦ · προσμείνας δὲ ἰκανῶς καὶ μηδὲν μαθὼν, ἐβουλεύετο ἀναχωρῆσαι. Ὁρθρου δὲ ὄντος, καὶ λόγου ψυχωφελοῦς ἀναγιγνωσκόμενου, μικρὸν ἀφύπνωσε, καὶ ὄρα τὸν μάρτυρα λέγοντα αὐτῷ · Ἴνα τί περίλυπος εἶ; Τοῦ ποιητοῦ Ἰωσήφ κοιμηθέντος ταύτῃ τῇ νυκτὶ, ὀψικεύθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ παρὰ πάντων ἡμῶν, οὗς κανόνισιν καὶ ὕμνοις ἐτίμησεν καὶ ἐσυνοψίσθη εἰς Θεόν · καὶ νῦν πάρεμι πρὸς σέ. Τοῦ λοιποῦ τοίνυν δηλώσει · Ἀπελθε κατὰ τόνδε τὸν τόπον, τοῦνομα προσειπῶν, καὶ εὕρησεις, ὃν ἐπιζητεῖς οἰκέτην σου.

2. « S. P. N. Joseph Hymnographus ex Sicilia provincia erat, parentibus Plutino atque Agatha : in depopulatione autem suæ patriæ cum matre fratribusque servatus, in Peloponnesum abiit, indeque se transtulit Thessalonicam; et decimum quintum agens ætatis annum, attonsus est in monasterio quodam : ubi totam sacram Scripturam tanto cum profectu decurrit, ut presbyter meruerit ordinari, et cum Decapoliita Gregorio Constantinopolim transit. Postquam autem sub Leone Armeno denuo resuscitata Iconomachorum hæresis extulisset caput, deprecati sunt sanctum Gregorium orthodoxi, ut Romam destinaret Josephum, fidelibus ibi degentibus nuntiaturum, quid accidisset. Navigavit igitur eo; sed a barbarorum navigiis interceptus, abductus in Cretam captivus est. Una autem noctium astans eidem quidam, speciem pontificalem præferens : Ex Myra, inquit, huc adveni; et librum sumens, jussit eum accipere. Accipit Joseph, legitque hæc verba : Accelera, misericors, et festina, miserator, in adiutorium nostrum : potes enim, si vis. Quod autem tunc decantavit, opere ipso completum vidit; quando Theophilo e vivis sublato, sancta Ecclesia sacrarum imaginum recepit ornatum. Interim divinus Joseph liberatus e carcere, Constantinopolim salvus perductus est.

3. « Invenerat, cum adhuc esset in sinibus Thessalonicæ, sancti apostoli Bartholomæi reliquiam. Hanc igitur accipiens, sub illius nomine ædificavit sacellum; cœpitque multa cum sollicitudine versare animo, quomodo festivitatem ejus sacris canticis componendis ornaret; cum lacrymis atque singultibus supplicans, ut hujus desiderii sui compos effecti mereretur. Et vero compos ejus effectus est. Noctu enim virum quemdam reverendum conspicatus est ad latus epistolæ, qui videbatur sacra e mensa Evangelium tollere, ipsumque Josephi imponens pectori, sua cum benedictione impertiri. Ex tunc autem gratiam componendorum hymnorum et facultatem habuit tam expeditam, ut quidam existimarent, eum melodias sacras non proferre ex seipso, sed aliunde acceptas et memoriæ commen-

A *datas pronuntiare, et præbere postulantibus. Itaque Ecclesiam universam suis illustravit hymnis, circipitque omnium ore celebrari, et cunctis haberi amabilis. non tantum idiotis, sed etiam principibus et imperatoribus ipsis.*

4. « Multum quoque orthodoxæ fidei causa decertans, in Chersonem est relegatus ab impio Armeno, eo quem Bardam vocabant condemnante, quod illum generose redarguisset. Post cujus mortem e Chersone liberatus est ab egregia illa imperatrice Theodora, quæ orthodoxiam celebravit; et sacrorum vasorum Magnæ Dei ecclesiæ custos effectus est, divino Ignatio sedem patriarchalem obtinente. Post hujus porro ex hac vita discessum, Photio quoque (hic enim post Ignatium patriarcha est declaratus) in amoribus fuit æstimationeque maxima. Inter hæc longum vitæ spatium laudabiliter implens, sancteque et innocenter suo versatus in munere, obdormivit in Domino. Dicitur autem, quod sancta illius anima, deducuntibus sanctis martyribus angelisque, evecta in cælum sit. Etenim homo quidam, servum utilem habens, cum hic se fugam proripuisse, abiit ad sanctum Theodorum, Phanerotem vulgo nuncupatum, rogaturus ut suum sibi servum revelaret. Exacto autem ibidem spatio non modico temporis, cum nihil didicisset de fugitivo, recedere voluit; recessissetque, nisi orto jam die detentus spirituali qui flebat sermone, obdormisset tantisper. Atque ecce martyrem videt, et hæc ad se dicentem audit : Utquid mœstus es? Poeta Josepho hac nocte moriente, anima ejus ab omnibus nobis quos suis canonibus hymnisque honoravit, deducta est et ante Dei conspectum constituta. Nunc autem præsto sum, ostensurus deinceps, quod voles. Vade ad locum illum (et locum nominavit), ibi famulum tuum, quem requiris, invenies. »

5. Hactenus Synaxarium prædictum, recte et ordine omnia, nisi quod ad auctores indicti in Chersonem exilii pertinet, adeoque et ipsius exilii tempus. Etenim quamvis Leo Armenus, suæ adversus monachos orthodoxos sævitæ ministrum facemque habuisse legatur Bardam quemdam, affinem suum; hic tamen nullam potuit partem sibi vindicasse in vexando Josepho : cum is sub ipsum initium persecutionis, anno 2 Leonis, suscitata, Romam legatus sit, et usque ad annum 820 manserit captivus in Creta. Theophilus igitur, impius passim ab auctoribus dictus, ob iconomachiam resuscitatam, scribi hic et intelligi debuit; sub quo Bardas, S. Theodoræ Augustæ frater, vir incestus atque nefarius, apud sororium, monachis orthodoxis insensissimum, facile potuit effectum dare, ut Josephum, vitia sua increpantem liberius, videret relegatum. Ita certe censuit is quis alterum e mss. Synaxariis Cryptæ-Ferratæ compilavit auctor, et conveniunt optime Vitæ Acta, quamvis nulla facta Bardæ mentione totam culpam in « pessimum illius temporis imperatorem, » scilicet Theophilum conferant. In dicto vero Synaxario sic legitur : « Ic-

vidi autem quidam cum eum calumniati essent de iis, quæ adversus Bardam Casarem dicta fuerant, in Chersonem relegarunt, unde post aliquod tempus Constantinopolim regressus, sacrorum Magnæ Dei ecclesiæ vasorum custos factus est, Ignatio patriarcha. »

6. Graviora aliorum Synaxariorum errata hic non attingimus, tantum dicimus in eorum nullo notari nomen Leonis Isaurici, quod in Actis reperi- tum ita torsit Octavianum Cajetanum nostrum, in suis ad ea annotationibus, ut cum videret consequens esse, quod annis ut minimum 170 vixisset Josephus, ingenue fassus sit, « tam longinquam ætatem, inter tot rerum turbines, totque ærumnas et exercitationes asceticæ vitæ, negotium sibi facere. » Omnia nihilominus, quæ deinceps in Vita dicuntur, ita digessit, ut « pessimum, » de quo supra, imperatorem, sub quo in exilium ejectus est Josephus, haud dubie notet fuisse « Constantinum Copronymum, Leonis Isaurici filium, et imperii perinde atque impietatis successorem; » et « orthodoxos imperatores, » sub quibus est Constantinopolim revocatus, Constantinum et Irenem interpretetur. Utque hæc concordet cum Menæis occasione Bardæ ejectum dicentibus; concludit « rursus, sub Michaelē Balbo pulsam Josephum, atque a S. Theodora restitutum videri. » Dubitat etiam « an Leo Isauricus, quem xiv Kal. Julii mortuum Theophanes scribit, potius dicendus sit in Natalitiis Domini obiisse, an vero post menses sex et totidem dies de ejus morte fuerit sancto Josepho nuntiatum. » Quæ omnia facile potuisset discernere, si ex indicato mortis die, scivisset Leonem Armenum, Isaurico tanto posteriorem, intelligere; et illud, ἐν τῆς Ἰσαυρίας, insertum Actis, suspectum habere, propter aliorum omnium silentium et enormem distantiam temporis.

7. Simili ratione non difficulter potuisset idem Cajetanus videre illius conjecturæ vanitatem, qua Syracusas fuisse Josephi patriam propterea asseveravit, quia in Actis dicitur Josephi patria, gloriosior reddita a Beati parentibus tam felici germine, quam a Dionysio, « qui olim in ea summis in deliciis regnavit. » Esto enim quod regiam Syracusis habuerit Dionysius, toti tamen imperitavit insulæ de qua, non de peculiari aliqua ejus urbe loquuntur Acta. Non potest sane verosimile videri in tanto historicorum omnium silentio, quod Irene et Constantino regnantibus, potiti sint piratæ barbari, ea tempestate non admodum validi, munitissima urbe: quam iidem, Siciliæ reliquæ dominatum adepti sub Michaelē Balbo, non potuerunt, nisi nec Tauromenium, per annos 55 sui juris facere; usque dum veniret annus 878, quando die 21 Maii, victoria ipsis de eadem obtigit, et totius insulæ possessionem confirmavit, magna cum Ecclesiæ afflictissimæ calamitate: quam describit is qui interfuit Theodosius monachus, in epistola ad Leonem archidiaconum, ex ms. Græco Latine reddita

A et apud Rocchum Pyrrhum in notitia Ecclesiæ Syracusanæ impressa. Qui idem Pyrrhus interim asserit et Basiliani ordinis monachum et Syracusanum fuisse Josephum; istud ex sua, hoc ex Cajetani conjectura persuasus: additque illius festum Syracusis celebrari 3 Aprilis, utique postquam Cajetanus incepit sanctos Siculos ex Græcorum Menæis conquirere, et suis insulanis venerandos proponere: neque enim existimamus cultum eum Syracusis esse antiquum, aut in ulla majorum de Josepho traditione fundatum.

§ II. Vitæ scriptores. Canones compositi, tempus mortis.

8. Quod § superiori diximus de Barda, et circumstantiæ quædam aliæ, in Synaxariis expressius quam in Vita notatæ (ut quod decimo quinto ætatis anno attonsus in monachum sanctus Josephus sit, quod invasa a Saracenis patria cum matre ac fratribus servatus, quod extemporaneam pene habuerit canonum condendorum facultatem, quod locus exsili Chersona fuerit, quod ante exilium injecta sint sancto vincula et verbera, quod denique gloriosè illius in cælum deductionis visio, occasione fugitivi requisiti in templo sancti Theodori Phanerotæ seu Manifestatoris, obtigerit probo illi viro, qui ejus ad alios meruit testis existere), hæc, inquam, circumstantiæ, in prolixioribus Actis præteritæ, credibile nobis faciunt, Vitæ epitomen (quam supra ex Claromontano dedimus, quamque alia mss. fere sequuntur) ipsam esse, quam, a discipulo sancti Josephi Theophane scriptam, Joannes Magnæ Dei ecclesiæ diaconus et orator, præ oculis habuit, plenius ornatiusque exponendam, additis quæ desiderabantur multis. Hanc sic auctam ornatamque ex parte, ex parte vero, prædictarum circumstantiarum minutis prætermissis, descriptam liberius, accepimus ex codice Græco Bibliothecæ Vaticanæ, auctoris nomen quale diximus præferente: contulimusque cum egrapho alterius codicis, a Daniele monacho et sacrista in monasterio sancti Salvatoris Messanæ absque auctoris nomine descripti, ex pluteo 20, num. 52.

9. Ea primum, Latine reddita a P. Augustino Florito societatis nostræ, prodiit inter Vitas sanctorum Siculorum an. 1657; aliam deinde ejusdem Vitæ versionem adornavit Ludovicus Maraccius Lucensis, e Congregatione Clericorum Matris Dei, una cum Canonibus in omnia Beatæ Virginis Mariæ festa, et Theotociis per omnes Græcorum ecclesiasticos libros sparsis, et sancti Josephi nomen ut auctoris præferentibus; quæ omnia prænominati Ludovici conjunctione sanguinis et religionis professione frater, Hippolytus Maraccius, commentariis eruditis illustravit, vocans illa *Mariæ sancti Josephi Hymnographi*, et publicavit Romæ anno 1661. Hanc versionem, Græci contextus verbis pressius inhærentem, prætuleramus tum priori illi, tum alteri a quodam hujus nostro provinciæ phil-

ellene elaboratae. Sed excerpta ex Maraccii libello folia, preloque ad nostrum morem parata, exciderunt nobis Amstelodami, quando post tristem Blavianæ typographiæ casum colligebamus sarcinas Antwerpiam revehendas: neque jam, cum primum defectus animadvertitur, promptius est aliquid quam ex Octavio Cajetano recipere Floriti versionem, eamque ad contextum Græcum demum recognoscere, mutatis hinc inde pauculis ubi id exigere res videbitur.

10. Simon Wangnereckius noster, in Prolegomenis ad Marianam Græcorum pietatem, ex duodecim tomis Menæorum et septem reliquis Græcæ Ecclesiæ voluminibus excerptam, n. 22, de duobus sanctis Josephis, utroque hymnographo et confessore apud Græcos, agit: quorum alter fuerit S. Theodori Studitæ frater atque episcopus Thessalonicensis, 14 Julii recolendus, et habuerit in canticis suis pangendis hoc notabile, quod nomen suum sæpe omissum in titulo, per Acrostichidem sive primas stropharum litteras, circa ultimam odam sui ultimi canonis, semper accuratissime signarit: alter annis forte quadraginta junior, hic noster sit, cui adscribendos putat eos canones, quæ nudum Josephi nomen appositum habent. Quia vero etiam canones hujus posterioris, de quo nunc agimus, Josephi, fere acrostichidi alicui illigantur, existimat præcitatus Wangnereckius, ad ipsos utpote operosius compositos, extendi debere extemporalem illam dictandi facilitatem, quam supra ex Menæis laudatam vidimus. Cur tam operosum hoc sit, ut ab exercitato nequiverit ex tempore fieri? Certe nuli poetico metro astrictos Græcorum canones, potuisse non magna contentione animi ad certas litteras, in cujusque strophe principio inveniendas, astringi ab eo, cui liberum esset strophas singulas, nullo inter se ordine connexas, a quacunque liberet voce ordiri, ipsi didicimus experiendo; quando talium canonum aliquos Latine reddidimus, eadem acrostichidum lege servata, idque in versione, ad Græcorum verborum sensum exprimendum, obligata. An autem omnes illi canones, quas Mariali suo Maraccius inseruit, quosque supra trecentos inveniri in ritualibus Græcorum libris asserit Cajetanus, hujus ultimi Josephi sint, an aliqui relinqui priori debeant, non vacat nec operæ pretium est sollicitius examinare.

11. Placet interim discrimen a Wangnereckio supra nominato designatum, ut scilicet canones illi, qui nudum Josephi nomen præferunt absque alio titulo, Josephi hujus nostri sint: quem etiam intelligere videtur Leo Allatius in sua de Græcorum libris dissertatione, quando Josephum Melodum nominat. Episcopo Thessalonicensi imputari possunt alii qui dicuntur τοῦ κυροῦ Ἰωσήφ, domini Josephi: hæc enim honoris appellatio denotat gradum aliquem eminentiorem. Fatemur tamen non ita firmam eam conjecturam videri, quin varia possint contra eam opponi, quæ ambiguum judi-

cium faciant. Præter hos duos non videtur alius tertius Josephus fuisse, qui in titulo ms. Typici, Romæ in Bibliotheca Barberina asservati et a Leone Allatio, pag. II dissertationis præcitatae, laudati, nominetur, cum dicitur, Typicum illud continere ecclesiasticam constitutionem omnium festorum totius anni, secundum traditionem sanctorum Patrum, videlicet S. Sabæ, et Studitæ, et maxime Sancti Montis; necnon partem traditionis sanctissimi Patris nostri Josephi, possessoris sancti monasterii quod Divi Nicolai τῶν καρούλων dicitur. » Etenim si Josephi ille proprium ordinavit officium monasterio suo, cujus patronus erat D. Nicolaus, quis Paracleticon Græcorum legens (in quo ordinarium totius hebdomadæ officium octies secundum octo tonos variatum continetur) in eoque observans secundum feriæ 5 canonem (nam singulis feriis duo sunt canones, et feria 5 primus de apostolis est) cum cathismatis atque tropariis eodem spectantibus esse de S. Nicolao: quis, inquam, hæc legens et observans, non judicabit Josephum istum τῶν καρούλων esse auctorem illorum octo de S. Nicolao canonum? Atqui etiam horum canonum acrostichides subjunctum habent nomen Ἰωσήφ hoc modo: Ἦχος α'. Σοι, Νικόλας, πρῶτον εἰσφέρω μέλος. Ἰωσήφ. Et similiter in aliis, præterquam in canonibus toni secundi et octavi, qui nihilominus ejusdem auctoris manifeste sunt. Hunc igitur non esse a nostro Josepho distinguendum, tum illa styli similitudo suadere poterit, tum quod nostrum a Cretensi captivitate liberatum D. Nicolai miraculo, possimus prudenter opinari, ei quod Constantino- poli erexit monasterio patrocinium prætulisse S. Nicolai, in deserto illo loco, ad quem, haud procul positum a templo D. Joannis Chrysostomi, et sedem et curarum scholam n. 24, dicitur transtulisse, inibique discipulorum distribuisset multitudinem: » in casulis forsitan extemporaneis, unde dictum sit monasterium D. Nicolai Casularum, vocabulo, ut alia multa Constantinopolitana, Πωμαῖκῳ quamvis et monasterii a D. Nicolao dicti nusquam Acta meminerint, et adjectum postea oratorium S. Andreæ apostolo nuncupaverit sanctus, propter reliquias ejus istuc collocatas, ut dicitur num. 25.

12. Quo anno Christianæ æræ et ætatis suæ mortuus sit hic, de quo agimus, Josephus, nusquam exprimunt Acta: tantum n. 37 inquirunt, diu illum in vita duravisse, et propter graves in ea labores diuturnum censi debere sustinuisse martyrium. Num. autem 34 dixerant, quod Dominicæ Passionis magna ac venerabili Parasceve instante, discipulum suum, et ecclesiæ possessiones in libello descriptas obtulerit et commendavit Photio patriarchæ, nihil ulterius exprimens: quo facto imminens sibi exitum præsignasse declaraverit mox vehementissima febris, quæ eidem fecerit vivendi finem, et (quantum ex contextu colligi datur) paucorum omnino dierum fuerit. Hinc porro animum

circum agentes per octo illos annos, quos Ignatio mortuo Pholius in patriarchatu habuit, antequam anno 888 dignitate illa privaretur; et annum requirentes, qui Parasceven habuerit, neque post tertium diem Aprilis, quo mortuum credimus S. Josephum; neque tandem ante, ut inter ipsam et diem mortis longioris temporis statui debeat; nullus occurrit opportunior annus, quam 883, qui Parasceven 29 Martii habuit, et quarta feria Paschalis hebdomadae diem 3 Aprilis. Nam, si anno 880 mortuus esset Josephus, mortuus esset ipso die Paschae; talem autem tamque notabilem festivissimae diei circumstantiam, nequaquam, si vera fuisset, omisisset exprimere auctor Vitæ.

13. Hinc porro de ætate conjectare possis, eum qui Leone Armeno persecutionem incipiente, id est anno æræ vulgaris 814 jam presbyter initiatus, Romanæ legationi judicabatur idoneus, atque adeo ut minimum tricenarius erat, haud multum abfuisse a centenariis, quando a mortali hac vita ad immortales Superos transiit. Eadem ratione intelligi datur illam Barbarorum incursionem in Siciliam, quæ Josephum cum matre fratribusque in Peloponnesum

expulit e patria, non paucis annis priorem fuisse luctuoso illo tempore, quo post Leonis Armeni eadem, et Michaelis adversus rebellem Thomam occupato, et omnem aliam curam huic unice postponente, Creta, Sicilia et insulæ Cyclades a Romano imperio rescissæ sunt, ut scribit Leo Grammaticus. Nempe Barbari illi, piraticis excursibus prædas ante id tempus contenti agere, tunc etiam firmas novo dominatui sedes in iisdem insulis acquisiere. Quod autem Barbaricæ etiam naves fuissæ dicantur, quæ vela Romam facientis cursum intercideret et captivum in Cretam avexere Josephum: id ita accipimus ut eam insulam non jam tunc tenerint Barbari, sed ut a Leonis Armeni ministris conducti ad scelus piratæ, profugos Constantinopoli sacrarum cultores imaginum curaverint retrahere in manus Iconomachorum; et Josephum nominatim intenderint comprehendere, quem Romam legatum navigare, non potuit omnino clam haberi: ex Actis enim manifeste constat, non Saracenos, sed Iconomachos fuisse, in quorum custodia detentus ille apud Cretam est toto fere sexennio.

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΔΙΑΚΟΝΟΥ ΤΗΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΜΕΓΑΛΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΚΑΙ ΡΗΤΟΡΟΣ

ΛΟΓΟΣ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΒΙΟΝ ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΙΩΣΗΦ
ΤΟΥ ΥΜΝΟΓΡΑΦΟΥ.

JOANNIS

MAGNÆ DEI ECCLESIAE DIACONI ET ORATORIS

SERMO

IN VITAM S. P. N. JOSEPHI HYMNOGRAPHI.

(Ex ms. codice biblioth. Vatic., collato cum ms. Siculo monasterii S. Salvatoris.)

Interprete Ludovico Marraccio, Lucensi.

1. Omnis quidem virorum virtute præditorum vita B animum virtutis amantem ad imitationem invitat, et honestatis amicum ad eam pro viribus æmulandam compellit: si vero etiam sermo vitam exornet, et practicum cum speculativo intelligibiliter conveniat, perfectionis studiosum per hæc duo excitat ad sedulitatis expressionem: quanquam etiam vita sola illi, qui currit ad scopum supernæ voca-

α'. Καὶ ἅπας μὲν βίος τῶν ἐναρέτων, τὴν ἐρῶσαν ψυχὴν ἀρετῆς πρὸς μίμησιν ἐκκαλεῖται, καὶ ζήλοῦ ἀναγκάζει κατὰ δύναμιν τὸν φιλόκαλον· εἰ δὲ καὶ λόγος τὸν βίον καλλύνει, καὶ τὸ πρακτικὸν τῷ θεωρητικῷ νοερῶς συνδυάζεται τὸν δρεγόμενον τελειότητος, δι' ἀμφοτέρα ταῦτα διερεθίζει πρὸς τὴν τῆς ἀκριβείας ἐκτύπωσιν. Καίτοι γὰρ καὶ βίος μόνος ἀρκεῖ τῷ κατὰ σκοπὸν τῆς ἀνώ κλήσεως τρέχοντι, τὴν βασιλείαν

τῶν οὐρανῶν προξενῆσαι καὶ τὴν δι' αἰῶνος μακα-
ριότητα. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ λόγος τῷ βίῳ συνημμένος
κατάλληλος, Λυδία λίθος ὁρᾶται τὰ τῶν ἄλλων ἡθῆ
βασανίζων καλῶς, καὶ διὰ τῆς χάριτος τὸν αὐτῷ μετὰ
τρόπου κοσμούμενον, κοινὸν προτιθεὶς τοῖς βουλο-
μένοις ἀρχέτυπον. Τοιοῦτον οἶδα καὶ Ἰωσήφ, τὸν ἐν
πῆνοις μὲν γενναϊότατον, ἐν δ' ἀρεταῖς ἀπαράμιλλον,
τῷ δὲ περιόντι τοῦ λόγου τοῖς ἀνέκαθεν ἀγίοις, κατὰ
τὴν δεδομένην παρὰ τοῦ Πνεύματος δύναμιν, μελ-
ψδικούς ὑμνητηρίους ἐμπαρενεύοντα.

β'. Τοῦτον ἴδει μὴ παραδραμεῖν τὸν ἐραστὴν τοῦ
λόγου, καὶ τὸ περιὸν τῆς ἀρετῆς ἐυσωπούμενον,
ἀλλ' ὁ ἐκεῖνος ἐν ἄλλοις πολλοῖς ἐκτετέλεκε, τοῦτο
πάντως λαβεῖν παρὰ τῆς ἡμῶν ταπεινότητος. Εἰ γὰρ
καὶ οὐχ ὥρατος ὕμνος, κατὰ τὸν Ἰμνογράφον, ἐν
στόματι τοῦ ἀμαρτωλοῦ, πλὴν ἀλλ' ἡ προθυμία καὶ
τὸ ζέον τῆς διαθέσεως ἔλξει τὸν εὐφημούμενον πρὸς
τὰ ἐλάττω καὶ πενιχρὰ παραδέξασθαι· οὐ γὰρ
τὸ ἴσον ἀντιζητήσῃ παρὰ τῆς ἡμῶν οὐθενότητος·
οἷς γὰρ κατὰ τὴν ἀναλογίαν οἱ βίοι κατὰ διάμετρον
ἀφαστήχασιν, τούτοις ἀναλόγως καὶ ὁ λόγος ἀποσχοι-
νίζεται. Λαλήσω γοῦν παρὰ μέρος τῷ τὰ τῶν ἄλλων
ἐμμελῶς μελωδήσαντι· ὁ δὲ τὴν ἴσην χάριν εἰδὼς μὴ
παροῦσαν τῷ γράψαντι, γυμνὴν τὴν προθυμίαν τῆς
χάριτος ἀποδέξεται· ἐπεὶ μὴδὲ τῷ τοῦ προσώπου
κάλλος κομιδῆ ἀπὸ τῆς φύσεως ἔχοντι περισπούδαστα
τὰ ἔξωθεν ἐπιτρίμματα. Τοῦναντίον μὲν οὖν καὶ
καταχραῖνοι τὸ ὡραϊόμορφον ὁ περιστιμμίζων τοῖς
χρῶμασι.

expolimentis atque affricamentis laborat : qui vero opposito modo se habet, formæ decorem ap-
pingit, et circumpositorum colorum fucat ornamentis.

γ'. Θεοφάνει μὲν οὖν τινι, τοῦ ἱεροῦ πρεσβυτέρου
ἡξιομένῳ καὶ τῷ καταλόγῳ τριθμημένῳ τῶν μονα-
χῶν, ὁ βίος τοῦδε τοῦ μακαρίου πεπύνηται· οὐ μὴν
ἀλλὰ παρέδραμεν τοῦτον πολλὰ, ὅτι κατὰ σπουδὴν
ἐκείνῳ συν[ερ]υφάνθη τὸ πόνημα· ἀμέλει καὶ οἷς
ἐκεῖνος τοῦ μάκαρος τοῦδε τὸν βίον ἐσμίκρυνεν, ἐν
τούτοις ἡμᾶς ἐπὶ τὸ εὖρος τῆς διηγήσεως προσδίθα-
σεν. Ἀλλὰ τίς γένοιτο τῷ βίῳ τοῦδε ἀξιοχρεῶς ἐπαι-
νος; ποία δὲ γλῶσσα τὰ τούτου δυνήσεται διηγήσα-
σθαι κατορθώματα; Ἔδει γὰρ, ἔδει τὰς γλώσσας
ἄρτι παρεῖναι τῶν παρ' αὐτοῦ ἀξίως ἐξυμνουμένων,
καὶ παρὰ τούτων τούτῳ ἀποπληρωθῆναι τὴν διὰ λό-
γων ἀντίχρῃν· οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ ἡμεῖς, ὡς ἔχομεν,
σιωπήσομεν, τὰ ἐκεῖνου ἐκδιηγούμενοι.

δ'. Πατὴρ τοιγαροῦν τῷ μεγάλῳ ἢ ἐν νήσοις τὸ εὐ-
δαίμον φέρουσα, ἡ περιφανὴς Σικελία, φημί, ἣν οὐχ
οὕτω περίδοξον Διονύσιος, ὁ ἐν αὐτῇ ποτε ἄρξας
ἀδρῶς ἀπειργάσατο, ὡς εἰ τοῦ μεγάλου γεννήτορες,
τὸ μέγα τῇ πατρίδι χαρισάμενοι ὄνομα, διὰ τοῦδε
τοῦ μακαρίου βλαστήματος. Πατέρες δὲ Ἀγάθη ἢ
περιώνυμος, καὶ Πλουτίνος ἢ περιδόητος, ἀμφω μὲν
τῆς ἀρετῆς ζηλωταί, καὶ τῶν θεῶν θελημάτων
ἐκπληρωταί, διὰ δὲ τῆς ἀρίστης ὠδίνος τὸ μέγα
κληρωσάμενοι ὄνομα· ἔδει γὰρ εὐχῆς ἔργον εἶναι τὸδε
τὸ μέγα [χάριτος] καὶ ἀρετῆς ἀποκύημα. Ὁ μὲν γὰρ
ἐπλοῦται πίστιν τὴν εἰς Θεόν· ἡ δὲ τοῖς ἀγαθοῖς τοῦ

tionis, coeleste regnum atque aeternam beatitudi-
nem sufficienter acquirit. Verumtamen sermo quo-
que mutuo nexu vitæ conjunctus, Lydio lapidi per-
similis est : nam aliorum qualitates optime probat
ac mores, et propterea gratiæ illius, quæ cum
certa ratione in eo refulget, archetypum commu-
nem volentibus proponit. Talem affirmo fuisse Jo-
sephum, in laboribus generosissimum, in virtutibus
insuperabilem, qui suavissimas cautiones, secun-
dum facultatem sibi a Spiritu sancto tributam, in
honorem præcedentium sanctorum ex sermonis
copia et ubertate composuit.

2. Hunc minime decebat præterire sermonis
amatorem, etiamsi quispiam ob virtutis abundan-
tiam confusus hæreret : sed quod ille in multis
aliis fecit, hoc omnino conveniebat eundem a
nostra humilitate recipere. Licet enim juxta Hym-
nographi dictum, non sit speciosa laus in ore pec-
catoris, attamen promptus alacerque animus, et
sर्वens affectus alluciet eum, qui laudibus cele-
bratur ad hæc nostra exigua viliaque suscipienda.
Non enim paria exiget a nostra imbecillitate ; etenim
eadem proportione debet singulis sermo dividi ac
distribui, qua eorum vita per diametrum differt ac
separatur. Loquar igitur inconciune de eo, qui
aliorum facta suavissimo metro composuit. Porro
ille idem, qui novit non æqualem gratiam mihi
scribenti adesse atque ipsi aderat, nudam gratiæ
promptitudinem atque alacrem affectum suscipiet :
quandoquidem neque ille, qui a natura vultus pul-
chritudinem possidet eximiam, non in extrinsecis

C

3. Porro beati hujus vitam Theophanes quidam
sacra presbyterii dignitate insignitus, et mona-
chorum catalogo ascriptus, elaboravit : multa ta-
men hic auctor prætermisit, nam festinanter opus
confecit. Sed in iis in quibus iste beati hujus vitam
imminuit, nos ad narrationis amplitudinem pro-
vexit. Verum quæ tandem satis digna laus hujus
vita reperiatur ? Et quæ lingua præclara illius gesta
recensere valeat ? Oportebat sane, oportebat illorum
nunc linguas adesse, qui ab eodem pro dignitate
laudati sunt, et ab illis isti gratiam per sermones
rependi. Non tamen vos, quales sumus, tacebimus,
illius res gestas exponentes.

4. Fuit igitur hujus magni patria illa, quæ inter
insulas felicitatis palmam refert, illustrissima, in-
quam, Sicilia, quam non ita Dionysius, qui in ea
olim summis in deliciis regnavit, gloriosam reddi-
dit, ut magni hujus genitores, qui celeberrimum
patriæ nomen per tam beatum germen acquisivere.
Illius mater Agatha nobilis, pater vero Plutinus ce-
lebris appellabatur : ambo sane virtutis zelo ar-
dentes, divinæque voluntatis complendæ studiosi.
Per optimam vero prolem magnum nomen hæredi-
tare. Oportebat autem precum opus esse magnum
hunc virtutis letum. Pater enim fide, quæ est in

Deum, dives erat, mater vero vitæ hujus bonis gaudere recusans, soli Deo intendebat animum, præsentis vitæ mare prudenter et continenter pertransiens, ita ut ambo juxta vitem illam Psalmistæ florerent, et maturis virtutis fructibus plurimos ad sui imitationem pertraherent. Non enim (quemadmodum facere consueverunt illi qui mundo vivunt, et carni inservientes communi naturæ legi obsequuntur) ad voluptates respiciebant, et delicias sectabantur, sed solis tantummodo necessariis rebus contenti, atque illis, sine quibus humilitatis nostræ corpus consistere nequit, superflua manibus pauperum dilargiebantur, ne forte superfluis ipsi ad voluptatem ac delicias utentes, a Dei participatione excluderentur, qui ut eosdem pro charitate ipsorum in se, ferventique amore remuneraret, illustrem Josephum pro quavis alia mercede illis donavit: cujus genitores hujusmodi vitæ decore quo modo imitari potuissent.

5. Non enim juxta puerorum morem primos crines molliter ac speciose alebat, neque, ut adolescentuli facere consuevere, ad parva hæc et fluxa intendebat animum, sed quamvis adhuc puer esset, quamdam tamen gravitatem maturitatemque præ se ferebat, quam in pueris nequaquam solemus recognoscere, lingua, nescio quid breve atque angustum subbalbutiens, divina eloquia vel discebat, vel docebat. Quia vero apud pueros senex mente et judicio incomparabilis inscribatur, ex hoc illius prudentia tacite ostendebatur. Animus ejus virilis in affectionum imperio elucebat, cognitio vero, ac scientia ab iis, qui cum eo familiariter versabantur, clare cognoscebatur. Cum enim provinciam aliquam vir hic admirabilis aggredieretur, naturæ gratia ac sedulitatis studii que intentione universos superare cernebatur, ulna, juxta proverbium, regia, et valde recte. Non enim in sola sermonum copia ac dicendi facultate proficiebat, sed ante verba plures virtutis species sedulus præferebat, ex quo ad ipsam dicendi copiam felicior illi via aperiebatur. Solus enim panis, occidente sole, universas illi mensæ delicias supplebat, aqua vero tantum ad potum utebatur, propterea et dicendi facundia ditatus est. Anima enim scribendo et orando vacare assueta, ut in utroque mens et intellectus illustratur, non facilem habet ad pravas affectiones prolapsus: tota fertur in Deum, divinoque illius amori immista, atque eidem perpulchre inhærens, ad humanarum disciplinarum auditum arida evadit.

6. Attamen horum etiam peritiam generosus hic vir habebat, sed in illa scientia, quæ fert ad Deum, magis quam in humana philosophia profecit. Verum non diuturnus fuit illi sine offendiculo vitæ cursus, quandoquidem magnis animabus a prima ætatis linea difficilia quædam ac aspera innascuntur. Nam multitudo permista barbarorum illius patriam cum obsedisset, eamque sibi subjecisset, quod cladis genus prætermisit, aut quam malorum Iliadem in eam non edidit? Alii ferro sublatis sunt: alii miserabiliter facultatum jacturam sustinuerunt: nonnulli captivi facti sunt, atque in externas regiones

A βίου χαίρειν εἰποῦσα μόνῳ προσεῖχε Θεῷ, σωφρόνως καὶ ἐγκρατῶς τοῦ βίου περῶσα τὴν θάλασσαν, ὡς θάλλειν καὶ ἄμφω κατὰ τὴν ψαλμικὴν ἄμπελον, καὶ τῷ πεπαίρω τῆς ἀρετῆς πολλοὺς ἐφέλκεσθαι πρὸς τὴν μίμησιν. Οὐ γὰρ ὡς κόσμῳ ζῶντες, καὶ σαρκὶ δουλεύοντες, καὶ τῷ κοινῷ τῆς φύσεως νόμῳ ὑπηρετούμενοι πρὸς ἡδονὰς ἐύρων, καὶ τὸ τρυφῆλόν κατεδίωκον· ἀλλὰ τοῖς ἀναγκαίοις μόνοις ἀρκούμενοι, καὶ ὅσοις τὸ σῶμα συνίσταται τῆς ἡμῶν ταπεινότητος, τὰ περιττὰ πενήτων χερσὶν ἐχαρίζοντο· ἵνα μὴ τοῖς περιττοῖς αὐτοὶ ἡδυνόμενοι, οὐκ ἔχοιεν κοινῶν τὸν Θεόν· ὃς αὐτοὺς τῆς πρὸς αὐτὸν ἀγάπης καὶ τοῦ ζέοντος ἀμειδόμενος ἔρωτος, τὴν κλεινὴν Ἰωσήφ, ἀντὶ πάσης ἄλλης ἀμοιβῆς, ἐχαρίσατο· Ἰωσήφ δὲ οἱ τεκόντες, καὶ ταῦτα βίου τοιαύτη ὠραιότητι λαμπρυνόμενοι, μέγα τι κατορθοῦν ἐλογίζοντο, εἰ ποσῶς ἀπομιμῆσθαι δυνησονται.

B νόμοι, μέγα τι κατορθοῦν ἐλογίζοντο, εἰ ποσῶς ἀπομιμῆσθαι δυνησονται. refulgentes, magnum aliquid efficere cogitabant, si

ε'. Οὐ γὰρ κατὰ παῖδας αὐτῷ τὰ τῆς πρώτης τριχὸς οὔτε μὴν κατὰ μείρακας πρὸς τὰ μικρὰ ταῦτα καὶ ῥέοντα ἡ ῥοπή· ἀλλ' ἦν ἐκείνῳ, παιδί μὲν ἔτι ὑπάρχοντι, σεμνόν τι καὶ οὐ κατὰ παιδίον τὸ κίνημα· γλῶσσα δὲ, βραχὺ τι ὑποψελλίζουσα, τὰ κατὰ Θεὸν ἐδιδάσκετο λόγια. Ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς μείρακας ὁ γηραιὸς τὸν νοῦν, καὶ τὴν φρόνησιν ἀπαράμειλλος, ἐνεγράφετο, τούτου τὸ σῶφρον ὑπεδεικνύετο, καὶ τὸ ἀνδρεῖον τὸ πρὸς τὰ πάθη διέλαμπε, καὶ ἡ γνῶσις καθαρῶς τοῖς ὁμιλοῦσιν ἀνεγνωρίζετο. Τὰ γὰρ ἐγκύκλια μετιῶν ὁ θαυμάσιος, φύσεως χάριτι καὶ σπουδῆς εὐτονότητι πάντας ὠρᾶτο νικῶν πῆχει, κατὰ τὴν παροιμίαν, βασιλικῶ· καὶ μάλα εἰκότως· οὐ γὰρ λόγων ἐποιεῖτο μόνην ἐπίδοσιν, ἀλλὰ πρὸς τούτων ἀρετῆς ἐπεμελεῖτο πολυειδοῦς, ἐξ ἧς αὐτῷ καὶ τὰ πρὸς τὸν λόγον ἐγένετο εὐδοα. Ὁ γὰρ ἄρτος ἐσπέραν ἐκείνῳ μόνος ἐπλήρου τὴν ἐπιτραπέζιον ἡδονὴν, καὶ τὸ ὕδωρ τὴν πόσιν, διὸ καὶ τὰ περὶ τοὺς λόγους ἐπλούτησε· ψυχὴ γὰρ ἐθισθεῖσα λόγοις σχολάζειν καὶ προσευχαῖς, ὡς ἂν ἐν ἀμφοῖν τό τε νοερὸν διαλάμποι καὶ τὸ ἐφ' ὄλκιον τοῦδε τοῦ σώματος καταδεσμούμενον καὶ τηχόμενον, οὐκ εὐχερῶς ἔχει τὸ πρὸς τὰ πάθη εὐδαισιθον, ὅλη δὲ φέρεται πρὸς Θεόν, καὶ τῷ ἐκείνου κερνωμένη ἔρωτι θεῖῳ, ξυρόν· ἐστὶν, εἰς ἀκοὴν τῶν μαθημάτων ἀντεχομένη καλῶς.

et corpusculi hujus sarcina alligata ei macerata, tota fertur in Deum, divinoque illius amori immista, atque eidem perpulchre inhærens, ad humanarum disciplinarum auditum arida evadit.

ς'. Ἄλλ' εἶχε μὲν οὕτω γνώσεως ὁ γενναῖος· εἶχετο δὲ πλεον τῆς φερούσης πρὸς τὸν Θεόν, οὐ μὴν ἀνεπηρέαστος αὐτῷ καὶ ὁ βίος μέχρι πολλοῦ, ἐπεὶ καὶ ταῖς μεγάλαις ψυχαῖς ἀπὸ πρώτης γραμμῆς ἐπιφέρεται πως τὰ σκυθρωπά. Ἀμέλει καὶ πλῆθος μιγάδων βαρβάρων τὴν πατρίδα περικυκλώσαν, καὶ αὐτὴν ὑφ' αὐτοὺς ποιησάμενοι, τί τῶν δεινῶν ἐν αὐτῇ οὐκ εἰργάσαντο; ποῖαν δὲ Ἰλιάδα συμφορῶν τὰ ἐν αὐτῇ παρ' αὐτῶν οὐκ ἀπέκρυψαν; Οἱ μὲν γὰρ ἡθῆδον ἀνηροῦντο, οἱ δὲ ἀθλίως τῶν καιρῶν ὑπέμενον στέρησιν, οἱ δὲ κατεδουλοῦντο καὶ εἰς ἄλλοτρίας ἐφέροντο, οἱ δὲ, ὅσοις ἄρα φιλόανθρωπον ἐπέδρασαν ὁ

Θαδς, τὴν ἐνερχαμένην ἀπολαπόντες, φυγῆ τὴν σωτη-
 ρίαν ἐπραγματεύσαντο· ἐν οἷς ἦσαν καὶ οἱ τοῦ μακα-
 ρίου τούτου γεννήτορες, οἱ τὸν παῖδα παραλαβόντες,
 πρὸς τὴν τοῦ Πέλοπος ἑστρεχον, ξένοι πατρίδος, ξένοι
 χρημάτων, καὶ ἑταιρείας, καὶ συγγενείας. Οὐ μὴν
 οὗτος ὁ μέγας μετὰ τούτων τὴν Πελοπόννησον ἑστερ-
 ξεν, οὐδ' ἠγάπα, ξένης πατρίδος γενόμενος, μὴ τὴν
 ἄνω πόλιν ζητῆσαι διὰ τῆς ἀληθοῦς ξενιτείας, καὶ
 τὸν θεὸν εὐρεῖν διὰ τῆς ἀκριβεστάρας πολιτείας καὶ
 καταστάσεως. Διὸ καὶ τὸν Ἰουλον μὴπω φέρων χλοά-
 ζοντα, ἀποστέργει τὴν Πέλοπος, καὶ πρὸς τὴν πά-
 σης Μακεδονίας ὑπερχειμένην πόλιν ἀπαίρει Θεσ-
 σαλονίκην· ἵνα μὴ τῇ σχέσει τῶν γεννητόρων
 δεσμούμενος, οὐκ ἔχοι εὐπετῶς, διὰ τῆς παντελοῦς
 ἐγκρατείας, πρὸς τὴν ἀληθῆ ἑραστὴν ἀναπετάν-
 νυσθαι, καὶ ὄλω φέρεσθαι τῷ πετρῷ. Καὶ ὅτι τοιοῦτος
 ἦν τῷ γενναίῳ σκοπῶς, καὶ πρὸς τοῦτο μόνον ἑώρα ἡ
 ἀναχώρησις, ἐδήλωσεν ἡ τοῦ πράγματος ἑκθασίς.
 genetosi hujus scopus, ei ad hoc solum respexerit
 demonstravit.

Ζ. Ἄμα τε γὰρ τὴν Θεσσαλονίκην κατέλαβε, καὶ
 εὐθέως ἐπέδωκεν ἑαυτὸν ἀνδρὶ τινι τῶν ἄγαν ἐγκρα-
 τῶν καὶ ὁσίων, ὃς διὰ τὸ τῆς ἀρετῆς περιὸν, τὴν φρον-
 τίδα τῶν ἀδελφῶν, οἱ κατὰ τὸ ἱερὸν φροντιστήριον
 τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἠσχοῦντο, οὐ διώξας,
 ἀλλὰ πνευματικῶς διωχθεὶς, ἀνεδέξατο· τοῦ Λατό-
 μου νῦν, ἐκ τοῦ γεγενημένου θαύματος, τὸ φροντι-
 στήριον ὀνομάζεται. Καὶ ἐν τούτῳ ὁ μέγας οὗτος τὰ
 τῶν μοναχῶν ἐνδύς ὁ καὶ ἀπὸ πρώτης τριχῆς ἅπαν
 σαρκικὸν ἀποδυσάμενος θέλημα, ποίαν μὲν τῶν
 ἀρετῶν οὐ κατώρθωσε; ποῖον δὲ εἶδος ἀσκήσεως
 ὑπερβαλλόντως οὐκ ἐξησχῆσατο; ὡς εἶναι τοῖς ἡρώσι
 παράδειγμα, καὶ τοῖς ζηλοῦν βουλομένοις ἀκριβείας
 πάσης ἀρχέτυπον. Νηστεία γὰρ ἐπενοήθη τούτῳ
 καινῆ, ἵνα καὶ τὸν δεσμὸν κατέχη, καὶ διαλανθάνῃ τὸ
 σπουδαζόμενον· ἀγρυπνία μικροῦ δεῖν καὶ ἀπιστου-
 μένη τοῖς λογιζόμενοις τῆς σαρκὸς τὴν χαυνότητα·
 γλώσσης κατάσχεσις οὐκ εἰς τὸ [μὴ] πολυπραγμονεῖν
 τὰ ἀλλότρια (τούτο γὰρ αὐτῷ ἀπὸ παιδὸς μεμελέ-
 τητο), ἀλλ' ὥστε μὴ ἐξακουέσθαι τὴν φωνὴν τοῖς μὴ
 ἀκριβῶς πρὸς ἐκείνον προσέχουσιν, ὃ φιλοσοφίας
 ἐστὶν ἀρχή, μᾶλλον δὲ φιλοσοφίας τὸ τελειότατον·
 εἰ γὰρ ἀρχὴν σοφίας φόβος Θεοῦ μεμνήθηκαμεν,
 Θεοῦ δὲ φόβος ἐντολῶν ἐπάγεται πλήρωσιν, κρατίστη
 δὲ τῶν ἐντολῶν τὸ τιθεῖναι θύραν τῷ στόματι, ἵνα
 μήτε νοῦς ἀλόγως βεμβάζηται, μήτε λόγος θυραυ-
 λήσας ἔξωθεν ἀπηχῆς εἰς πολυλογίαν μετακινήσῃ
 τῆς ἡσυχίας τὸν ἑραστὴν, εὐδηλον ἄρα, κατὰ τὸν
 θεῖον Δαβὶδ, ὡς ἡ φυλακὴ τῶν ὀδῶν τοῦ Θεοῦ τῷ
 ἀναμαρτήτῳ τῆς γλώττης κατευοδοῦται τε καὶ πλα-
 τύνεται· ἦν κατορθώσας ὁ μέγας, τὰς ἄλλας εἶχε
 τῶν ἀρετῶν ἐφεπομένας αὐτῷ. Τὸ δὲ περὶ τὴν στρω-
 μνήν ἡμελημένον κομιδῆ καὶ λιτὸν, τίς οὕτως ἐστὶν
 ἀφυῆς περὶ τὰ κατὰ, ὃς μὴ θεθαύμακέ τε καὶ ἐξ-
 επλάγη, καὶ τὸ πρὸς πόνους ἀήτητον ἐμεγάλυνεν;
 Ἐδαφος ἦν ἐκείνῳ ψιλὸν ἡ στρωμνή, ἐν ᾧ τὸ ἀσθε-
 νὲς τῆς φύσεως διελέγχετο, καὶ λίθος τὸ ποθεινὸν
 προσκεφάλαιον· ὕμνος ὁ πάντη βραχύτατος, καὶ
 κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἐδωδῆς, ἐν ᾧ πλλάκις καὶ

A abdueti : nonnulli vero, quos oculo magis benigne
 ac propitio respexit Deus, patria derelicta, fuga
 sibi salutem comparavere. Inter quos fuerunt etiam
 beati hujus parentes, qui eodem puero adhuc acce-
 pto, in Peloponnesum celeriter profecti sunt, extor-
 res, sine pecuniis, amictis omnibus cognatisque pri-
 vati. Non tamen magnus hic noster una cum illis
 Peloponnesi amore atque affectu captus est, pere-
 grinus a patria, ita ut per veram peregrinationem
 supernam civitatem non requireret, et per studio-
 sissimam politiam ac status tranquillitatem Deum
 non inveniret. Propterea antequam prima lanugine
 illius vultus vernaret, Pelopis terram, velut exosam,
 derelinquens, Thessalonicam, urbem totius Mace-
 doniæ principem, proficiscitur, ne genitorum affectu
 illigatus, non posset facillime per continentiam
 perfectam ad verum amatorem tendere, atque libe-
 ris amoris sui alis deferri. Quod vero talis fuerit
 illius a Peloponneso recessus, rei ipsius eventus

7. Statim enim atque Thessalonicam pervenit, tra-
 didit seipsam curæ et moderationi cujusdam viri,
 qui abstinentiæ et pietate erat eximius, et propter vir-
 tutis excellentiam, non affectans, sed spiritualiter
 coactus, susceperat curam fratrum, qui secundum
 sacrum magni Dei ac Salvatoris magisterium ac di-
 sciplinam exercebantur. Nunc schola, seu præfectura
 Latomi, ex admirando quodam, quæ evenit, succes-
 su, locus ille appellatur. Hoc in monasterio maguus
 C hic vir monachi habitum assumens, et a prima coma
 (ut aiunt) universas carnis exuens voluntates, in qua
 virtute progressus non fecit? et in qua asceseos spe-
 cie sese eminenter non exercuit? Itaque erat intuen-
 tibus exemplum, et æmulationis studiosis universæ
 sedulitatis archetypus. Jejunium enim novum atque
 insolitum excogitavit, ita ut et vinculum retineret,
 et studium illius singulare cæteros lateret. Vigiliæ
 fere erant incredibiles considerantibus carnis im-
 becillitatem. Linguam cohibebat, ne aliena facta cu-
 riosius investigaret. In hoc enim a puero curam po-
 suerat, nec vox ejus exaudiri poterat nisi ab iis qui
 attente aurem loquenti arroxissent, id quod philo-
 sophiæ est initium, imo summa philosophiæ per-
 fectio. Si enim initium sapientiæ timorem Dei esse
 D didicimus; Dei autem timor, ut ejusdem mandata
 impleantur, facit, porro mandatorum præstantissi-
 mum est, ponere ori januam, ut neque mens irra-
 tionabiliter evagetur, neque ratio cui domus inte-
 rioris custodia incunibebat, eadem relicta, in multi-
 loquium absone commoveat silentii et quietis ama-
 torem, manifestissimum est, juxta divini Davidis
 effatum, custodiam mandatorum Dei, ei, qui non
 peccat linguæ lapsu, prospero faciliq; cursu suc-
 cedere, atque in amplitudinem commutari: quam
 quidem custodiam maguus hic sedulo observans,
 aliarum virtutum sequelam facile obtinuit. Quod
 vero attinet ad lectuli, in quo jacebat, neglectum,
 magnamque vililitatem, quis erat ita ad res honestas
 dispiciendas ineptus, ut non in admirationem stupo-

remque raperetur, atque illius in laboribus indefes-
sum invictumque animum non extolleret? Erat illius
lectus nudum pavementum, in quo naturæ infirmitas
monstrabatur: lapis vero pro pulvillo desidera-
bilis deserviebat. Porro somnus erat omnino brevissimus, et ad
potus cibique mensuram ac propor-
tionem: in eo autem sæpe sacra mysteria purissimæ illius menti denudabantur.

8-9. Alii sane lacrymas instar torrentis ex illius
oculis emanantes admirentur, et genuum adeo fre-
quentes incurvationes, ut nullo prope sermone possint
recenseri, ita ut illius genua in lapidis naturam di-
riguerint, alternis ad Deum colloquiis, et motibus,
ac stationibus per totam noctem adhibitis: palpe-
bræ vero ac supercilia ex assiduo atque immenso
lacrymarum imbre excavarentur ac depilarentur.
Alii vero eminentissimam illius humilitatem, qua
vel infimis venerandum caput ad terram usque in-
clinabat, et erga cunctos æqualem charitatem cu-
stodiebat, nulla distinctione facta, servata semper
erga omnes immutabili unione. Alii autem conti-
nentiam, ac nullis dissipatam evagationibus cogita-
tionem. Etenim cum legi mentis legem carnis collu-
ctantem ac repugnantem videret, juxta magni Apo-
stoli dictum¹, toto animi conatu in legem Dei fe-
rebatur, ne serpens ille, qui, juxta magnum veritatis
agonistam Job, residet in umbilico ventris, passio-
nes venereas in renibus excitans illis, qui circa exte-
riores sensus vagantur, in illius mentem ingressum
reperiret.

10. Alii intensum illius indefessumque in psal-
mis et hymnis concinendis laborem studiumque com-
mendent, generosumque agonistam divinis laudibus
extollant. Alii incomparabilem in loquendo scri-
bendoque facundiam oratione concelebrent, quippe
qui tanquam apis sacrarum Scripturarum prata cir-
cumvolitans, et pulcherrimos optimosque flores dis-
crete colligens, omnem virtutum speciem in seipso
mellificavit. Castitatis quidem ac temperantiæ exem-
plar habuit castissimum Joseph; cujus in affectioni-
bus subigendis severitatem imitatus est, non adver-
sus Ægyptiam feminam sese defendens ac repu-
gnans, sed adversus peccatum, juxta divini Apostoli
præscriptum², usque ad sanguinem resistens: non
pallium exuens ac rejiciens, ut impudentissimæ
mulieris sese ad turpia allicientis manus effugeret,
sed carnem totam per continentiam mortificans, ut vel
minimos impetus evaderet illius qui furtim per sen-
sus ingreditur. Jacobi autem simplicitatem ac siu-
ceritatem imitatus est, non furto arripiens patris
benedictiones per suppositionem matris, neque fu-
giens ab Esau, qui etiam antequam nasceretur, odio
habitus est, sed per Dei Ecclesiam a qua dilectus
est, et quam ipse quoque mutuo dilexit, primogenita
benedictionis assecutus, ut per suavissimam hym-
nodiam Deum benediceret, quam ipse primogenitis
eorum, qui in cælis conscripti sunt, dulcissimo ac
festivissimo metro composuit: supplantans inali-
gnum, et ab eo præcul fugiens, ut mente ab omni
perturbatione libera Deum laudaret, eidemque se-

Α μυστηρίων παραγυμνώσεις τῷ πανάγιῳ τούτου νοῦ
διεγράφοντο.

monstrabatur: lapis vero pro pulvillo desidera-
bilis deserviebat. Porro somnus erat omnino brevissimus, et ad
potus cibique mensuram ac propor-
tionem: in eo autem sæpe sacra mysteria purissimæ illius menti denudabantur.

η'-θ'. Ἄλλος μὲν οὐνεὶδὸ καταρρέον ἐξ ὀφθαλμῶν
θαυμαζέτω κρουνηδὸν δάκρυον, καὶ τῆς πάντα λόγον
ὑπερβαινούσας γονυκλισίας, ὡς εἰς λίθου φύσιν κατ-
εσκληρέναι τὰ γόνατα ταῖς ἄλλεπαλλήλοις πρὸς
θεὸν ἀδολεσχίαις, καὶ ταῖς παννύχοις κινήσεσσι τε
καὶ στάσεσσι, τὰς τε ψιλώσεις τῶν βλεφαρῶν μετὰ
κοιλότητος, ἐκ τῆς ἀπειρου τῶν δακρύων ὀμβροβλυ-
τήσεως. Ἄλλος δὲ τὸ ὑπερβάλλον τῆς ταπεινώσεως,
ὅπως καὶ τοῖς ταπεινοτέροις μέχρις ἐδάφους τὴν σε-
Β βασιλίαν κάραν ὑπέκλινε· καὶ πᾶσιν ἐπίσης τὰ τῆς
ἀγάπης ἐτήρησε, μηδεμίαν ποιούμενος διαστολήν,
διὰ τὴν πρὸς πάντας ἀμετάπτωτον ἑνωσιν. Ἄλλος
τὸ ἐγκρατές, καὶ τὸ τῆς διανοίας ἀνέμωτον· τῷ
νόμῳ γὰρ τοῦ νοῦ ἀντιστρατευόμενον βλέπων τὸν νό-
μον τῆς σαρκὸς, ὃ φησὶν ὁ μέγας Ἀπόστολος, ὅτι
τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ ἀνεπτέρωτο, ἵνα μὴ πηχὴ παρῆ-
δουσιν ὁ, κατὰ τὸν μέγαν τῆς ἀληθείας ἀγωνιστὴν
Ἰωβ, παρ' ὀμφαλῷ γαστρὸς ἐνιζάνων ἕρις, καὶ τὰ
περινέφρια κἀθη ἀνακινῶν τοῖς βεμβαζομένοις περὶ
τὴν ἐξωθεν αἰσθησιν.

ι'. Ἄλλος τὸ ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις ἀνένδοτόν τε
καὶ σύντονον βήτορευέτω, καὶ θειαζέτιω τὸν γεν-
C ναῖον ἀγωνιστὴν· καὶ ὁ μὲν τὸ ἀμίμητον ἐκείνου
περὶ τοὺς λόγους μεγαλυνέτω... ὅπως ὡς μέλισσα
τοὺς λειμῶνας τῶν Γραφῶν περιπτάμενος, καὶ τὰ
κάλλιστα τῶν ἀνθέων εὐκρινῶς ἐκλεγόμενος, πᾶν
εἶδος ἀρετῆς ἐν ἑαυτῷ ἐκεράσατο· σωφροσύνης μὲν
εἶδος καὶ ἀγγελίας ἔχων τὸν σώφρονα Ἰωσήφ, οὐ τὸ
πρὸς τὰ πάθη ἀνένδοτον ἀπομιμούμενος τέθηκεν,
οὐ πρὸς Αἴγυπτίαν ἀπομαχόμενος, ἀλλὰ πρὸς τὴν
ἀμαρτίαν, ὡς ὁ θεὸς διατάττεται Ἀπόστολος, μέ-
χρις αἵματος ἀντικαθιστάμενος· οὐχ ἱμάτιον ἀπο-
δύόμενος, ἵνα φύγη χεῖρας σοβάδος ἐφελκομένης εἰς
ἄτοπα, ἀλλὰ σάρκα πᾶσαν διὰ τῆς ἐγκρατείας νε-
κρῶν, ἵνα καὶ μικρὰς εἰσβολὰς ἀποδράσῃ τοῦ δι'
αἰσθήσεων πηρακλέπτοντος. Ἰακώβ δὲ τὸ ἀπλαστον
D καὶ ἀκέραιον, οὐ κλέπτων εὐλογίας πατρὸς δι' ὑπο-
θήκης μητρὸς, οὐδὲ ἀποτρέχων Ἠσαῦ τὸν μεμιση-
μένον καὶ πρὸ γενέσεως· ἀλλὰ διὰ τῆς αὐτὸν ἠγα-
πητικῆς ὡς ἀνταγαπωμένης Ἐκκλησίας θεοῦ τὰ
πρωτότοκία τῆς εὐλογίας λαθῶν, ὡς εὐλογίῃ θεὸν
διὰ τῆς ἐμμελοῦς ὀμνησίας, ἣν αὐτὸς τοῖς πρωτο-
τόκοις τῶν ἐν οὐρανοῖς ἐγγραφέντων εὐρύθμως ἔγαν
ἀνέθηκε, πτερνίσας τὸν πονηρὸν καὶ ἀποτρέχων
πόρρωθεν ἐξ αὐτοῦ, ἵνα τῷ ἀρεμβάσει νοῦ θεὸν
ὑμνοῖη, καὶ τούτῳ ἐνοῖτο κατὰ τὴν ἀδιάτμητον
κίνησιν. Ἀθραῦμ τὸ μεσαβατικόν, καὶ πρὸς ὑπακοήν
Χριστοῦ ἐτοιμά[τα]τον, οὐκ ἐκ Χαλδαίων ἀπαίρων,
καὶ τὴν Παλαιστίνην ἐργαζόμενος οἰκίσιν, ἀλλὰ
σχέσιν γονέων δευτέραν θεοῦ λογισάμενος, καὶ διὰ

¹ Rom. vii, 23. ² Hebr. xii, 4.

τοῦτο τὰ περιπέζια πάντα θέμιστος ὡς οὐδέν, τὸν A
μονότροπον βίον ἐπ' ἀλλοτρίᾳ προκέρκει.

27. Est quispiam rigidus ac durus, atque ad lacrymas effundendas ineptus? Suavissimas melodias ab eo scriptas in Virginem ac Dei Matrem (10), quæ ineffabiliter Verbum concepit, assidue legens ac decantans, lacrymarum maria plenius oculis effundet, et mente colliquefactus, immateriali sensu spiritualibus compunctionis deliciis perfruetur. Hæc autem melodiæ sexcentæ sunt, quæ ab eo variis commutationibus et sonorum concisionibus, variisque rhythmorum differentiis compositæ, dulcedinem quodammodo atque odorem suavitatis aromatizant. Est porro aliquis, qui sancti illius, qui currenti die ab Ecclesia Dei honoratur, vitam addiscere cupiat? Capessat ac legat lepidissima illius cantica, et in unoquoque eorum, quæ canuntur, vitæ sancti illius rationem recognoscant. Et profecto uniuscujusque sanctorum, qui ab eo honoratur, vita in lucem profertur, oculisque subjicitur. Ipse vero inter omnes honoratus apparet, atque in aliorum vita ipse laudatur propter suavitatem et concinnitatem dulcissimæ melodiæ. Alii igitur hujus beati vitam sane magnificent: alii autem scientiæ illius eminentiam; omnes vero omnia æqualiter et per omnia magnificent Spiritus gratiam, quæ ita in illo effusa est, ut in omnem terrarum orbem exierit sonus ejus, et in fines terræ universos verba Deum resonantia melodiarum ejus. De aliis porro quid opus est præterea dicere, quot ille ex infidelitatis barathro ad sanctæ Trinitatis cognitionem eduxerit; quot persuaserit mundi et eorum quæ in mundo sunt gaudia respuere, et solitariam vitam

num numerum Theotociorum, id est stropharum de Beata, in fine cujusque odæ canendarum, ex omnibus quos a Josepho compositos credidit canonicis, per totius anni officium sparsis.

28. Verum rursus extorris atque exsul esse com-
pellitur; caudam sua commovente Satana frau-
dulento, et pessimum illius temporis imperato-
rem (11) excitante. Non enim potest is quiescere,
qui tanquam triticum pios fideles cribrare expetit,
sed animas ad sese proclives penitus commovet et
exagitat. Quamobrem iterum bellum adversus Ec-
clesiam inconcussam suscitatur, et sacræ Christi
sanctorumque illius imagines exploduntur, quas
cum magnanimus noster tota lingua populum ho-
norare doceret et catholicæ orthodoxæque fidei
dogmata, non in privato, aut in domo, sed in pla-
teis cum libertate prædicaret, exturbatur atque
ejicitur e civitate in exsilium, ubi magnis in au-
gustiis versabatur, majores tamen angustias atque
afflictiones ipse proprio sensu sponteque subibat.
Non multo autem post, cessante malo, ac tempe-
state quiescente, concessis a Deo imperii fascibus
imperatoribus orthodoxis (12), iterum accersitur
secundum Deum. Ille vero non obtemperavit;

29. Sed quoniam hi vehementer instabant, ac
veluti admoto exercitu urgebant, ille vero repu-
gnare non valebat, præsertim quia magno cives
amore prosequeretur, frequentibus imperantium
precibus obedivit, atque exsilii tandem derelicto
loco, in Byzantinam urbem profectus est. Et nihilo-
minus cum aliorum honorum gaudio frui recusa-
ret, vix illum persuaserunt, ut ecclesiasticorum
negotiorum curam capesseret, sacriamque Ecclesiæ
supellectilem in suam fidem susciperet. Et forsitan
principibus non obtemperasset, nec propterea mi-
nisterium illud suscepisset, sed divino Ignatio (13),
qui plurima virtute ornatus, et ferventissimum pro
Christo zelum gerens, nuper patriarchatus guber-
nacula sibi credita susceperat, non obtemperare
non potuit. Illic, excellentissimam Josephi nostri vir-
tutem admiratus, eundem in laborum suorum par-
tem, et in rebus necessariis adiutorem assumere
studebat: et cum ministerii jam prædicti prætextum
invenisset, id quod cupiebat facile obtinuit. Fre-
quentes igitur cum eo sermones et colloquia misce-
bat, et ea quæ ignorabat, ab eodem addiscebat. Nihil
porro novi erat, si qua ineffabilium divinæ Scripturæ
mysteriorum viro illi essent ignota. Magno autem huic
Patri, et propter multum studium, et propter emi-
nentem puritatem et cogita erant, et eadem plurima cum dulcedine ac suavitate explicabat: id quod
donum est, ex iis, quæ a magno Apostolo commendantur, et nullius alterius doni indigere videtur.

30. Postquam autem magnus hic antistes se-
nectute laboribusque innumeris confectus emi-
gravit ad Deum, successit in ejus locum et patriar-
chalem dignitatem Photius, qui in publicis consiliis
in sententia ferenda, et propter sermonis copiam,

(11) Theophilum scilicet, ut in Prolegom. dictum.

(12) Sunt hi Theodora et filius ejus Michael. Men-
dum autem in Menologio Basilii imper. est, quod
non nisi Theophilo mortuo, Josephus scribatur ex
carcere ereptus D. Nicolai ope, iterumque ejectus in

κη. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πάλιν ὑπερόριος γίνεται, τὸ
οὐραῖον περιεῖλαντος τοῦ πτεροσκόπου Σατάν, καὶ
τὸν τότε πονηρὸν βασιλέα κινήσαντος. Οὐκ ἦν γὰρ
ἡρεμεῖν, τὸν ὡς αἶτον σινιάσαι ζητοῦντα τοὺς εὐσε-
βεῖς, ἀλλὰ παντοίως κινεῖ τὰς πρὸς αὐτὸν βεπούσας
ψυχάς. Ὅθεν καὶ πάλιν πόλεμος κατὰ τῆς ἀτινάκτου
πανταρχοῦν Ἐκκλησίας ἀναρρίπιζεται, καὶ τὰ ἱερὰ
μορφώματα Χριστοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ ἁγίων πάλιν
διώκονται, ἃ τιμᾶσθαι ὀλη γλώσση τὸ πλήθος ἀναδι-
δάσκων ὁ γενναιότατος, καὶ ἀνακηρύττων τῆς ὀρθοδο-
ξίας τὰ δόγματα, οὐκ ἐν οἰκίᾳ οὐδ' ἐπὶ δώματος, ἀλλ'
ἐν πλατείαις καὶ παρῶρησι, ἐξωθεῖται τῆς πόλεως,
καὶ ἦν ἐν ὑπερορίᾳ στενοχωρούμενος, μᾶλλον δ' ἐαυ-
τὸν οἰκειογνωμόνως στενοχωρῶν. Μετ' οὐ πολὺ δὲ λή-
ξαντος τοῦ καχοῦ, καὶ τοῦ χειμῶνος λωφῆσαντος, καὶ
ὀρθοδόξοις δοθέντων τῶν σκήπτρων βασιλευσιν ἀπὸ
θεοῦ, μετακαλεῖται αὐτὸς κατὰ θεὸν. Ὁ δὲ οὐ κείθε-
ται, τῇ ὑπερορίᾳ ὡς παραδείσῳ διὰ Χριστὸν ἡδυνό-
μενος.

elenim in exsilio paradisi dulcedinem degustabat

αθ'. Πλὴν ἐπεὶ ἐκεῖνοι μὲν ἐπέκειντο ἀντιβολοῦν-
τες τὴν ἀνάξουξιν, ὁ δὲ ἀντιτείνειν οὐκ εἶχε, διὰ τὸ
καὶ πρὸς τοῦς ἐν τῇ πόλει φιλόνηρωπον, εἶκει ταῖς
τῶν κρατούντων πικναῖς παρακλήσεσι, καὶ τὴν
ὑπερορίαν τῶς καταλιπὼν τῇ Βυζαντίδι ἐπιφοιτᾷ·
καὶ μόλις μὲν, πείθουσι δ' ὁμως, ταῖς ἄλλαις χαίρειν
εἰπόντα τιμαῖς, ἐκκλησιαστικῶν προστήναι πρα-
γμάτων, καὶ τὴν φυλακὴν ἐμπιστευθῆναι τῶν τῆς
Ἐκκλησίας ἱερῶν κειμηλίων. Οὐκ ἐπέθετο δὲ ἄρα
τοῖς ἄρχουσι, καὶ διὰ τοῦτο τὴν διακονίαν ἐδέχετο,
ἀλλ' Ἰγνατίῳ τῷ θεῖῳ (πολύς δὲ ἄρ' οὗτος τὴν ἀρι-
την, καὶ τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ ζῆλον θερμότατος), ἄρτι
τῆς ἀρχιερωσύνης ἐμπιστευθέντι τοὺς ὀλακας· ὅς
τὸ περιὸν τῆς ἀρετῆς τοῦδε τοῦ ἱεροῦ δυσωπούμενος,
ἐσπευθεν ἔχειν συγκοινωνῶν τῶν πόνων, κἂν τοῖς
ἀναγκαίοις συλλήπτορα· καὶ πρόφασιν τὴν διακονίαν
εὐράμενος, τοῦ ποθομένου ἐτύχανε. Καὶ ἦν ἐκεῖνος
συνομιλῶν θαυμά, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰ ἀγνωόμενα δι-
δασκόμενος. Καινὸν δὲ πάντως οὐδὲν εἶ τινα τῶν
ἀπορρήτων τῆς Γραφῆς μυστηρίων ἐκεῖνος μὲν
ἠγνοεῖτο, τῷ δὲ μεγάλῳ τῷδε Πατρὶ, διὰ τε τὸ πολὺ
τῆς σπουδῆς καὶ τὸ περιὸν τῆς καθάρσεως, καὶ
ἐγινώσχετο καὶ διηρθροῦτο μετὰ πολλῆς μελιχρότητος,
δὲ χάρισμα τῶν παρὰ τῷ μεγάλῳ Παύλῳ ὕμνουμέ-
νων ἐστίν, ἄλλου μὴ προσδεόμενον θεοῦ χάρισματος.

λ'. Ἄλλ' ἐπεὶ καὶ ὁ μέγας ἀρχιερεὺς οὗτος γῆρας
ἐταλαιπωρεῖτο, καὶ καμάτῳ πολυειδεῖ πρὸς θεὸν
ἐξεδήμησε, διαδέχεται τὸν τῆς ἀρχιερωσύνης θρόνον
ὁ Φώτιος, ὅς τῆς συγκλήτου βουλῆς ἐτύχανε τὸ
πρωτεῖον ἐπιφερόμενος, διὰ τε τὸ πολὺ τοῦ λόγου

exsiliium.

(13) S. Ignatius, qui colitur 23 octob., Methodio
successit, quarto post orthodoxiam restitutam
anno; pulsus et iterum restitutus, usque ad an. 879
sedem tenuit patriarchalem.

καὶ τὸ ὑπερβάλλον τῆς γνώσεως, καὶ ἅμα διὰ τὸ δεινὸν τοῦ νοῦς, καὶ πρὸς τὸ συνθεῖναι καὶ σκευάζει πράγματα ἐπιτήδειον, ἐξ οὗ καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ἱερωσύνης ἀπεκληρώσατο, ἵνα μὴ λέγω πάντα τὰ τοῦ ἀνδρός, καὶ που καὶ πρὸς διαβολὰς χωρήσω τοῦδε, ἀπὸ τοῦ πράγματος εἰς τοῦτο παρακινούμενος. Πλὴν ὅτι καὶ οὗτος τῷ μεγάλῳ τούτῳ Πατρὶ Ἰωσήφ τὴν ἴσιν ἐτήρει τιμὴν, καὶ τῷ μέτῳ τῆς καρδίας ὑπέκρυπτε, Θεοῦ ἀνθρώπων ὀνομάζων, καὶ ἰσαγγέλω κατὰ τὸ θεμιτὸν προσέχων αὐτῷ. Ἐνθεν τοι καὶ ὄκνην τὴν φροντίδα τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων αὐτῷ ἀναθέμενος, Πατέρα Πατέρων ἐκάλει, καὶ τοὺς τῶν πρώτων βαθμῶν ἀξιουμένους τῆς Ἐκκλησίας παρεκάλει τούτῳ ἀνατιθέναι τοὺς λογισμούς. Ὁ δὲ καὶ πᾶς ἐτέλει καὶ πρὸ τῆς πατριαρχικῆς παρακλήσεως. Ἦν γάρ, κατὰ τὰ Ἄσματα τῶν ἁσμάτων, κομιδῆ εὐφύης, ἀλώπεκας ἀμαρτημάτων κατέχειν σμικρὰς, καὶ ἀποκτένειν τῆς νοουμένης γῆς τοὺς ἀμαρτωλοὺς, ὃ φησὶν ὁ θεὸς Δαβὶδ, ναὶ δῆτα καὶ ψυχὴν ἐπιστηρίξει καὶ βεβαιώσασθαι, καὶ τὸν εἰς σαρκικὰς ὀρέξεις δίκην σφαίρας κατὰ πρηνοῦς κυλιόμενον ἀναστῆσαι τῆς ἀμαρτίας καὶ ποιῆσαι μεταρσίον. ἀλλὰ καὶ τὸν ἀπερικτυπῆται συζῶντα σχολῆ, καὶ ταῖς τῆς ἁγίας Τριάδος θεωρίαις περιλαμπόμενον, ἔτι πείσαι, μὴ χαλάσαι τὸ θεῖον πτερὸν, μηδὲ μετεωρισθῆναι, διὰ τὰς ἐν θεωρίαις παγίδας (δι' ὧν ὁ πτεροσκόπος οὐρανὸς πάθει τοὺς πολλοὺς πρὸς τὸ τῆς ἀπωλείας κατήγαγεν βάραθρον), γαλήνην μὲν διδάσκων ὅπως συνίσταται ἡ ψυχὴ, καὶ ὅπως τὰ φυσικῶς ἐγκατεσπαρμένα τῆς γνώσεως σπέρματα, πανταίως ἐν ἡμῖν κατὰ κράσιν καὶ ἰδιότητα μεταποιούνται τε καὶ ἐπαύξονται, πρὸς ὅπερ ἕκαστος πέφυκε.

sed ibi gradum sistat, et conquiescat, et ut ea semina scientiæ et cognitionis, quæ naturaliter seminata sunt, omnino in nobis, juxta temperaturam illam ac proprietatem commutentur et crescant, ad quam unusquisque naturaliter propensus est.

λα'. Καὶ τί μὴ λέγω τὰ μείζω καὶ τελεώτερα; Ἐώρα τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ γενναῖος, καὶ ἀπὸ μόνῃς τῆς ὕψεως ὁποιῶ πάθει ἕκαστος ἐδεσμεῖτο, μυστηριωδῶς προδιέγραφεν, ὁμοῦ μὲν ὑπεκκλίνων τὴν δόξαν, ἵνα μὴ τις τυχὸν ὑπολειφθεῖ παρὰ τοὺς πολλοὺς, ὃ τοῖς πᾶσιν ἄγγελος νομιζόμενος, καὶ ἵνα μὴ ἐντρέψῃ τὸν ἀμαρτάνοντα, καὶ διὰ τοῦτο ποιήσῃ πρὸς τὴν ἀμαρτίαν ἐπιβρεπέστερον· φιλεῖ γὰρ τὸ τέως κρυπτόμενον, καὶ ὡς αἰσχύνῃς ἔργον νομίζεσθαι· τὸ δὲ πρὸς πολλὰς ἀκοὰς ἐμπροσθεν εὐκαταφρόνητον τῷ ποιῶντι λογίζεσθαι.

λβ'. Ἀλλὰ γὰρ ἐπεὶ ἔδει καὶ τοῦτον, ἀνθρώπων ὄντα καὶ τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως περιχέμενον, μᾶλλον δὲ ἐν ὀστρακίνῳ σκευεῖ τοῦ σώματος τὸν μέγαν τῆς ἀρετῆς περικρύπτοντα μάργαρον, ἀναλύσαι πρὸς τὸν Θεόν, καὶ τῇ ἀληκτῷ μαρμαρυγῇ τῶν θείων θεωρημάτων ἀμέσως ἐνωραίζεσθαι· καὶ τῶν πολλῶν ἰδρώτων τὸν μισθὸν συγκομισσασθαι· νοσεῖ μὲν ὀλίγον, διὰ δὲ θείας ἀποκαλύψεως μυεῖται τὴν ἐκδημίαν, ἀγγέλου τούτῳ κατὰ τοὺς ὕπνους λαλήσαντος. Ὁ τῶν νηστεῶν τοίνυν παρωχῆκει καιρὸς, καὶ

et propter scientiæ excellentiam, et propter animi gravitatem primas obtinebat; et in concinnandis pertractandisque negotiis magnam habebat dexteritatem, unde et sacerdotis principatum sortitus est (ne loquar nunc de cæteris omnibus, quæ ad hunc virum spectant, et a proposito sermone ad calumnias divertam). Præterea hic etiam magno Patri Josepho æqualem honorem impendebat, et in medio cordis recondens eum hominem Dei appellabat, et tanquam angelo, quantum fas erat, eidem intendebat: omnem etiam ecclesiasticorum negotiorum curam ac sollicitudinem in eo reponens, Patrem Patrum vocitabat, et eos, qui in Ecclesia primos gradus habebant, hortabatur, ut in eo animi curas collocarent; quod sane etiam ante patriarchæ exhortationem omnes faciebant. Erat enim, secundum quod in Canticis canticorum scriptum est, admodum sedulus ac sollicitus in parvulis peccatorum vulpibus capiendis, et in spiritalis terræ peccatoribus, juxta Davidis dictum, interficiendis. Præterea animum assidue firmabat, ac stabilem reddebat, cumque in morem orbis seu spheræ ad carnales appetitus peccati tanquam in declive voveretur, retrahebat atque in sublime erigebat. Cumque quietissimo otio frueretur, et sanctæ Trinitatis visionibus illustraretur, nunquam remittebat, sed semper divinæ contemplationis alas intendebat; neque mente efferebatur, propter laqueos qui in visionibus reperiuntur, per quos versutus dæmon elationis vitio multos in ruinæ ac perditionis barathrum induxit, tranquillitatem præ se ferens ac docens, ne anima ulterius progrediatur,

31. Sed cur majora ac perfectiora præteream? Si quem generosus iste in oculis vultuque aspexisset, ex solo aspectu, quam passionem quisque detineretur, arcanis modis præsignabat, et simul gloriam declinabat, ne quis forte eum supra multos esse suspicaretur, qui ab omnibus angelus æstimabatur: et ne peccantem innutrit, ac soveret, atque ad peccandum faceret procliviores. Solet enim id quod adhuc occultum est, tanquam opus turpe censeretur: quod vero ad multorum aures pervenit, contemptibile ab eo qui peccat existimari.

32. Quoniam vero oportebat ipsum etiam, cum esset homo, et corpore humilitatis circumdatus esset, vel potius in vase fictili corporis magnam virtutis margaritam absconditam circumferret; oportebat, inquam, remeare ad Deum, et immensis divinarum contemplationum splendoribus immediate illustrari, multorumque sudorum mercedem reportare, cœpit aliquantulum ægrotare; per divinam autem revelationem sese hinc emigraturum intellexit, angelo id in somnis signifi-

⁶ Cant. II, 15.

cante. Cum igitur Quadragesimalis jejunii terminus adventasset, et salutiferæ Passionis magna, ac venerabilis Parasceve instaret, accepit libellum, in quo universæ gregis possessiones descriptæ erant; et assumens simul discipulum suum Theophanem, patriarchæ Photio utrumque commendavit, nihil ulterius verbis significans. Photius vero variis cogitationibus undequaque jactabatur, et quidnam hoc sibi vellet, animo revolvebat, quod non multo post intellecturus erat. Mortis enim præcedentia signa. (ardentissima scilicet febris) instar cuiuslibet vocis magni hujus fluem præmonstrabant.

33. Vehemens autem dolor erat illi gratiarum actionis occasio, ac dicebat: Benedico te, Deus, quia sub alis tuis intellectualibus custoditus sum; verum custodi me usque ad exitum spiritus mei; et concede mihi, ut sine errore ac deceptione aera tenebrososum, ac plantasmata, quæ in aere morantur, pertranseam, ne forte propter negligentias in vita mea admissas, gaudeat super me inimicus meus. Guberna etiam gregem tuum, o Verbum Dei, et dextera tua omnipotenti usque ad finem sæculi benedic filiis Ecclesiæ: stabili tranquillitatem Ecclesiis tuis largire: regale sacerdotium gratis tuis exorna: Belial sub pedibus diligentium te humilia: omnem hæresim tanquam mortiferam gangrænam ab Ecclesia expelle: et animæ meæ miserrimæ concede, ut sine ullo timore a corpore separetur. Novi, Domine, Spiritum tuum immaculatissimum non requievisse in me propter maculas impressas animæ meæ. Sed tu propter excellentissimam benignitatem tuam dissimula iniquitates meas, et in sortem primogenitorum, qui in cœlis ascripti sunt, connumera me. His dictis, benedixit illis qui aderant, et absentibus etiam fausta ac felicia apprecatus, immaculata sacramenta suscepit. Deinde paulatim manus extollens in cœlum, utpote omnium amatoris amicus, læta ac subridenti facie immaculatis Dei manibus purissimum spiritum commendavit.

34. Eodem tempore monachorum undequaque agmina congregata locum illum concursu suo coangustabant; et innumera multitudo commista ex illis, quorum ipse quoquo modo curam gesserat, convenit: quorum alius patrem deslebat, alius nutriticum, alius unimæ suæ sedulum curatorem, alius vero in rebus asperis ac difficillimis adiutorem miserabiliter ejulans deplorabat. Omnes autem, omnibus omnia factum, juxta magnum Apostolum, ut omnia lucrifaceret, lacrymis comitabantur. Ita funus illi persolutum est, et id quod luce dignum erat, copiosis cum luminibus sub terra absconditum fuit; angelis sursum exsultantibus, et veluti cum concive ac consocio suo collætantibus: omnibus vero deorsum gementibus, eo quod erga universos humanissimus semper fuisset. At vero dæmones in divinæ illius animæ ascensu exhorrescebant, atque interim aereas regiones derelinquentes procul aufugiebant. Et quidam ex longo

Α· ἡ τοῦ σωτηρίου πάθους μεγάλη καὶ σεβασμία ἐφεστήκει Παρασκευῆ· ἐν ἣ τὸ γραμματεῖον, ἐφ' ἧ αἱ πᾶσαι τοῦ ποιμνίου ἀναγεγραμμέναι κτήσεις ὑπῆρχον ἀράμενος, καὶ σὺν τούτῳ καὶ τὸν μαθητὴν Θεοφάνην παραλαβὼν, Φωτίῳ τῷ ἀρχιερεὶ παρατίθεται, μηδὲν τι πλεον ὁ γενναῖος προσημιγνάμενος. Ὁ δὲ παντοίως λογισμοῖς ἐπατάσαστο τὴν καρδίαν, καὶ τί ποτε τοῦτο ἐστὶ καθ' ἐαυτὸν ἐλογίζετο· οὐκ ἔμελλε δὲ πάντως ἐπὶ πολὺ ἀγνοεῖν· τὰ γὰρ τοῦ θανάτου προμηνυτήρια (κλύσος δὲ ἦν ταυτὶ πυρετός) ἀντὶ πάσης φωνῆς τὸ παρά τοῦ μεγάλου τελεσθὲν προεμήνυσεν

λγ'. Καὶ ἦν ἐκείνῳ ἡ ἀλγυδὼν εὐχαριστίας ὑπόθεσις, καὶ, Εὐλογῶ σε, ἔλεγεν, ὁ Θεός, ὅτι σου ταῖς νοηταῖς διαπεφύλαγμαί πτέρυξιν, ἀλλὰ συντήρησόν με καὶ μέχρι τῆς τελευταίας ἀναπνοῆς, καὶ ἀπλανῶς δὲ διαθῆναι τὸν ἀρχοντα τοῦ σκότους καὶ τὰ ἐν ἀέρι φαντάσματα, μὴ ποτε διὰ τὰς ἐν τῷ βίῳ τελεσθείσας ἀπροσεξίας ἐπιχαρσῆν ἔπ' ἐμὲ ὁ ἐχθρὸς μου. Κυβέρνησον δὲ καὶ τὸ ποιμνίόν σου, Λόγε Θεοῦ, καὶ τῇ σῇ παντοκρατορικῇ δεξιᾷ διεπε· μέχρι τερμάτων αἰῶνος, τὰ τέχνα τῆς Ἐκκλησίας εὐλόγησον· γαλήνην σταθερὰν ταῖς Ἐκκλησίαις σου δώρησαι, τὸ βασίλειον ἰεράτευμα ταῖς σαῖς κατακόσμησον χάρισι, ταπεινώσον τὸν Βελλίαρ ὑπὸ τοὺς πόδας τῶν ἀγαπώντων σε, πῆσαν ἀρεσιν ὡς ψυχολεθρίαν γάγγραιναν τῆς Ἐκκλησίας ἀπέλασον, καὶ δὲ τῇ παναθλίῳ ψυχῇ μου ἀταράχως διαζευχθῆναι τοῦδε τοῦ σώματος. Οἶδα, Δέσποτα, ὡς τὸ πανάχραντόν σου πνεῦμα, οὐκ ἀναπέπαυται ἐν ἐμοὶ διὰ τὰς ἀπομορχθείσας τῇ ψυχῇ μου κηλίδας· ἀλλὰ σὺ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν σου χρηστότητα πάριδέ μου τὰς ἀνομίας, καὶ κλήρω τῶν πρωτοτόκων τῶν ἀναγεγραμμένων ἐν οὐρανῶς συναρίθμησον. Εἶπε ταῦτα καὶ τοὺς παρόντας εὐλόγησας, καὶ τοῖς ἀποῦσι τὰ ἐξιτήρια ἐπευξάμενος, εἶτα καὶ τῶν ἀχράντων μεταλαβὼν μυστηρίων, ἤρέμα τε τὰς χεῖρας ἄρας εἰς οὐρανόν. Καὶ οἶον πρὸς ἐραστὴν ἐλόμενος ἀπάντων, παιδρῶ καὶ ὑπομειδιῶντι προσώπῳ, χερσὶν ἀχράντοις Θεοῦ τὸ πανάχραντον πνεῦμα παρέθετο.

λδ'. Ὅτε καὶ πανταχόθεν τὰ σμήνη τῶν μοναχῶν κατὰ ταυτὸν ἀθροίζόμενα, κατεστενοχώρουν τὴν τόπον τῇ συνδρομῇ, καὶ τὰ μυριάμικτα πλήθη, ὧν ἐκεῖνος ἐπεμελεῖτο παντοίως, ὁ μὲν τὸν πατέρα ἐπολοφυρόμενος ἦν, ὁ δὲ τὸν τροφέα, ἄλλος τὸν τῆς ἰδίας ψυχῆς ἐπιμελητὴν, ὁ δὲ τὸν ἐν δειγοῖς ἐπίκουρον στερονοτυπῶν ἐλεεινῶς ὠλοφύρετο, πάντες δὲ τὸν πάντα πᾶσι γινόμενον ἵνα τοὺς πάντας κερδίσῃ, κατὰ τὸν μέγαν Ἀπόστολον. Καὶ διετελεῖτο ἡ ἐκφορὰ, καὶ τὸ φωτὸς ἀξίον ὑπὸ δαψιλεῖ τῷ φωτὶ ὑπὸ γῆν κατεκρύπτετο, ἀγγέλων ἀνωθεν προσκίρτωντων καὶ οἶον ἐπαγαλλομένων τῷ συμπολίτῃ, καὶ συνθιασώτῃ αὐτῶν, ἀνθρώπων κάτωθεν οἰμωζόντων διὰ τὸ ἐκεῖνου πρὸς πάντας φιλόανθρωπον, δαιμόνων φριττόντων τῇ ἀνόδῳ τῆς θείας ἐκεῖνου ψυχῆς, οἱ τῶς τὸν ἀέρα καταλιπόντες ἀπεδίδρασκον κόρρωθεν· καὶ τινες ἀπὸ μακρᾶς ὁδοπορίας ἄρτι πρὸς τὴν ἐνεγκαμένην μεταφοιτῶντες, ὠλοφυρμῶ ἀερίου ἠσθάνοντο, τάχα τῶν πονηρῶν οἰμωζόντων, διὰ τὸ μὴ στέγειν τὴν ἀνοδὸν

ἰὴρ ἅπας καθιγιάζετο καὶ γῆ τῆ καταθέσει τοῦ σώ-
ματός·

cum gemitu abeuntibus, eo quod illius ascensum
sanctificabatur, atque etiam terra corporis illius depositione.

λε'. Καὶ τις ἀνὴρ, συνήθης ὡς τὰ πολλὰ τῷ ἁγίῳ,
καὶ βίῳ λόγον κοσμῶν, καὶ τῷ λόγῳ τὸν βίον καθ-
ωραζῶν, ἐψέει κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐκδημίας τῆς μα-
καρίας ἐκείνης ψυχῆς (πρόβρω γὰρ ἦν), φωνῆς ἀκούειν
καλοῦσης αὐτόν· "Ἐξίθι, καὶ βλέπε παράδοξα καὶ
θεῖα μυστήρια· ἀμέλει καὶ τῆς οικείας, ὡς ἐδόκει
ἐκείνῳ, ὑπὸ τῆς φωνῆς ἀφυπνισθέντι καὶ ἐξίοντι ὄρα-
σαι τι φόβον καὶ χαρὰν ἐμποιοῦν θέαμα. Ἐφαίνετο
γὰρ ὅλον τὸ κῦτος τοῦ οὐρανοῦ διασχίζομενον σώμα-
τος, τὰ δὲ τάγματα τῶν ἀγίων ὀμιλησθῶν τῆς μακαρίας
περιοχῆς ἐξερχόμενα, οὐ καθ' ἑνωσιν μίαν καὶ τὴν
αὐτήν, ἀλλὰ προηγείτο μὲν ἡ τῶν ἀποστόλων ἀκρό-
της μετὰ τῆς ὄλης αὐτῶν ὀμηγύρεως, μάρτυρες δὲ
μετὰ τούτους συνεφερόμενοι κατεφαίνοντο, καὶ καθ-
εξῆς οἱ προφήται, καὶ τῶν ἄλλων ὁσίως βεβιωκότων
τὰ στίφη, καὶ ὁ τῶν διαπρεψάντων ἐν ἀγιωσύνῃ καὶ
ἀρχιερωσύνῃ παναγιώτατος σύλλογος. Ἐώρα γοῦν τὸ
γινόμενον ὁ ῥηθεὶς ἐκεῖνος ἀνὴρ, καὶ ὅλος ἦν ἐκπλή-
ξεως καθορῶν· ἀλλ' οὐκ ἠδύνατο συμβαλεῖν τῷ παρα-
δόξως γινομένῳ θεάματι, ἐνθεν τοι καὶ διηπορεῖτο
καθ' ἑαυτὸν, Τί ποτέ ἐστι τὸ ὀρώμενον; Καὶ δὴ τῆς
προτέρης ἐδόκει καὶ αὐθις ἀκούειν φωνῆς· Νῆφε,
ἄνθρωπε, ἰδοὺ τὸ ὀρώμενον πρόδηλον· ἤκουε ταῦτα·
καὶ ὄρα νεανίσκους τέσσαρας τὸν ἀριθμὸν, πτερὰ
περικειμένους ἐπὶ τῶν ὤμων, καὶ ὡσπερὶ τινα κή-
ρην ἄρτι καλὸν καὶ ἠδὺ ἀπολάμπουσαν ἐν μέσῳ κατ-
έχοντας, καὶ τοῖς τῶν ἀγίων ἐκείνων χοροῖς διακε-
λευομένους καὶ λέγοντας· Δέξασθε μεθ' ὀμῶν τὴν
μακαρίαν ταύτην ψυχὴν, ἥτις ὀμῖν πολλὰ διμελ-
ώδησε μελωδήματα, μετὰ καὶ τοῦ τὸν ὀμέτερον βίον
ἀπομιμήσασθαι. Καὶ πάντας ἑώρα ταύτην ἀσπαζο-
μένους περιχαρῶς, προηγησαμένης τῆς Μητρὸς τοῦ
Θεοῦ.

λε'. Ἀμέλει καὶ πάλιν διηπόρει ὁ ἀνθρώπος, Τίς
ποτέ δὲ αὐτῆ ἡ τοσαύτης τῆς δόξης ἀπολαβοῦσα, καὶ
τῆς ὑπὲρ λόγον τιμῆς; Καὶ ἀκούει τῶν φερόντων
ἐκείνην ἀγγέλων διαπρυσίῳ φωνῆ· Οὗτός ἐστιν Ἰω-
σήφ, Ἰωσήφ τῶν Ἐκκλησιῶν ἡ εὐπρέπεια, ὅς ἀπο-
στόλων τὸν βίον καὶ τῶν μαρτύρων ἐν βίῳ καλῶς μι-
μησάμενος, ἀλλὰ καὶ πάντας τιμήσας τῆ δεδομένη
τούτῳ παρὰ τοῦ Πνεύματος χάριτι, φερατὰ τε θεῖα
τούτοις ἀξίως τῆς οικείας σοφίας καὶ γνώσεως πλέ-
ξης, παρὰ τούτων αὐθις ἀντιτιμᾶται, ταύτην ὀπαν-
τὴν πρὸς οὐρανοὺς εἰσιτήριον, οὕτω Θεοῦ διατάξαν-
τος, ἵνα μηδεὶς τῶν ἀπ' αἰῶνος ἀγίων ἀπῆ, ὥστε
πάντας ὀμοῦ συνδραμόντας τελῆσαι τὸν ἐπιδατήριον
τῷ γενναίῳ τούτῳ ζηλωτῇ τε καὶ μιμητῇ. Ἀλλὰ γὰρ
καὶ ἐτι βλέπε καὶ τὰ τούτων παραδοξότατα· καὶ
ἄμα ἔλεγον, καὶ ὅλος οὐρανὸς ἐξεκένωτο, καὶ τάξεις
πάσαι τῶν οὐρανίων δυνάμεων, ἐντίμως ἄγαν καὶ
εὐλαθῶς κατησπάζοντο. Καὶ οὐκ ἐτι δυνατὸς ὄρα
ἦν ὁ τῆς θεωρίας ταύτης καταξιωθεὶς τὰ ἐπέκεινα,
ὑπὸ πολλῆς ἀγωνίας ἰδρῶτι λεπτῷ πανταχόθεν κατα-

A itinere nuper advenientes, gemitus flatusque voces
in aere audiverunt, celeriter pessimis spiritibus
Universus autem aer san-

35. Vir autem quidam sancti hujus consuetudine
clarus, qui vita sermonem exornabat, et sermone
vitam decorabat, atque illi valde similis erat; per
illud tempus, quo bestia illius anima emigrabat,
cum procul esset, vocem audivit vocantem se, ac
dicentem: Egredere ac vide mirabilia, et divina
mysteria. Denique a familiari voce, ut sibi vide-
batur, expergefactus, et egressus, visionem quam-
dam timore gaudioque plenam conspexit. Universa
enim caeli latitudo discindi videbatur, atque ex
beato illo sinu turmatim sanctorum ordines exire,
non quidem uno eodemque modo; sed primo qui-
dem apostolorum summitas cum universo illorum
caelu prodibat: post hos autem martyres conse-
quentes apparebant: prophetæ deinceps, et aliorum
sanctorum qui olim vixerant, acies, et pontificia
dignitate insignes fuerant, sanctissimum collegium
visebatur. Aspiciebat ergo vlr prædictus id quod
fiebatur, totusque stupore plenus erat, dum aspiceret,
non tamen poterat plene assequi atque intelligere
spectaculum illud admirandum; propterea mente
dubia atque hinc inde agitata aiebat ipse secum:
Quidnam est hoc quod ego video? Tunc visus est
sibi ipsi vocem illam, quam antea audiverat, ite-
rum audire dicentem sibi: Evigila, o homo, ecce
manifestum est id quod vides: audi hæc. Tunc
vidit quatuor juvenes habentes alas circa humeros,
et veluti puellam quamdam pulchritudine ac suavi-
tate undique perfusam tenentes in medio, atque
illorum sanctorum choris præcipientes ac dicentes:
Suscipite vobiscum beatam hanc animam, quæ
vobis plurimas cautiones suavissime modulata est,
vestramque vitam imitata est. Et simul videbat
illos omnes eam amplexantes magna cum lætitia,
Matre Dei principium hujus rei faciente

36. Porro rursus homo cœpit ambigere, ac se-
cum colloqui: Quænam hæc est, quæ tanta fruitur
gloria atque ineffabili honore? Audivitque angelos
ipsam ferentes dicere sibi voce perspicua: Hic est
Joseph, Joseph Ecclesiarum decus et ornamentum,
qui apostolorum ac martyrum vitam vita sua præ-
clare imitatus est, et insuper universos illos hono-
ravit per gratiam sibi a Spiritu sancto tributam:
et cantica divina sapientia ac scientia sua digna,
in eorundem laudem modulatus, vunc ab ipsis
vice versa honoratur: ita Deo ordinante hunc oc-
cursum in primo illius ad cœlum ingressu, ut
nullus sanctorum qui fuerunt unquam a sæculo,
absit, sed omnes simul concurrentes, generosum
hunc zelotem et imitatore deducant, atque illi
ad cœlos ascensum faciant. Verum, aspice præte-
rea ad hæc summe maximeque admiranda. Hæc ait,
et universum cœlum evacuatam atque exinanitam
est, omnesque ordines cœlestium potestatum egres-
sæ, illum magno cum honore ac reverentia am-

plexabantur. Neque ulterius vir ille videre potuit, qui hujusmodi spectaculo dignus factus fuerat, ob multam agoniam, animique angustiam minutissimo sudore undique stillante perfusus. Quænam sunt hæc? Ad sanctissimam Trinitatem admissio atque accessus ut eam adoraret; astare cum angelis ante illam: ineffabilis de eadem scientia illi sine medio infusa, propter communicationem sine ullo velamine.

57. Neque verò novum aliqua ex parte videri debet, si hujusmodi honore in ascensu suo ad cælum dignus factus est. Ab illis enim honoratus est, cum quibus illum semper honorari justum est. Etenim illorum vitam sedulo descripsit atque elaboravit; cum apostolis tanquam apostolus connumerandus; cum martyribus tanquam martyr, qui licet cruorem non effuderit, graviorem tamen laborem toleravit in ea vita, quam sibi elegit et in qua diu duravit, lætus sustinens familiare martyrium, quod ipse tantum noverat: cum confessoribus tanquam confessor sanctam animam usque ad imaginationem castam puramque efficiens: cum iis qui futura prævident, tanquam non expers gratiæ prædictionis futurorum, plus habens quam omnes alii (ut aliquid plus beato huic gratificer); nam supra omnes alios ipse animum apposuit ad pangendas encomiasticas cantiones per suavissimam atque ornatissimam melodiam: ipse vero ab omnibus meruit in cœlestem thalamum cum honore, nulli alii concesso, ascendens deduci. Magis ergo et fruitur, et confruitur cum illis honore ac splendore a sanctissima Trinitate sibi communicato, cui astans, et pulchritudine, quæ lucem omnem superat, oblectatus, memor sane est nostri, qui illum honoramus, et assidue pro nobis precatur, ut nos

38. Verum, o Dei famule fidelissime, compesce ac seda in nobis acerrimum carnis prælium, et impetra, nobis tuis apud Deum intercessionibus, mentem ab omni phantasmatum perturbatione semper immunem: habes enim confidentiam multam ac libertatem, quippe qui animam tuam beatam pro sancta illius imagine posuisti, sanctosque illius sanctis laboribus tuis honorasti, cum quibus intercedis pro nobis, qui semper protectorem ac præsidem te habere rogamus: et mentem nostram splendore perfundis, spiritaliter informans ad mystica spiritus melodiam, ut exteriorum cantum cum interiori conjungat, et beatissimum Deum suavissimo cantu collaudet secundum occultam atque intellectualem musicam ac modulationem, in loco quidem incolatus per typum et imaginem, in futuro autem sæculo intellectualiter atque arcane in ipso cula. Amen

σταζόμενος. Τίνα ταῦτα; Ἡ πρὸς τὴν ἁγίαν Τριάδα εἰσαγωγή καὶ προσκύνησις, ἡ μετὰ τῶν ἀγγέλων παράστασις, ἡ ἀβρόχτος γυνῶσις αὐτῆς αὐτῷ κεχυμένης ἀμέσως, διὰ τὴν χωρὶς παραπετασμάτων ἀνάκρασιν.

λζ'. Καινὸν δὲ πάντως οὐδὲν εἰ τοιαύτης ἐν τῇ ἀνόδῳ τιμῆς κατηξίωτο· παρά γὰρ τούτων τετίμηται, ὅς ἀεὶ συντιμᾶσθαι δίκαιόν ἐστιν, ὅτι καὶ τούτων τὸν βίον ἀπηκριθώσατο, τοῖς ἀποστόλοις συναριθμούμενος, ὡς ἀπόστολος· τοῖς μάρτυσιν ὡς μάρτυς ἀναίμακτος, ὅτι τὸν πόνον μᾶλλον ἐπέτεινε τῇ τῆς ζωῆς ἀποκληρώσει, καὶ παρατάσει τῷ οἰκείῳ τοῦ συνειδότης μαρτυρίῳ ἐπαγαλλόμενος· τοῖς ὁσίοις ὡς ὁσίος, ἀγνὴν τὴν ἁγίαν ψυχὴν καὶ μέχρι φαντασίας ἀπεργασάμενος· τοῖς προορῶσι τὰ μέλλοντα, ὡς τῆς προῤῥήσεως οὐκ ἀμοιρῶν τοῦ χαρίσματος· πλεονέχων ἀπάντων (ἵνα τι πλεονεξίᾳ μακαρίῳ χαρίσωμαι), ὅτι τοῖς ἄλλοις πᾶσιν αὐτὸς ἐπέθηκε διὰ τῆς ἐμμελοῦς μελωδίας τὴν ψυχὴν, εὐκόσμως ἀγούσαν ἐγκωμιαστικά μελωδήματα. Αὐτὸς δὲ παρὰ πάντων μίαν ταύτην τιμὴν εἰσβατήριον εἰσοθρανίου παστάδος [ἀπεκεκλήρωτο], μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἀπολαύει, καὶ συναπολαύει τούτοις τῆς παρὰ τῆς ἁγίας Τριάδος τιμῆς τε καὶ λαμπρότητος· ἢ παριστάμενος, καὶ τῆς ὑπερφώτου κατατροφῶν ὠραιότητος, μέμνηται μὲν ἡμῶν τῶν τιμώντων αὐτὸν, ἀντιβολεῖ δὲ διηνεκῶς ὅπως καὶ ἡμεῖς ἀβρόχως τὴν τοῦ βίου διαπεράσαντες θάλασσαν πρὸς τὸν ἀκλυστον λιμένα καθορμισθήμεν.

λη'. Ἄλλ', ὦ Θεοῦ θεράπων πιστότατε, παῦσον τὸν ἐν ἡμῖν τῆς σαρκὸς ἰσχυρώτατον πόλεμον, καὶ δίδου ταῖς σαῖς πρὸς τὸν Θεὸν παρακλήσεσιν, ἀφάνταστον ἡμῶν διατηρεῖσθαι τὸν νοῦν· ἔχεις γὰρ παρρησίαν πολλήν, ὡς θετικῶς τὴν σὴν μακαρίαν ψυχὴν ὑπὲρ τῆς ἁγίας εἰκόνοσ αὐτοῦ, ὡς τιμήσας τοὺς ἁγίους αὐτοῦ τοῖς σοῖς ἀγίοις πονήμασι, μεθ' ὧν πρὸς θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν, τῶν σὲ προστάτην ἔχειν ἐπευχομένων ἀεὶ, καὶ ἐλλάρμοις ἡμῶν τὸν νοῦν νοερῶς τυπῶν πρὸς μυστικὴν μελωδίαν τοῦ Πνεύματος, ἵνα συμφωνοῖται τὰ ἔξω τοῖς ἐνδοθεν, καὶ τὸ μακάριον ἔδος κατὰ τὸ κρυπτόν καὶ νοούμενον ἐμμελῶς μουσουργημα καὶ μελωδήμα, ἐν μὲν τῷ τόπῳ τῆς παροικίας εἰκονικῶς τε καὶ τυπικῶς, ἐν δὲ τῷ μέλλοντι αἰῶνι νοερῶς καὶ τελεστικῶς, ἐν αὐτῷ Χριστῷ, τῷ σε τιμήσαντι καὶ δοξάσαντι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἄμην.

Christo, qui te honoravit et glorificavit in sæ-

SANCTI JOSEPH

HYMNOGRAPHI

SICULI, SYRACUSANI, ORDINIS D. BASILII MONACHI

MARIALE

Quo ejusdem S. Josephi de augustissima cœli terræque Regina Deipara Virgine Maria opera quæ reperiri potuerunt omnia ex Græcis mss. codicibus collecta, Latine reddita * notisque illustrata, nunc primum publicantur studio ac labore P. HIPPOLYTI MARRACCHII, Lucensis, ex congregatione Clericorum Regularium Matris Dei.

Romæ, typis Ignatii de Lazaris MDCLXI.)

EMINENTISSIMO PRINCIPI

D. BENEDICTO ODESCALCO, SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ CARDINALI AMPLISSIMO
HIPPOLYTUS MARRACCHIVS FELICITATEM PRECATUR.

S. Josephi Hymnographi, Ecclesiæ Græcæ luminaris omnino clarissimi, Mariate, quo ejusdem S. Josephi, de augustissima cœli terræque Regina Deipara Virgine Maria, opera omnia, quæ reperiri potuerunt, ex Græcis manuscriptis codicibus collecta, Latine reddita, notisque illustrata continentur, in publicam mundi lucem, splendoremque deducturus, votis omnibus, ac toto cordis conatu, tuæ illud curæ ac patrocinio commendo. Princeps eminentissime; ut ipsum satis per se clarum, tui quoque nominis ac protectionis fulgentissimo jubare illustratum, Christianæ reipublicæ utilitati possit dignius, ac nobiliter inservire. Non tibi offero vilem tenuemque ingenii mei opellam, tuæ purpuræ majestate ac dignitatis fastigio indignam; sed opus omnino eximium, ac prorsus egregium venerandæ antiquitatis monumentum, quod e latebris, in quibus per septem et amplius sæcula, alta oblivione sepultum jacuit, prodens in apertum, sub tui tutissimi patrocini ac clarissimi nominis auspiciis laud indecore sese asseret in lucem. Desint ei licet offerentis dignitas et meritum, opus est Josephi Hymnographi qui cum non solum a terræ regibus, sed a cœli civibus, miro modo fuerit honoratus: Imo cum ab ipsa augustissima Dei Matre, ex indulgentissima pietate, suo fuerit amplexu dignatus: quis, quamvis magnus, sibi ducere potest inglorium, tanti riri operi in lucem publicam prodeunti, sui nominis, ac dignitatis auctoritate, tutelæ suæ gratiam, ac patrocini favorem impartiri? Insuper opus est de Deipara Virgine, quæ cum sit Dei altissimi Mater, et creaturarum omnium Domina, quis, quamvis eximia dignitate resurgens, in summa felicitate, maximaque beatitudinis parte repositum non arbitretur, rebus, quæ ad ipsam pertinent, et quæ ipsius cultum ac honorem tangunt, posse aliquod patrocini genus impendere, ac servitutis specimen exhibere? præsertim cum certum omnino sit, ad summi Dei gloriam pertinere, quidquid Genitrici suæ fuerit impensum: atque augustissimam Dei hominis Parentem, patrocinium sibi exhibitum, munifica semper patrocini sui exhibitione vicissim compensare. Nihil igitur dubito, Princeps eminentissime, te huic Josephino, simulque Mariano operi, quod tibi humiliter offero, tui suffragii ac patrocini gratiam promptissime ac libentissime præstiturum; nam licet, prout est a me, mortalium infimo, summæ tuæ benignitatis argumentum ducat, si tu illud vel solum respicere digneris; attamen, prout est Josephi, qui talis ac tantus est, ut sis tuo favore atque honore dignissimus: et prout est de Deipara, quæ innumeris gratiis in te collatis, jam totum tuum ad se pertraxit affectum; totum, velut jure suo tuum sibi vindicat patrocinium. Pietatem erga Deiparam a majoribus tuis, Mariano cultui semper addictissimis, velut præclaram hæreditatem in te transfusam lætanter accepisti: et ab ipso indite rationis usu, tanto studio, et benevolentia augustissimam Dei Matrem amplexus es, ut in ejus obsequiis supra multos, etiam obsequentissimos, eminueris. Equidem quamvis in familia tua Odescalca, quæ in Germanorum oris antiquitus nata est, et postmodum in Italia fuit splendida propagata, avitæ nobilitatis tesseram, atque inclyti generis claritatem non parum suspiciam, magis tamen suspicio obsequentissimum studium, ac ardentissimum pietatis affectum, quo majores tui se totos Deiparæ Virgini addictos atque emancipatos declararunt. Quoniam vero epistolæ dedicatoriæ brevitati inserviendum, et volumen integrum non sufficeret, si omnes essent tuæ prosapiæ recen-

* Græca ex Menæis et Menologiis aliisque liturgicis Græcorum libris addidimus. Quæ vero Marraccius ex codicibus mss. expresserat, delicenter Græco, Latine et nos damus. EDIT. PATR.

ndi, qui incredibili erga Dei Matrem ardore æstuarunt, et tenergima prorsus erga eandem pietate eniuerunt; dæos solum e tuis, levi tantum calamo delibabo, erga augustissimam Dei Matrem flagrantissimo affectu conspicuos, a probæ notæ scriptoribus recensitos, ac summis etiam laudibus celebratos; nempe Paululum Odescalcum, utriusque signaturæ referendarium, episcopum Pennensem, et Adriensem; qui auditor generalis cameræ apostolicæ, et apud multos principes Christianos (nomindtini apud Hispaniarum regem) sedis apostolicæ nuntius, et gubernator provinciarum, et totius ecclesiasticæ dititionis visitator generalis, post multos pro Romana Ecclesia sumptos labores, et operam egregie navatam, obiit anno Domini 1585, Idus Februarii. Et Petrum Georgium Odescalcum, protonotarium apostolicum, utriusque signaturæ referendarium, majoris præsentia abbreviatorem, brevium justitiæ præfectum, Alexandriae primum, deinde Vigevani episcopum, atque apud Helvetios sedis apostolicæ nuntium, virum omnino eximium, et compluribus litterarum monumentis æternitati meritissime consecratum; qui majores honorum gradus meritis, quam adeptus, cursum vitæ consummavit anno post natam de Virgine Salvatorem 1620, die 6 Maii. Porro Paulus Odescalcus, cum esset augustissimæ cælorum Reginae constantissima pietate, atque immutabili devotione devinctus (a), jussu Gregorii XIII Pontif. Max. electus est, ut Joannam Austriacam, Ferdinandi Cæsaris filiam, eandemque Francisci, magni Estrariæ ducis, uxorem, Lauretum euntem, tota pontificia dititione, regio cultu exciperet, et ad optatissimam Virginis ædem deduceret: cum congruum omnino esset, heroinam præstantissimam, summa benevolentia, summoque erga Deiparam Virginem animi affectu prædicandam, a viro excipi, deducique, qui esset augustissimæ Dei Matris Virginis Mariæ cliens omnino eximius, ejusque cultui obsequioque penitissime addictus. Idem quoque Paulus, cum Rosarium B. Virginis a pueritia ipsa in amoribus habuisset, a Pio V Pontif. Max. ad Joannem Austriacum, Caroli V Cæsaris filium (b), et Catholicæ exercitus contra Turcas imperatorem, jure merito fuit Nuntius destinatus, ut inter alia pia munera, in classiarios omnes cum fausta victoriæ appreciatione distribuenda, ipsi Austriaco ejusdem B. Virginis Rosarium deferret. Quod porro Rosarium, dum de ejusdem pontificis mandato in tantæ principis manus consignaret, his dictis, ex cordis penetrati intimo, ac e totius fiduciæ soliditate expromptis, usus est: « In hoc signo vinces. » Hæc autem verba, ut Constantino olim, ita tunc Austriæ fuisse certam e cælo futuræ victoriæ sponsonem, vel postea demonstravit eventus. Nam Austrius, cum Rosarium ab Odescalco accepisset, divina quadam virtute et robore confortatus, Deo et beatissimæ Virgini confidens, omnes trirentes et naves visitans, milites, duces et principes, qui ibi aderant, confirmavit, simulque ad pugnam strenue excitavit, et postmodum, ejusdem præsertim Rosarii virtute, de potentissima Turcarum classe ad Echinadas insulas gloriosissimam victoriam reportavit.

Petrus vero Georgius Odescalcus, vir ab eximia in Mariam Deiparam Virginem pietate et religione æternum prædicandus, inter alia plane innumera, quibus ardentissimum erga magnam Dei Matrem studium declaravit (c), litterarum monumentis ad posteros transmisit opus plane egregium, et ab omnibus Mariano cultui mancipatis assidue legendum, sub titulo (d): Institutum devotionis ad honorem beatissimæ Virginis Mariæ; atque insuper extra urbis Alexandrinæ mœnia, in ejusdem beatissimæ Virginis Mariæ honorem tria templa construenda dicandaque curavit. Hæc autem de tuis solummodo delibasse contentus (nam ut oratione de sua in presbyterum designatione verissime dixit Chrysostomus: « In pretiosis unguentis, non tantum si quis effundat lecythum, verum etiam si quis vel summis digitis superficiem attingat, et aerem novo odore tinxit, et quotquot adsunt fragrantia suavitare replevit. » Quid de te dicam, princeps eminentissime, qui omnium majorum tuorum pietatem erga Deiparam, una cum aliis præstantissimarum virtutum ornamentis, non solum æquare, sed etiam superare studuisti? Dicerem te Ecclesiæ S. Mariæ de Montibus, ad potentissima miraculorum signa, quæ ibi quotidie in Matris suæ gratiam demonstrat Deus, in urbe sanigeratissimæ, non sine speciali divinæ providentiæ consilio, protectorem fuisse meritissime constitutum; cum eo existas erga Deiparam Virginem affectu, ut in omnia, quæ tantæ Matris honorem ac reverentiam tangunt, magis promo ac incenso animo rapiaris, quam ad magnetem ferrum, atque ad solis rotam rapiatur heliotropium. Prædicarem propensum voluntatis tuæ studium, ac cordi tuo insitam teneritatem erga augustissimum Lauretanæ Virginis sacrarium, in quo Deipara genita, et educata, et in quo Verbum caro factum est; cum illud non solum religiosissime invideris, sed etiam in beneficiorum Lauretanæ Virginis erga te signum (ipsa enim votis tuis benigne annuente, fuisti a gravi gutturalis suppurationis ægritudine persanatus) aureis donis, tua pietate et magnificentia dignis, honestaveris. Celebrarent te, adjutum præsertim ope Deiparæ, quam singularibus obsequiorum generibus, magnisque devotissimi affectus significationibus tibi assidue demereri procurasti; Novariensem episcopatum, legationem Ferrariensem, atque alia munera a sede apostolica tuæ curæ commissa, summa semper cum prudentia, atque integritate administrasse: ac ejusdem Deiparæ tibi patrocinio favente, te in omnibus fuisse semper in judicio rectum, in moribus inculpatum, in gratiis et beneficiis promptum, erga subditos benignum, in pauperes magnificum, animo candidum, corde sincerum, vita purum, et ut verbo dicam, in omnibus virum tui nominis benedictum: nisi hæc, et complura alia devotissimæ mentis tuæ erga Dei Matrem testimonia, et splendida ejusdem Dei Matris erga te Clementiæ monumenta, quæ solo veritatis affectu urgente, sine ulla assentationis nota scribere possem,

a) Tursell. in Hist. Lauret. lib. iv, cap. 25,

(b) Hyacinthus Choquetus in Triumpho Rosar. cap. 9.

(c) Ughellus in Italia sacra, tom. IV.

(d) Hieronymus Ghilinus in Theatro Virorum litteratorum, et alii.

tacitus præterire omnino cogerer, ob singularem tui animi modestiam, quæ magnis tuis laudibus hanc adjunxit, laudis odium. Implere enim gloriose satagis inclytam tui cognominis Odescalci appellationem, quæ a calcatione odarum, id est laudum, non incongrue derivatur: atque ideo odas, id est laudes, quamvis tuæ virtuti omnino debitas, atque a sincera confessione laudantium tibi exhibitas, generoso humilitatis pede calcare non desinis. Omnia igitur tuæ modestiæ concedens, et ea, quibus de te meus calamus, a sola veritate impulsus, non unam paginam posset ornare, in intimo mentis recessu, ibidem æternatura, recondens: solum mihi a te concedi exire peto, mihi que nullo pacto denegari ardentissime desidero, posse scilicet in fine hujus epistolæ huic S. Josephi Hymnographi operi Mariano, ac tibi etiam ipsi, ex cordis intimo saltem breviter gratulari. Gratulor igitur huic operi, Princeps eminentissime, eo quod in mundi conspectum prodiens, ex providentissima Dei benignitate te sortitum sit patronum, quo in Deiparæ cultu, et cæteris etiam omnibus Christianarum virtutum ornamentis, vix majorem melioremque optare potuisset: et gratulor etiam tibi, quia Joseph meus (ut firmum apud me est) tuum suo operi exhibitum patrociniæ honorem, grata sit semper memoria, et sollicita apud Deum prece, prosecuturus: atque augustissima cælorum Regina, dum operi quod ejus laudes et encomia continet, protectionis tuæ favorem impendis, hoc valida vicissim protectionis suæ erga te exhibitione, et dignis e cælo muneribus sit affluentissime compensatur.

Vale interim publico bono magnæ Dei Matris cliens amantissime, et me famulum tibi deditissimum, totamque congregationem meam, tuis obsequiis addictissimam, solita benignitate prosequere.

Romæ, ex ædibus S. Mariæ in Campitello, anno salutis 1661, die 6 Januarii.

LECTORI.

Pauca, amice Lector, de auctore hujus operis, ac de opere ipso tecum præfabor, audire si libuerit. Quis ac quantus fuerit S. Josephus Hymnographus, cujus Mariana monumenta nunc primo spectanda tuis oculis objicio, ex iis quæ de ipso in principio hujus operis appono (ne in hoc vestibulo te longius morer) erit, ut spero, tibi satis superque manifestum. Josephi Vita, per Joannem Magnæ Dei Ecclesiæ Constantinopolitanæ diaconum ac oratorem composita, quam exhibeo, exstat Græce ms. in perantiquo codice amplissimæ bibliothecæ Vaticanae, et inde excerpta, per P. Ludovicum Marraccium, meum conjunctione sanguinis, ac religionis professione, fratrem germanum Latine reddita est. Exstat eadem in Græco ms. codice monasterii S. Salvatoris apud Messanam, atque a Patre Augustino Floritio Soc. Jesu in Latinum translata, edita est Panormi, superiori anno 1657, una cum tomo secundo operis *De Vita SS. Sicularum P. Octavii Cajetani ejusdem Societatis. Vita Josephi*, quam ex Menæis produco, per eundem P. Ludovicum Marraccium est Latio illata (a).

De opere autem ipso quid dicam? Dico illud ex Menæis, ex Horologio, ex Paracletico, ex Triodio, ex Pentecostario, ex Rituali, aliisque Græcorum voluminibus, in quibus Josephi Canones hinc inde sparsi reperiuntur, fuisse collectum: et fere totum studio ac diligentia jam dicti P. Ludovici Marracci e Græco in Latinum sermonem fuisse translatum. Dico esse totum aureum, totum gemmeum, totum ex pietatis saccharo, ac devotionis melle compactum, ex quo, quam affectuosus fuerit auctoris in Mariam genius, quam ingeniosus affectus, et quam purus ac fervens amor luculentissime elucet. Dico esse omnium semper immaculatæ Virginis studiosorum manibus terendum, judiciisque probandum, cum in omnium animis pietatem erga semper et omnibus modis immaculatissimam Virginem Deiparam, non solum fovere sed augere non parum valeat; cum duri prorsus ac lapidei cordis sit, qui eo lecto non emolliatur, et ad Magnam Dei Matrem ardentius amandam non excitetur. Dico esse ditissimum Gazophylacium, innumeris Marianarum laudum et præconiorum talentis refertissimum: pretiosissimam Aurifodinam sacris Deiparæ pro concione declamatoribus uberem virginallum encomiorum materiam ministrantem: atque incomparabilem Thesaurum, non ex magna auri vel argenti vi, rerumque pretiosarum copia, sed ex amplis summisque Deiparæ Virginis opibus affluentissime congestum. De quo quidem opere jure merito in ipsius Josephi Vita Joannes Magnæ Dei ecclesiæ diaconus et orator in hunc modum scripsit. *Est quispiam rigidus, ac durus, atque ad lacrymas effundendas ineptus? Suavissimas melodias a Josepho scriptas in Virginem ac Dei Matrem, quæ ineffabiliter Verbum concepit, assidue legens, et decantans, lacrymaram maria plenis oculis effundet, et mente collique factus immateriali sensu spiritualibus compunctionis deliciis perfruetur. Hæ autem melodiæ sexcentæ sunt, quæ ab eo variis commutationibus et sonorum concisionibus, variisque rhythmorum differentiis compositæ, dulcedinem quodammado atque odorem suavitatis aromatizant.* Sic ille. Certe, amice Lector, si ad ea quæ a S. Josepho Hymnographo tibi in hoc opere exhibentur, legenda animum oculosque adjicies, certus omnino sum de tua post degustatam ibi latentem dulcedinem in legendo perseverantia, nec dubito te hujusmodi lectione in cultu amoreque Virginis augustissimæ Deiparentis pristinæ pietatis magnitudini semper aliquid additurum. Interim pro hoc S. Josephi opere, quod tibi in præsentia exhibeo, et pro alijs etiam SS. Patrum in laudem Deiparæ Virginis præclarissimis monumentis, quæ, si Deus vitam vires, atque otium dare pergat, tibi quantocius exhibiturus sum, preces tuas apud Deum et sanctissimam ejus Parentem Virginem Mariam, modestissime, sed instantissime requiro. Vale.

(a) Vide supra col. 951.

MARIALE

S. JOSEPHI HYMNOGRAPHI.

I.

In pervigilio Nativitatis SS. Deiparæ Canon I (1),
cujus acrostichis (2) hæc est : « Ortum puellæ
Numinis natæ cano Joseph.

Ode 1 (3).

I 1. Ovantes hodie cum lætitia hymnis canamus
divinam Dei Matris nativitatem : gaudium enim pe-
perit universo mundo, quod mœstiliam primæ
parentis exterminavit.

Regina castissima, atque ab omni labe mundis-
sima, nascitur ex sterili, futura ipsa peccati sterili-
tas, quam lex prædescripsit, et divinorum theolo-
rum voces præmonstraverunt.

Templum et palatium Regis facta es, in quo
faciens habitationem suam ille supersubstantialis,
efficiat fideles domicilium sanctissimæ Trinitatis.

Unicæ pulchritudinis thalamus, Dei thronus altis-

(1) Illic S. Josephi canon in pervigilio nativitatis
sanctissimæ Deiparæ, qui Græcè exstat in Menæis
Græcorum sub die 7 Septembris, et in codice ms.
bibliothecæ Vaticanæ n. 779, pag. 137, una cum
aliis ejusdem S. Josephi de Deipara canonibus,
præter cānones de obdormitione et zona B. Virgi-
nis, Latine redditus est a P. Ludovico Marraccio
nostræ congregationis Matris Dei. — Quid sit can-
on apud Græcos, exponit Zonaras in Commenta-
rio ad S. Joannis Damasceni Canones anastasi-
mos, sive de Resurrectione, conscriptos, qui
Commentarius exstat ms. in bibliotheca Bavarica.
Canon autem sive-hymnus, quem in divinis officiis
cantant Græci, complectitur odas numero novem,
quia scilicet ecclesiasticus cantus imitatur novem
ordines angelorum laudes divinas in cœlo canen-
tium : vel etiam novenarius iste odarum ex triplici
ternario constans, symbolice ter maximam Trini-
tatem designat, ad cujus laudem dirigitur omnis
Ecclesiæ cantus. Forte canones S. Josephi inter
alios Græcorum scriptorum canones insignem lau-
dem merentur, adeoque excellunt ut nullam fere
comparationem admittant : sunt enim venustissimi,
ingeniosissimi, et sacris conceptionibus pleni, nec
non tenerorum erga Deiparam affectuum copia re-
dundantissimi. Unde in Typico Græcorum cap. 7 hæc
habentur, ut refert Leo Allatius *De libris eccles.
Græcor.* dissert. I, pag. 81 : « Sciendum est, si Me-
næum habet in memoriam alicujus sancti canones
variorum poetarum, si canon aderit domini Cosmi,
eum aliis anteponendum ; si domini Joannis, et
aliorum, eum qui Joannis est, anteponi ; si domini
Theophanis, et aliorum, domini Theophanis ante-
poni ; ille enim ante alios honorandus est : si do-
mini Josephi, eum reliquis poetis præponi ; si cæ-
teri defuerint, domini Joannis ; si hi quoque de-
fuerint, domini Theophanis ; si hi etiam, domini Jo-
sephi cæteris omnibus præponi. » Hæc in Typico
de Josephi nostri canonibus.

(2) In nostri Josephi canticis, seu canonibus,

A

A'.

Ἐν προσορτίᾳ τῆς Γεννήσεως τῆς ὑπεραγίας
Θεοτόκου, Κανὼν Α', οὗ ἡ ἀκροστιχίς ἐστὶ·
« Γέννησιν ὑμῶν τῆς Θεοπαίδος κόρης Ἰωσήφ. »

Ὁδὴ α'.

Γηθόμενοι σήμερον μετ' εὐφροσύνης ὑμνήσωμεν
τὸ θεῖον γενέθλιον τῆς Θεομήτορος· καὶ γὰρ τέτοκε
χαρὰν τῇ οἰκουμένῃ, λύπην τῆς πρωτομήτορος ἐξα-
φανίζουσαν.

Ἐκ στείρας προσέρχεται τῆς ἀμαρτίας ἡ στείρω-
σις, ἣν νόμος προέγραψε, καὶ τὰ κηρύγματα προ-
εδήλωσαν πῶν θεῶν θεηγόρων, ἡ πάναγνος Δέσποινα
καὶ παναμώμητος.

Ναὸς καὶ παλάτιον τοῦ Βασιλέως γεγένησαι, ἐν ᾧ
τὴν κατοίκησιν αὐτοῦ ποιούμενος, αἰκητήριον τῆς
ἀγίας Τριάδος πιστοῦς ἀπεργάσῃται ὁ ὑπερούσιος.

Νυμφῶν ὠραιότατος, θρόνος Θεοῦ ὑψηλότατος,

illud omnino notabile est, quod sæpe nomen suum
omissum in titulo, per acrostichidem, sive primæ
stropharum litteras, circa ultimam semper odam
sui musici canonis accurate signavit : quod ejus
factum alii quoque Græcorum melodi sunt imitati.
Id quod vel ideo monitum velim, ne aliquis in in-
dagandis odarum auctoribus solos inspiciendos ca-
nonum titulos credat. Certe cum fateantur Menæa
Josepho nostro hymnorum extemporalium gratiam
divinitus datam fuisse, ut taceant de subitaneorum
acrostichidum dono (quas nemo nescit operosis-
simas esse), credit vir doctissimus P. Simon Vua-
gnereck in *Mariana Pietate Græcorum* in Prolego-
menis n. 22, extemporalem hanc gratiam ad illos
Josephianos in Menæis hymnos non trahendam,
qui sciant acrostichidibus, quanquam asserat dici
forte non incommode posse, ob id ipsum divinam
hanc gratiam in eodem Josepho pro miraculo ha-
bitam esse, quod extemporaneas quoque acrosti-
chides funderet.

(3) Scire forsitan non nemo cuperet, an hæc Jose-
phi odæ, et aliæ odæ etiam Menæorum, et libro-
rum Græcorum ecclesiasticorum, constant certo
genere carminum, an oratione soluta? Cui aliud
cum Simone Vuagnereck in *Mariana pietate Græco-
rum* in Prolegomenis n. 31, respondendum non
habeo, quam ideo vocari odas a Græcis, quod in
strophas dividantur imitatione odarum, cum præ-
sertim ex usu vulgari significet oda quidquid can-
tatur. Cæterum ex nullo ipsas metro constare nisi
aliquando quoad senarios iambicos, quod raro con-
tingit, deprehendere est. Unde Suidas scribit
S. Joannem Damascenum, uti et ejus collegam
S. Cosmam Hierosolymitanum, condidisse canones
musicos, tum carmine iambico scriptos, tum ora-
tione soluta. Quapropter ambigendum non est, Me-
næorum innumeras odas, in quibus nullum iambi
vestigium lucet, in suis omnibus strophis ex metra
omnino prosa constare.

καθίσας σαρκὶ ὁ ὑπερούσιος τοὺς καθημένους ἐν σκοτεινότητι ἀπωλείας, ἐγερεῖς πρὸς γνώσεως φῶς ἀγαθότητι.

Ὁδὴ γ'.

Ἡ γῆ ἡ κατάκαρπος ἐκ γῆς ἀκάρπου γεννᾶται, ἥτις καρπογονήσει τὸν γεωργὸν τῶν ἀγαθῶν, καὶ ζωηφόρον ἀσταχυν τὸν τρέφοντα πάντα θείῳ νεύματι.

Σήμερον ἐδλάστησε τῆς παρθενίας ἡ ῥάβδος, ἐξ ἧς ἀνθήσει ἄνθος ὁ φυτουργὸς ἡμῶν θεός, τὰ πονηρὰ βλαστήματα ἀποτέμνων ἀκρα ἀγαθότητι.

Ἰδὲ τὸ ἀλάξευτον ὄρος ἐκ πέτρας ἀγόνου ἀποτεχθὲν τὴν λίθον καρπογονεῖ νοητὸν, ὃς συντριβὴν ἐργάζεται τῶν ξοάνων πάντων τοῦ ἀλάστορος.

Νόμου προχαράγματά σε προεδήλωσαν, Κόρη· τὸν Νομοδότην σὺ γὰρ νομίμων δίχα ἐν γαστρὶ κυφορεῖς, τηροῦντά σε ὑπὲρ λόγον ἀφθόρον, ἀμίαντον.

Ὁδὴ δ'.

Ἵπερτέρα τῶν ἀγγέλων ἐπὶ γῆς κόρη τίκτεται, ἐν ἀγιωσύνῃ οὐσα καὶ καθάρσει ἀσύγκριτος, ἥτις τὴν καθάρσιν πάντων Χριστὸν τέξεται, ἀγιότητα, καὶ παντελεῖ ἀπολύτρωσιν.

Universi Dominum peperisti, o Virgo inviolata, omni laude celebranda, qui homines a spiritali captivitate liberavit.

Prævidit te intellectualiter propheta, montem umbrosam, o veneranda, ex quo Dominus vere illuxit in similitudine carnis, ut humanum genus a corruptione liberaret.

B *Verbum enixa, qui contractos ac dejectos potest saluti restituere.*

Corroborata animæ meæ vigorem, o immaculatissima, **88** assidua negligentia et peccatis relaxatum, ut cum fide atque alacritate semper laudes tuas canere possim.

Tanquam Altissimi thronum eminentissimum, et lucernam auream, atque arcam sanctificationis, universi te, o Virgo, laudamus, clamantes: Benedicta tu inter mulieres, o inviolatissima.

Tremendus partus tuus mentis captum superat, o Deo gratissima: Deus enim qui est sine principio, principium temporis habuit, ut salvaret eos, qui cum fide clamant ad illum: Benedicite, omnia opera Domini, Domino.

C *O Virgo, quæ Christum, qui ex te mortalem carnem accepit, in ulnis tuis gestasti, eundem deprecare, o immaculatissima, ut illi qui te fideliter honorant, et Deiparam magnificent, immortalitatem consequantur.*

O Domina, quæ Dominum, lumen de lumine, peperisti, **89** illumina animam meam negligentia et gravissimarum culparum cæcitate laborantem.

Cogitationes tanquam stamina cum gaudio conglomerans ac nens, pulcherrimum Verbo vestimentum texuisti ex tuis sanguinibus, o Virgo, quod gestabit in æternum.

D *Interfice peccatum nostrum vivens, tu quæ vitam vere existentem peperisti, o sola Virgo pura ac benedicta, ut te laudemus per universa sæcula.*

Luce vultus tui illumina jacentem in tenebris passionum, o porta lucis spiritalis. Ne me deprehendat et involvat nox mortis, o casta Domina, a qua salutis meæ spes penitus abscindatur.

Ex canone in S. Calliopum martyrem, die 7.

Qui nutu condidit universa, ex te ineffabiliter corpus assumpsit, o Dei Mater, qui martyrem suum victorem certaminis coronavit, cum quo semper te fideliter beatificamus.

O sanctissima Virgo, martyrum gloriatio, et sanctorum apostolorum decus et ornamentum : eos qui te laudibus cum gaudio concelebrant, libera ab omni angustia intercessionibus tuis.

Tanquam vitis fructifera botrum produxisti, o Immaculatissima, ex quo illis, qui te fideliter beatificam, divinum mustum exprimitur.

Liberati, o virgo, a progenitorum nostrorum culpa mediante opera tua, cum archangelo Gabriele, tibi, o intemeratissima, clamamus : Salve, o unica omnium peccatorum salus : salve, martyrum omnium robur firmissimum.

Sana, o casta, immensa animæ meæ peccata, et illumina mentem meam, quæ omnium transgressionum **90** perpetuis in tenebris versatur, ut te debitis laudibus beatificem.

Venerandi uteri tui fructus, o Despara, vivificavit nos per fructum peremptos ac mortuos : propterea te pro debito collaudantes, clamamus : Laudabilis Deus patrum.

Jesum Dominum corpore amictum peperisti, o Virgo inviolata, et ulnis portasti, qui omnipotenti nutu portat universa. Quamobrem tanquam Dei Matrem te laudamus, clamantes cum præconio : Sacerdotes, benedicite ; populus, superexaltate Dominum.

Mysticis lucis tuæ radiis mentis meæ tenebras elimina, o Mater Dei ; et gravissimam cogitationum mearum tempestatem seda, et ad tranquillos portus deduc me, o unica omnium salus, ut te cum fide beatam appellem.

Ex canone in SS. apostolos Herodionem, Agabum, Rufum, Asyncritum, Phlegontem, et Hermam, die 8.

O Deipara compassione prædita, apostolorum gloria, martyrum triumphantium decus, fidelium firmamentum, confirma mentem meam, precor, invasionibus seductoris exagitata, atque transgressionum tenebris obscurata.

Qui secundum divinam substantiam inaccessibilis est, accessibilis mihi factus est, o inviolata ; et per carnis assumptionem totus mihi unitus est, propter summam misericordiam suam.

Per sacrum verbum Patris Verbum concepisti, o puella Dei genitrix, quod homines liberat ab omni rationalis verbi defectu. Unde te divinis verbis semper magnifice glorificamus.

Sola in terris peregrinam prolem habuisti, quæ sola Patri nos reconciliavit, qui solus est sine principio ante omne principium : ideo te solam tanquam Dei Matrem **91** veneramur.

Legis arca figurabat te, quæ divinæ legis plenitudinem suscepisti, et in carne peperisti, et post partum virgo perennis permansisti, qualis ante partum fueras, o Sponsa Dei.

Novus Paradisus, in quo vitæ lignum situm est, facta es nobis, o inviolata Virgo Dei genitrix ; cujus

A Παναγία Παρθένη, τῶν ἀθλητῶν καύχημα, καὶ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων τὸ σεμνολόγημα, τοὺς ἐν αἰνέσει σε χαρμονικῶς ἀνυμνοῦντας ρῦσαι ταῖς πρεσβείαις σου πάσης στενωπῆς.

Ὡς κατάκαρπος ἀμπελος βότρυν ἐγεώργησας ἀποστάζοντα γλεῦκος θεῖον, παναμώμητε, τοῖς πιστῶς αἰεὶ σε μακαρίζουσιν.

Λυθρωθέντες, Παρθένη, τῆς προγονικῆς διὰ σοῦ καταπτώσεως, σὺν τῷ ἀρχαγγέλῳ Γαβριὴλ σοὶ βοῶμεν, πανάμωμε· Χαῖρε, μόνη πάντων ἀμαρτωλῶν ἡ σωτηρία, χαῖρε, πάντων μαρτύρων κραταίωμα.

Ἰάτρευσόν μου, ἀγνή, ψυχῆς τὰ ἀμετρα πταίσματα, καὶ φώτισόν μου τὸν νοῦν αἰεὶ σκοτιζόμενον πάσις παραδάσειν, ὅπως ἐν αἰνέσει καταχρέως **B** μακαρίζω σε.

Ὁ καρπὸς, Θεοτόκε, τῆς σεπτῆς σου νηδύος ἡμᾶς ἐζώωσε καρπῷ θανατωθέντας· διὸ σε καταχρέως ἀνυμνοῦντες κραυγάζομεν· Ὁ τῶν πατέρων Θεὸς εὐλογητός.

Σωματοφόρον τέτοκας καὶ ἀγκάλαις ἐβάστασας, ἀχράντε Παρθένη Ἰησοῦν Κύριον, τὸν πάντα βαστάζοντα παντοδυνάμῳ νεύματι· ὅθεν ὡς Θεοῦ σε ἀνυμνοῦμεν μητέρα, βοῶντες ἐν αἰνέσει· Ἱερεῖς, εὐλογεῖτε, λαὸς, ὑπερυψοῦτε.

Φωτὸς σου ταῖς ἀκτίσι ταῖς μυστικαῖς τοῦ νοῦς μου τὸ σκότος ἀπέλασον, Μήτηρ Θεοῦ, καὶ τῶν λογισμῶν μου τὸ χαλεπὸν κλυδώνιον κατεύνασον, καὶ πρὸς τοὺς λιμένας τοὺς γαληνοὺς ὀδήγησόν με, μόνη ἡ πάντων σωτηρία, ὅπως ἐν πίστει μακαρίζω σε. **C**

Ἐκ τοῦ κανόνος εἰς τοὺς ἀγίους ἀποστόλους Ἡρωδίωνα, Ἀγαθόν, Ροῦφον, Ἀσύχαριτον, Φλέγοντα, καὶ Ἐρμόν, ἡμέρα η'.

Συμπαθῆς Θεοτόκε, ἀποστόλων τὸ κλέος, τῶν ἀθλοφόρων ἡ δόξα, καὶ πιστῶν στήριγμα, στήριξον, δέομαι, τὸν περιτρεπόμενον ταῖς ἐπηρειαῖς τοῦ πλάνου, τὸν νοῦν μου σκοτούμενον ταῖς παραδάσει.

Ὁ κατ' οὐσίαν ὑπάρχων τὴν θεϊκὴν ἀπρόσβιτος, ἀχράντε, προσιτός μοι νῦν γέγονε, καὶ σαρκὸς προσλήμματι ὄλωσ ἠνώθη δι' ἀκραν εὐσπλαγγνίαν.

Δ **D** Λόγῳ ἱερῷ τοῦ Πατρὸς τὸν Λόγον συνέλαβες πάσης ἀλογίας τοὺς βροτοὺς, Θεογεννητορ κόρη, λυτρούμενον· ὅθεν λόγοις πάντοτε μεγαλοφώνως θεοῖς σε δοξάζομεν.

Μόνη ἐν γῆ τοκετὸν ἔσχες ξένον, μόνον ἡμᾶς καταλλάσσοντα μόνῃ τῷ προανάρχῳ Πατρὶ· διὰ τοῦτο μόνῃν σε ὡς Θεοῦ Μητέρα σέβομεν.

Νόμου σε ἐτύπου ἡ κιβωτὸς τὴν δεξαμένην νόμου θεοῦ τὸ πλήρωμα, καὶ σαρκὶ κυήσασαν, καὶ μετὰ τόκον μέλυσαν ἀειπάρθενον ὡς πρὸ τόκου, Θεόνυμφε.

Νέος Παράδεισος ἡμῖν ζωῆς ξύλον, ἀχράντε, κεκτημένος γεγένησαι, οὗ ἡ βρώσις τοὺς βρώ-

σει πεπτωκότας ἀνεζώωσεν, ἀγνή Θεογεννητορ. **A** *esca* *cos* *qui* *per* *escam* *cecciderant*, *novæ* *vitæ* *resiluit*.

Σὲ προστασίαν ἔχοντες, ἀχραντε, οἱ δοῦλοί σου, καὶ πρὸς τὸν Υἱόν σου μετὰ Θεοῦ μεσίτην ἀκατασχυντον, κινδύνων ἡμᾶς σῶζε καὶ πειρασμῶν, σεμνή, ἵνα πίστει καὶ πόθῳ αἰεὶ σε δοξάζωμεν.

Φλογοφόρος ὡς λαθὶς ὑπεδέξω ἐν γαστρὶ ἄνθρακα τὸν νοητὸν, καταφλέγοντα ἡμῶν τὰ πάθη, καὶ φωτίζοντα τὰς ψυχὰς ἡμῶν, καὶ λύοντα τὸ σκότος τῆς εἰδωλομανίας, ἀχραντε Παρθένε, πολυῦμνητε.

Ἐκ τοῦ κανόνος εἰς τὸν ἁγίον μάρτυρα Εὐψύχιον, τὸν ἐν Καισαρείᾳ, ἡμέρα θ'.

Σαρκὸς ὁμοιώματι γεννηθεὶς ἐκ σοῦ ὁ Δεσπότης **B** ἐκαινούργησε τὴν ἡμῶν πεπαλαιωμένην, κόρη, φύσιν, καὶ τοὺς θνητοὺς οὐρανοὺς εἰργάσατο.

Ἕμνον χαριστήριον τῶν ἀθλητῶν χορὸς ᾄδει σοι, κόρη σεμνή, σοῦ ταῖς ὁδηγαίαις νικηφόρος γενόμενος.

Ἕπερτέρα δυνάμεων τῶν ἐπουρανίων σὺ χρηματίσασα, σαρκικῶν παθῶν ὑπέρτερον τὸν ἑμὸν, Παρθένε, νοῦν ἀνάδειξον.

Ἕπὲρ τῶν εἰς σὲ τὰς ἐλπίδας, πάντων Δέσποινα, κεκτημένων πάντων πρέσβευε, ὅπως μελλούσης λυτρωθῶμεν κατακρίσεως.

Ἀνόρθωσον συμπτωθέντα με ὄλον, ὡς τοῖς πάθεισιν ἀνοίξαντα θύραν, καὶ τῇ ἐν σοὶ ἀγαθῇ μεσιτείᾳ πρὸς μετανοίας εἰσόδους εἰσάγαγε, καὶ σῶσόν με ἡ τοῦ παντὸς τὸν Σωτῆρα τεκοῦσα καὶ Κύριον.

Ἕρος προφήτης Δανιὴλ σὲ θείῳ Πνεύματι ἐκάλεσε, Παρθένε, ἐξ οὗ λίθος Χριστὸς ἀνευ χειρὸς ἐτμήθη, καὶ συντριβὴν εἰργάσατο τῶν ξοάνων τῆς ἀπάτης.

Συμπαθῆς Παρθένε, ἡ τὸν συμπαθέστατον τεκοῦσα Λόγον, τὸν ἀσυμπαθῆ με δωρεὰν οἰκτείρησον, ἀπεγνωσμένον παταίσμασιν ἀμέτροις, καὶ μὴ ἐπιστρέφοντα, ἀλλ' ἐν ῥαθυμίᾳ τὸν βίον δαπανῶντα.

Φωτὶ τῆς μετανοίας αὐγασον, Παρθένε, τῆς ἀμαρτίας νυκτὶ με σκοτούμενον, καὶ ῥαθυμίας ὁμίχλην συγκαλυπτόμενον.

Ἐκ τοῦ κανόνος εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας Τερέντιον, Πομπόνιον, Μάξιμον κ. τ. λ. ἡμέρα ι'.

Ἕμνῶ σε, Παρθένε, ὅτι Θεοῦ, πανύμνητε μόνη, ἐσωμάτωσας ἐκ τῶν τιμίων σῶν αἱμάτων, παναγία, καὶ ὑπὲρ λόγον φρικτῶς ἀπεκύησας.

Σῶσόν με, κυήσασα τὸν ὑπεράγαθον Κύριον, μήτερ ἀγνή, παῦσον τῆς ψυχῆς μου πολυτάραχον κλύδωνα.

Σὲ, πανάμωμε Δέσποινα, πειρασμοῖς κυκλούμενος εἰς βοήθειαν προσκαλοῦμαι· σπεῦσον, σῶσόν με, τὸν Σωτῆρα Λόγον ἡ κυήσασα.

Λυτρούμενος ἐπέφανεν, ἀχραντε, ὁ Υἱός σου ἀνθρωπος γενόμενος ἀνθρώπους πάντας, πανάμωμε.

Κατάσκιον προεώρα σε ὄρος ὁ προφήτης Ἀββα-

Cum te, o intemerata, nos servi tui protectricem apud Filium tuum, ac mediatricem, quæ non confunditur, post Deum habeamus : libera nos a periculis et tentationibus, ut te, o veneranda, semper cum fide et affectu glorificemus.

Tanquam forceps flammifera suscepisti in utero carbonem spiritalem, qui passiones nostras comburit, animas nostras illuminat, et idololatriæ tenebras dissolvit, o Virgo inviolata, plurimis laudibus celebranda.

Ex canone in S. Euppsychium martyrem Cæsariensem, die θ.

Dominus in similitudine carnis genitus ac natus, o puella, naturam nostram inveteratam renovavit, atque eos, qui mortales erant, cœlestes effecit.

Hymnum in gratiarum actionem martyrum Chorus tibi canit, o puella veneranda, nam, te duce, victoriam consecutus est.

Tu, quæ cœlestium potestatum sublimior es, effice, o Virgo, mentem meam carnalibus concupiscentiis superiorem.

O omnium Domina, intercede pro omnibus, qui in te spes suas collocaverunt, ut a futura damnatione liberentur.

Erige me, qui totus lapsus sum, quippe qui passionibus januam aperui, et benignissima mediatione tua ad **92** pœnitentiæ ingressus induc me, et salva me tu, quæ omnium Salvatorem ac Dominum peperisti.

Propheta Daniel divino Spiritu afflatus, montem te vocavit, o Virgo, ex quo lapis Christus sine manibus abscissus est, qui simulacra erroris contrivit.

O Virgo compassione ornata, quæ Verbum summa compassione plenum peperisti, me compassione carentem commiserare, ob innumeros lapsus desperatum, et nequaquam de conversione cogitantem, sed in negligentia vitam absumentem.

Luce pœnitentiæ illustra me, o Virgo, peccati nocte obtenebratum, et negligentia nebulis cooperatum.

Ex Canone in SS. MM. Terentium, Pomponium, Maximum etc., die 10.

Laudo te, o Virgo sola omni laude dignissima ac sanctissima, quoniam Deum ex pretiosis sanguinibus tuis corporasti, et supra rationis conceptum formidabili ratione peperisti.

Salva me, Mater casta, quæ optimum Dominum concepisti : seda animæ meæ multipliciter tumultuantem procellam.

Te, o Domina tota immaculata, tentationibus circumvallatus in auxilium advoco : festina, et salva me, tu quæ Verbum Salvatorem peperisti.

O inviolata, ac tota immaculata, filius tuus factus homo apparuit, ut universos homines liberaret.

Montem umbrosum prævidit te propheta Abbe-

cuc, o Deipara, ex quo Deus ineffabiliter processit incarnatus, mundumque salvavit, dum gravissima peccatorum procella exagitaretur.

Humani generis principes, qui olim ob foedissimæ transgressionis **93** delictum defluerant, tu, o Deipara, in utero Christum sine fluxione concipiens, ad vitam antiquam revocasti.

Animam meam mortuam vivifica, collapsam exsuscita, vulneratam sana, o inviolatissima, lancea illa, quæ dignum Salvatoris ex utero tuo nati latus vulneravit: quem pueri benedicunt, sacerdotes laudant, populi superexaltant in omnia sæcula.

Illumina, o porta lucis, animam meam gravissimis transgressionum tenebris obscuratam ac periclitantem: et fac me divinæ diei participem, ut glorificem te, o patrocinium fidelium, quod non confunditur.

Ex canone in S. Antipam martyrem, episcopum Pergami, die 11.

Lucis tuæ fulgoribus, irradiæ o puella innocentissima (59), cor meum, quod in nocte passionum et calamitatum detinetur; tu enim justitiæ Solem omnibus ineffabiliter oriri fecisti.

Redemptorem peperisti, o inviolata, qui ab hostis captivitate homines liberavit: unde te religiose glorificamus.

Talis conservata es post partum, qualis ante partum fueras, Virgo mater incorrupta. Etenim omnium Conditorem peperisti, qui ex te humanum corpus voluntarie suscepit.

Divinissimus ille Dominus, qui erat in forma Dei, habitavit in ventre tuo, o purissima, suscipiens ac gestans formam meam.

Sanctus est ille Dominus, qui in utero tuo habitavit, o Virgo puella; et requiescit in sanctis, et glorificat eos qui ipsum vera cum fide glorificant.

Ex virginis sanguinibus tuis incarnatum est Verbum **94** coæternum Patri, ut contritionem nostram restauraret. Benedicta es tu in mulieribus, o Domina intemeratissima.

Tanquam Mater Creatoris omnium, tanquam divinum templum Omnipotentis, tanquam terra inarata, quæ spicam culturæ expertem germinavit, salvos fac, o Virgo Mater, eos, qui assidue cum fide clamant: Benedicite, omnia opera, etc.

Lux nobis exorta est, o puella, ex lucifero utero tuo, conditor solis, et stellarum, et universæ creaturæ: quem enixe precare ut eos, qui te collaudant, illuminet.

Ex canone in SS. et admirabiles Dimum et Protionum, die 12 (59').

Totum seipsum Creator exinaniens, quemadmo-

(59) An insontem, vel innocentem appellare possumus hominem, qui quamvis multo tempore recte vixerit, aliquando inter sones, nocentes vel reos numeratus est? Quomodo ergo B. Virgo innocentissima, si innocentiae originalis prærogativa illi in conceptu defuit? Favere videtur perpetuæ innocentiae B. Virginis ab originali Ecclesia Græca, dum

κούμ, Θεοτόκε, ἐκ σοῦ Θεός ὑπὲρ λόγον προήλθε σεσαρκωμένος, καὶ κόσμον διέσωσε τῷ κλύδωνι τῆς χαλεπῆς ἀμαρτίας δεινῶς συνεχόμενον.

Ῥεύσαντας πάλαι τοὺς γενάρχας παραβάσεως ἀτόπου πλημμελεία, ἐν νηδύϊ Χριστὸν ἀρρέυστως συλλαβοῦσα, πρὸς τὴν ζωὴν ἀνήγαγες τὴν ἀρχαίαν, Θεοτόκε.

Νενεχρωμένην ζώωσον, πεπτωκυῖαν ἀνάστησον, τετραυματισμένην τὴν ψυχὴν μου ἴασαι τῇ λόγχῃ, πανάμωμε, τῇ κεντησάσῃ θείαν πλευρὰν τοῦ ἐκ γαστροῦ σου σεσαρκωθέντος Σωτῆρος, ὃν παῖδες εὐλογοῦσιν, ἱερεῖς ἀνυμνοῦσι, λαοὶ ὑπερυψοῦσιν, εἰς πάντα τοὺς αἰῶνας.

Φώτισον, πύλη τοῦ φωτός, τὴν ψυχὴν μου ταῖς δειναῖς ἀμαυρότησι τῶν παραβάσεων ἐσκοτισμένην καὶ κινδυνεύουσαν, καὶ τῆς ἡμέρας κοινωνῶν τῆς θείας ἀνάδειξον, ὅπως δοξάζω σε, προστασία τῶν πιστῶν ἀκαταλόχυντε.

Ἐκ τοῦ κανόνος εἰς τὸν ἅγιον ἱερομάρτυρα Ἀντίπαν, ἐπισκοπὸν Περγᾶμου, ἡμέρᾳ ια'.

Φωτὸς σου ταῖς ἀστραπαῖς καταύγασον, κόρη πανάμωμε, τὴν ἐν νυκτὶ παθῶν καὶ συμφορῶν συσχεθεῖσαν καρδίαν μου, δικαιοσύνης ἥλιον πᾶσιν ἀρρήτως ἀνατείλασα.

Ῥυόμενον τοὺς βροτοὺς αἰχμαλωσίας τοῦ ἐχθροῦ, ἀχραντε, τὸν λυτρωτὴν τέτοκας· ὄθεν εὐσεβῶς σε δοξάζομεν.

Μετὰ τόκον ὡς πρὸ τόκου διεφυλάχθης, Παρθενομῆτορ ἀφθορῆ· τὸν Δημιουργὸν γὰρ πάντων ἀπέκυσας ἐκ σοῦ, τὸ ἀνθρώπινον σῶμα ἐκουσίως φερέσαντα.

Ἵπάρχων ἐν μορφῇ τοῦ Θεοῦ ὁ ὑπέρθεος ἐσχῆνωσεν ἐν γαστρὶ σου, τὴν μορφὴν μου φερέσας ὁ Κύριος, πανάμωμε.

Ἄγιος ὁ σκηνώσας ἐν μήτρᾳ σου Κύριος ὁ ἐν ἀγίοις, Παρθένε, ἐπαναπαυόμενος, καὶ δοξάζων τοὺς πίστει ἀληθεῖ τοῦτον, κόρη, δοξάζοντας.

Αἱμάτων, κόρη, παρθενικῶν σου σεσαρκωταὶ ὁ Λόγος, ὁ Πατὴρ συνάναρχος τὴν ἡμῖν συντριβὴν ἐπανορθούμενος· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν ὑπάρχεις, πανάμωμε Δέσποινα.

Ὡς Μήτηρ τοῦ πάντων Ποιητοῦ, ὡς θεῖον τέμενος τοῦ Παντοκράτορος, ὡς γῆ ἀνήροτος ἀσταχυὸν ἀγεώργητον βλαστήσασα, Παρθενομῆτορ, τοὺς πιστῶς αἰεὶ κραυγάζοντας· Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα, τὸν Κύριον.

Φῶς ἡμῖν ἀνέτειλε, κόρη, ἐκ φωτοφόρου σου νηδύος, ὁ Δημιουργὸς τοῦ ἡλίου, καὶ τῶν ἀστέρων, καὶ πάσης κτίσεως, ὃν ἐκτενῶς ἰκέτευε φωταγωγῆσαι τοὺς ὑμνοῦντάς σε.

dum sibi complacuit, ex utero tuo processit ami-

in Exsequiarum Officio eidem B. Virgini occinit: Non est præter te innocens quispiam, immaculata Dei Genitrix. Nec non S. Bernardus serm. in Salve Regina, dum his verbis B. Virginem alloquitur: Innocens fuisti ab originalibus et actualibus, nemo ita præter Te, Domina.

(59') Græca desiderantur in libris impressis.

cius carne, o immaculatissima Domina; ut immortalitatis fontem hominibus copiosissime faceret emanare.

Laudamus te, Virgo sanctissima, quoniam illum genuisti qui ab omnibus creaturis assidue glorificatur.

Thronus Dei, o purissima, facta es, et præclarissimum palatium, ac lectulus, in quo Dominus omnium reclinatus est, ut primum parentem excitaret ac relevaret.

Promptum ac paratum auxilium, eorum qui cadunt, erectionem, Matrem Dei nostri, hymnis perenniibus magnificemus.

Ex utero paterno ante luciferum exortus coruscasti, qui uterum immaculatissimum, ut corpus assumeres, ingressus fuisti.

Ἐκ τοῦ Καρίνος εἰς τὸν ἅγιον Μαρτίνον πάπα Ῥώμης, ἡμέρᾳ ιγ΄.

Ὁ κατὰ φύσιν τὴν θεῖαν ἀόρατος ὠράθη βρέφος ἐκ σοῦ ἄνθρωπος γενόμενος, διπλᾶς ὡς ἀληθῶς θελήσεις ἐνεργείας τε προσφαίνον ὑποστάσει ἐν μιᾷ ᾧ πρέσβευε, πανάμωμε, πάντα ἡμᾶς σώζεσθαι τοὺς πόθῳ σε γεραίροντας.

Πατρὶ τὸν ὁμότιμον καὶ σύνθρονον ὑπὲρ Λόγον ἐγέννησας, ἐνεργείας δύο φέροντα καὶ δύο τὰς θελήσεις, παναγία Κόρη.

Ἐν δύο οὐσίαις θεανδρικῶς γνωριζόμενον τῆς Τριάδος τὸν ἕνα ἐκύησας Θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον, θελήσεις φέροντα καταλλήλως τῶν τούτου φύσεων, Παρθένε πανάμωμε.

Ἄπειρόγαμος Παρθένε, ἡ τὸν ἀπερίγραπτον Θεὸν σαρκὶ κυήσασα, τῆς σαρκὸς μου τὰ πάθη θανάτῳ ζῶισον δὲ τὴν ψυχὴν μου νενεκρωμένην πλημμελήμασιν.

Νόμοι φύσεως ἐν σοὶ καταλύονται· ἀρρήτως γὰρ τίχτεις τὸν Πλαστοργὸν τῶν ὄλων, Θεοτόκε πανύμνητε, ὡς Θεὸν τε καὶ βροτὸν δύο θελήσεις δὲ κεκτημένον καὶ ἐνεργείας, Μητροπάρθενε.

Ὁ θελήσεις δύο καὶ δυσὶν ἐνεργείαις ἐκ σοῦ, πανάμωμε, τεχθεὶς ἀνερμηνεύτως, τοὺς οὕτω συμφρονούντας διασώζει κραυγάζοντας· Ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν εὐλογητὸς εἰ, Θεός.

Ἄγιωτέρα τῶν ἄνω στρατευμάτων, καὶ Χερουβὶμ ὑπερτέρα, Μητὲρ Θεοῦ, ἐχρημάτισας· διὸ βλάβης παθῶν με ὑπέρτερον ποίησον.

Φωναὶς Πατέρων πειθόμενοι, δύο ἐν οὐσίαις, ἀγνή, καὶ θελήσεις τὸν ἕνα τῆς Τριάδος ἐκ σοῦ τιχτόμενον πιστῶς ὁμολογοῦμεν, καὶ σὲ, Παρθένε, μεγαλύνομεν.

Ex Canone in SS. Aristarchum Pudam et Trophimum ex discipulis septuaginta, die 14 (59^o).

Ut eos qui inferiores erant nunc superioribus conjungeret Deus ob excessum misericordiae suae, carnem suscepit ex te, o inviolata, et permansit id, quod erat, etiam post incarnationem.

Lacte nutris nutritorem mundi universi, natum

(59^o) Græca desunt.

PATROL. GR. CV.

A O Virgo casta, nuptialis thalami nescia, assiduis precibus, exora Christum, quem genuisti ut animabus nostris sese propitium largiatur.

Divini sanguinis aspersione redempti, Dei nostri, qui **95** ex utero tuo, o Virgo, sine semine natus est, ad te clamamus cum Gabriele venerando : Ave, o divina gratia plenissima.

Supra rationis captum Verbum concepisti et peperisti, et Virgo casta atque incorrupta fuisti : ideo te pro debito assiduis laudibus celebramus.

Fulgor radiantis lucis ex te coruscavit, o Deipara, atque universas res creatas divino lumine replevit, atque impietatis noctem eliminavit : quamobrem te vocibus concordibus magnificamus.

B

Ex Canone in S. Martinum PP. et M., die 13.

Ille, qui secundum divinam naturam est invisibilis, visus est infans, ex te factus homo, habens in unica hypostasi vere duas voluntates et operationes. Hunc tu, o purissima, deprecare pro salute omnium qui te cum affectu venerantur.

Æqualem Patri in honore ac throno ineffabili modo generasti, o sanctissima puella, duas voluntates ac duas operationes habentem.

In duabus substantiis divina et humana notificatum unum Trinitatis peperisti, o Virgo tota immaculata, Deum simul et hominem, habentem duas voluntates juxta duplicem ipsius naturam.

C O Virgo, quæ sine virili commercio Deum incircumscriptibilem peperisti in carne, mortifica passiones carnis meæ, et animam meam delictorum morte preceptam atque extinctam vivifica.

Naturæ leges in te dissolvuntur, ineffabiliter enim Creatorem omnium paris, o Deipara omnibus laudibus celebranda, Mater et Virgo : tanquam Deum et hominem, duas voluntates duasque operationes habentem.

96 Qui cum duplici voluntate, ac duplici operatione ex te ineffabiliter natus est, o purissima, eos, qui hoc idem sentiunt, salvat clamantes : Benedictus Deus patrum.

Sanctior supernis exercitibus, et Cherubim sublimior facta es, o Dei Mater : propterea passionibus noxiis me superiorem effice.

Patrum vocibus obedientes, in duabus substantiis ac voluntatibus unum Trinitatis ex te, o casta, natum, fideliter consistemus, et te, o Virgo, magnificamus.

sine semine ex impolluto utero tuo, qui homines corruptione peccati contritos reparavit.

Cum sis, o inviolata, virtus mea, et præsidium meum, murusque inexpugnabilis, et apud Deum oratrix, ab æternis gehennæ flammis libera me.

Sacer olim Isaias sacratissime a divino Spiritu illuminatus clamavit : Ecce Virgo incarnatum Deum in utero habebit, propter incompreheusibilem misericordiam ipsius.

Peregrinus est, o puella, conceptus tuus; peregrinus horrore venerabili plenus partus tuus, qui universos a Deo peregrinos factos, eidem reconciliat, ac pristinam pulchritudinem impertitur.

O beata, ac veneranda, magni consilii Angelum ex Spiritu sancto corporasti, qui divinos discipulos

Ex Canone in S. Crescentem martyrem, die 15.

Incarnatus est propter excessum benignitatis ex te Dominus, et propter nos similis nobis apparuit, qui natura erat inaccessibleis, quem enixe precare pro nobis, o Virgo purissima.

Illam, quæ sola inter mulieres modo inexplicabili Deum peperit, universi Dominam sacris vocibus honoremus.

Domina illa castissima, quæ creaturarum omnium Conditorum supernaturaliter enixa est, ob beneficium proprii plasmatis, condigne beatificatur.

Laudamus te, o Deipara omni laude dignissima, per quam a corruptione liberati sumus, et ad te clamamus : Ave, martyrum exsultatio.

Tanquam igniformem thronum Domini universorum laudamus te, o Puella inviolata, et tanquam jucundum palatium, et candelabrum, et thalamum, et mensam Dei recipientem celebramus.

Sanctior Cherubim facta es, o immaculatissima, Verbo concipiens Verbum Patris, quod laudantes clamamus : Benedicta es inter mulieres, o Domina intemeratissima.

98 O miraculum! Quomodo Deum peperisti hominem factum, o Deo charissima? quomodo incombusta perseverasti, cum ignem intolerabilem continuisses? Merito te gratis vocibus glorificamus, et clamamus : Omnia opera, etc.

Lux nobis exorta est, o Puella, ex utero tuo lucifero, Conditor solis et lunæ Christus Dominus, quem impense precare, ut animas nostras lucis suæ fulgore perfundat.

Ex Canone in SS. mulieres Agapem, Irenem, et Chioniam, die 16.

Paris ineffabiliter, o Domina, illum quem Pater sine semine generavit, et uberibus nutris illum, qui nutrit universa.

Rumpe peccatorum meorum crudele chirographum, o Domina, quæ immaculato partu tuo inferorum vincula dissolvisti.

Dominum universarum creaturarum, Domina, incarnatum peperisti : quem deprecare, o sanctissima, ut ab hoste dominante liberet nos.

Intercede pro me, o Puella, ut adveniat mihi finis bonus; ut timeam cruciatus nunquam finiendos, qui manent me, et salvus sim.

Tunicas mortis pelliccas abiciens Adam a se,

A suos, tanquam **97** divina fulgura per mundum misit, ut fideles illuminaret.

Humanam naturam contristatam totam renovasti, o Virgo, novo partu tuo, naturæ legibus a te supra naturam innovasti, o gratia plena viventis Dei Mater.

Libera me a flamma gehennæ, tu quæ lucem intolerabilem supra mentis conceptum peperisti, et animam meam accende desiderio et affectu cognitionis illius qui ignem venit mittere in terram, o puella inviolata, divina gratia cumulatissima.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Κρέσκοντα, ἡμέρα ιε'.

Σαρκούται ὑπερβολῇ χρηστότητος ἐκ σοῦ ὁ Κύριος, καὶ δι' ἡμᾶς ὁράται καθ' ἡμᾶς ὁ τῆ φύσει ἀπρόσιτος, ὃν ἐκτενῶς ἰκέτευε ὑπὲρ ἡμῶν, ἀγνή πανάμωμε.

Τὴν μόνην ἐν γυναιξίν ἀνερμηνεύτως τὸν Θεὸν τέξασαν, τὴν τοῦ παντὸς Δέσποιναν ἱερολογίαις τιμήσωμεν.

Ἡ τὸν Κτίστην ἀπάντων τῶν ποιημάτων ὑπερφυῶς κυήσασα, ἐπ' εὐεργεσίᾳ τοῦ ἰδίου πλάσματος, ἡ πάναγνος Δέσποινα ἀξιοπρεπῶς μακαρίζεται.

Ἦμνοῦμέν σε, δι' ἧς τῆς φθορᾶς ἐλυτρώθημεν, πανύμνητε Θεοτόκε, καὶ βοῶμέν σοι· Χαῖρε, μαρτύρων ἀγαλλίαμα.

Ὡς θρόνον τοῦ Δεσπότη τῶν ὄλων πυρίμορφον ὕμνολογοῦμέν σε, Κόρη, καὶ τερπνὸν παλάτιον, καὶ λυχνίαν, καὶ παστάδα, καὶ θεόδεκτον, ἔχραντε, τρέπεζαν.

Ἀγιωτέρα τῶν Χερουδīm ὤφθης, πανάμωμε, Λόγῳ συλλαβοῦσα Λόγον τὸν τοῦ Πατρὸς, ὃν ὕμνοῦντες ἀνακράζομεν· Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν ὑπάρχεις, πανάμωμε Δέσποινα.

Ὁ θαῦμα! πῶς τέτοκας Θεὸν βροτὸν γενόμενον, θεοχαρίτωτε; πῶς ἀκατάφλεκτος ἐμείνας, πῦρ τὸ ἀστεκτον χωρήσασα; Χαριστηρίοις σε φωναῖς ὄθεν δοξάζομεν, καὶ βοῶμεν· Πάντα τὰ ἔργα, κ. τ. λ.

Φῶς ἡμῖν ἀπέτειλε, Κόρη, ἐκ φωτοφόρου σου νηδύος ὁ Δημιουργὸς τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης Χριστὸς ὁ Κύριος· ὃν ἐκτενῶς ἰκέτευε, φωταγωγήσαι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὰς ἁγίας γυναῖκας Ἀγάπην, Εἰρήνην καὶ Χιονίαν, ἡμέρα ιε'.

Τίττεις ἀνερμηνεύτως ὃν Πατὴρ ἀβρεύστως ἀπεγέννησε, καὶ μαζοῖς διατρέφεις τὸν τὰ σύμπαντα τρέφοντα, Δέσποινα.

Ῥῆξον τῶν πταισμάτων μου δεῖνόν χειρόγραφον, Δέσποινα, ἢ τὰ δεσμὰ λύσασα τοῦ ἄδου τῆ ἀσπόρου κυήσει σου.

Σωματούμενον Κύριον ἔτεκες, Κυρία, πάσης τῆς κτίσεως, ὃν ἰκέτευε ρυσθῆναι ἐχθροῦ, παναγία, κυριεύοντος.

Τέλος μοι χρηστὸν προσγενέσθαι, Κόρη, πρόσθευε, ὅπως φοβῶ τὰς μενεύσας με ἀτελευτήτους τιμωρίας καὶ σωθῆσωμαι.

Νεκρώσεως δερματίνους χιτῶνας ὁ Ἄδαμ ἀποβα-

λῶν, τῇ σαρκώσει του σου Γιοῦ, Θεοτόκε Παρθένε, καταστολὴν θείας δόξης ἐνδέδεται, δοξάζων σε περιχαρῶς ὡς Μητέρα Θεοῦ παναμώμητον.

Νέκρωσον, ἀχραντε, τὴν ζῶσαν, καὶ νεκροῦσαν τὴν ψυχὴν μου ἀμαρτίαν, καὶ ζωῆς μετασεῖν ἀξιῶσόν με θείας, ἢ τὴν χαρὰν κυήσασα, καὶ νεκρώσασα τὸν ὄφιν.

Σύμβολα φέρουσα πάλαι τοῦ σοῦ τόκου, τοὺς νεανίας οὐ φλέγει, Παρθενομήτορ, ἢ κάμιнос, ὡς οὐδὲ τὴν νηδύν σου τὸ πῦρ τῆς θεότητος.

Φιλάγαθε Παρθένε, τὴν κεκαχωμένην τῇ ἀμαρτίᾳ ψυχὴν μου ἀγάθυνον, ἢ τὸν πανάγαθον Λόγον ἀποκυήσασα.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τοὺς ἀγίους μάρτυρας Συμεῶνα τὸν ἐν Περσίδι καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, ἡμέρα ιζ'.

Φέρεις χερσὶ, Παρθένε, τὸν πάντα φέροντα, καὶ θηλάζεις ὡς βρέφος τὸν χορηγὸν τοῦ γάλακτος· αὐτὸν οὖν ἰκέτευε τὸν λαόν σου ἀπαντα οἰκτειρῆσαι πιστῶς ὑμνοῦντά σε.

Κατάρας προγονικῆς ἡμᾶς ἠλευθέρωσας εὐλογίαις πάντας τὸν στεφανώσαντα Λόγον σωματώσασα, ἀγνή αἰεὶ εὐλογημένη, τῶν ἀθλοφόρων ἐγκαλλώπισμα, καὶ ἀμαρτανόντων ἐξίλασμα.

Ἐκ σοῦ δικαιοσύνης ὁ Ἥλιος ἐξανατείλας ὑπὲρ νοῦν τὴν οἰκουμένην ἐφώτισε, θεοχαρίτωτε Κόρη, καὶ πλάνης τὸν χειμῶνα διέλυσεν.

Εὐροίμ' σε, Δέσποινα, ἐξαιρουμένην με ἐν ᾧρα δίκης τῆς καταδίκης, ὁ πιστῶς δοξάζων τὸν τόκον σου τὸν ἀρρήτον.

Ἐκ σοῦ ἀνατέταλκε, παναγία, ὁ Δημιουργὸς, καὶ ἀκτίσι θείας ἐπιγνώσεως τοὺς ἐν νυκτὶ τῆς ἀγνοίας ἐφώτισεν.

Ἴασαι, πανάμωμε, πάθη τῆς καρδίας μου, κήπασον τὸν τάραχον τὸν νοῦν μου χειμάζοντα, καὶ σῶσόν με βουῶντα· Ὁ Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.

Ἴνα τὸν σεπτὸν σου προσηλώσῃ τόκον, βάτος ἀκατάφλεκτος ὠράθη, πάναγνε· πῦρ ἐν σπλάγχνοις τὸ θεῖον δεξαμένη, ὅλως οὐκ ἐφλέχθης· διὸ σε ἀνυμνοῦμεν.

Φανωτάταις λάμψεσι, παναγία Μητέρα τοῦ Θεοῦ, καταύγασόν μου τὸν νοῦν σκότει χαλεπῷ ἀγνοίας

(60) Illustrissimum sane atque efficacissimum est argumentum istud ex admirabili dignitate Matris Dei immunitatem B. Virginis ab originali labe inferre, in eoque exsultant Patres tam Græci quam Latini. Qui enim attente perpenderit quanta sit dignitas Matris Dei, plane comperiet hanc gratiam seu privilegium præservationis a peccato originali esse maxime consentaneum, et suo quasi jure debitum Matri Dei. Non quia non fuerit gratia et privilegium, sed quia in tam profundum gratiarum mare debuit etiam hoc flumen intrare. Eleganter S. Bonaventura in opusc. de laudibus B. Mariæ cap. 7, Omnia, inquit, flumina intrant in

A per incarnationem filii tui, o Virgo Deipara, stola gloriæ divinae indutus est, glorificans te cum lætitia, tanquam Dei Matrem ab omni labe immunitatem (60).

Interime, o inviolata, peccatum vivens, quod interimit animam meam; et fac me dignum participatione vitæ divinae, tu quæ gaudium peperisti, et serpentem interemisti.

Fornax illa antiqua gerens symbola partus tui, o Virgo Mater, pueros non combussit; quemadmodum neque ignis divinitatis combussit uterum tuum.

O Virgo bonorum amatrix, animam meam a peccatis depravatam bonam redde, quippe quæ Verbum optimum peperisti.

B

Ex Canone in S. Symeonem Persam, et socios martyres, die 17

Fers manibus tuis, o Virgo, ferentem universa, et lacte nutris ut infantem, lactis datorem. Ipsum ergo deprecare ut misereatur populi tui universi, qui te fideliter collaudat.

A primorum parentum maledictione nos liberasti, o casta, corpore vestiens Verbum, quod omnes benedictionibus coronavit, o semper benedicta, martyrum triumphantium decus, et peccantium propitiatio.

Ex te, o Puella Deo charissima, justitiæ Sol ineffabili ratione exortus, universum terrarum orbem illuminavit, et erroris tempestatem dissipavit.

Inveniam te, o Regina, liberatricem meam a damnatione in die judicii; quippe ego partum tuum ineffabilem fideliter glorifico.

Ex te exortus est, o sanctissima, Creator, et divinæ scientiæ radiis, eos qui in nocte ignorantiae versabantur, illuminavit.

Medicam manum adhibe, o summe illibata, passionibus cordis mei; compesce tumultuantem mentis meæ tempestatem, et salvum me fac vociferantem: Benedictus es, Deus, etc.

Ut partum tuum venerandum significaret, o castissima, rubus incombustus apparuit: tu enim divinum ignem in visceribus suscipiens, nullam prorsus passa es combustionem; propterea te laudibus celebramus.

100 Lucidissimis splendoribus tuis illumina, o sanctissima Dei Mater, mentem meam, gravissimis

mare, et mare non redundat, quia omnia flumina gratiarum intrant in Mariam, et dignitatem eius non excedunt.

Omnia B. Virginis privilegia voluit Scriptura comprehendere, dum solum maternitatem Dei exponit. Unde S. Thomas de Villanova, speciali Spiritus sancti providentia, inquit, factum esse, quod evangelistæ nihil aliud de Maria dicerent, ne aliquo privilegio caruisse videretur. Sic enim habet conc. 2 de Nativit. Virginis: « Vobis totum erat, pars scribenda non fuit, ne putares, quod scriptum non fuerat, ei forsitan defuisse. » Sic ille.

ignorantiæ tenebris occupatam; ut divinam assecutus illustrationem, magnalia tua annuntiem, o Virgo perpetua.

A κρατούμενον, ἔπος τυγῶν θείου φωτισμοῦ τὰ μεγαλειά σου καταγγέλλω, Ἄειπάρθενε.

Ex Canone in S. Acacium episcopum Melitinæ, die 17 (60').

Tu, quæ arcano atque ineffabili modo Deo corpus dedisti, et nos repulsos atque rejectos eidem reconciliasti, o casta omni laude dignissima, medere, quæso, passionibus cordis mei passione filii tui, et salvum me fac psallentem quotidie: Glorioso enim glorificatus es, etc.

O porta, per quam nulli transitus patet, pœnitentiæ portas, o casta, aperi mihi, et in vias rectas dirige me.

Vivifica, Domina, me mortuum: et in errorem inductum celeriter converte me, tu quæ es via ab omni errore libera, atque omnium manductio.

Qui nullo modo Genitoris sinum vacuum reliquerat, omni substantia superior, in sinu tuo infans contineri visus est, o Virgo; accipiens sibi paupertatem meam, ob excessum divitiarum misericordiæ suæ.

Ex Canone in S. Thèodorum martyrem, die 19.

Ille qui, secundum naturam, lucem habitat inaccessibleem, cum habitasset in utero tuo, o purissima, ineffabili misericordia sua fecit nos Paradisi habitatores, ex quo propter serpentis invidiam, amandati atque ejecti fueramus.

Ille qui secundum suam naturam immunis est a tempore, natus ex te in similitudinem carnis factus est sub tempore, ignoscens temporalibus peccatis meis propter ineffabilem pietatem suam, o immaculatissima.

Sine partus doloribus Deum, qui corpore carebat, peperisti, o puella: qui Evam primam matrem a doloribus partus liberavit, et a doloribus inferni redemit eos, qui vitam doloribus atque miseriis plenam debebant.

O purissima, quæ sola proprie ac vere es Dei-para, corrobora me ut passionum, quarum servus factus sum, dominari possim, quatenus libera mente gaudens te beatificem, o salus fidelium.

Ex Canone in S. Theodorum, die 20.

Nos per te, o puella, salvati; te immaculatissimam inter mulieres, Deique Genitricem hymnis beatam nuncupamus, et illud Gabrielis, Ave, ad te clamamus. Ave, o causa reformationis primorum parentum.

Te Dei Genitricem castissimam puellam sanctorum populus agnoscens, o sanctissima, splendoris tui luce irradiatus est, et nunc in cœlis te deprecatur, Verbum ex te exortum cum gaudio glorificans, o Maria sponsa Dei.

Thalamus immortalitatis venter tuus factus est, Virgo inviolata; ex quo sponsus Dominus cum splendore procedens, sanctorum populos attraxit.

Mentis meæ mutationes, et cordis fluctuationes compece, precor, o Virgo, misericordia tua, et a peccato, quo detineor ligatus, libera me, qui te fideliter beatam appello.

Te, ut causam nostræ salutis, omnes servi tui quotidie laudamus, o Deo charissima, et cum fide beatam appellamus, dicentes:

O puella, quæ es incorruptionis fluentum, me plurimorum peccatorum inundationibus corruptum, dignum fac curatione tua, o Virgo.

Lucis illius, quæ illuminavit universa, jucundum propitiatorium revera apparuisti, o Virgo tota lucida; propterea **101** illumina me peccatorum tenebris involutum, ut te cum fide magnificare possim.

Ecce mons sanctus: ecce aromataria spiritus officina: ecce pons, qui omnes transportat ad Deum, Dei Mater puella; quam beatam dicamus.

Propitiatorium esto mihi, o illibatissima, apud eum qui ex te natus est, gravium debitorum remissionem impetrans mihi, et divinum regni Dei ingressum, et deliciarum fruitionem, lucisque consortium.

O ineffabilis mysterii profunditatem! Is qui olim manu plasmavit hominem, plasmatur carnem assumens uterum Virginis perpetuæ ingressus, et salvat me, cum timore clamantem.

102 Illumina semper oculos animæ meæ, o Dei genitrix: ne me profundissimæ peccati tenebræ comprehendant; neque desperationis abyssus absorbeat me: sed tu me salva, et gubernas, protectio fidelium, quæ non confunditur.

In hora tremenda judicii salva me, et redime me, o sanctissima, et a gehenna eripe me; ut te beatificem, et meritis laudibus honorem, o immaculatissima.

Tu sola, o inviolata, vitam subsistentem genuisti, factorem omnium ac Dominum, quem amans sanctorum Patrum multitudo, piam sanctamque vitam traduxit.

Tanquam pulchram, tanquam speciosam Verbum speciosum te dilexit, o illibata, in unumque uterum inhabitavit, ob nostrum fidelium redemptionem.

Inruit te rubus ille, o intemeratissima, qui igne circumdatus nulla ex parte comburebatur: etenim

divinitatis ignem gestasti, qui te, o Virgo, sine combustione servavit, et post partum Virginem incorruptam custodivit.

103 Speciosa facta ornamentis virtutum, et aurearum simbriarum varietate circumdata, o Virgo, speciosum super omnes homines Verbum

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Ἰαννουάριον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, ἡμέρα κα΄.

Μακάριός ἐστιν ὁ λαός, Θεοτόκε, ὁ δοξάζων σε Θεοῦ Μητέρα ἀψευδῆ καὶ ἀεὶ μακαρίζων σε, ἀχραντε, καθὼς προεῖπας ἱερῶς προφητεύουσα, ὀπηνίκα Χριστὸν ἔνδον ἔφερες.

Ῥῆξον τὰς σειράς, Θεόνυμφε, τῶν ἀμαρτιῶν μου, ἢ τὰ δεσμὰ διαρρήξασα τὰ τοῦ ἄδου τῷ τοκετῷ σου, καὶ χαρὰς πάντα πληρώσασα.

Μεγαλύνωμεν τὴν μόνην εὐλογημένην, δι' ἧς μεγάλως πάντας ἐπευλόγησεν ὄντως ὁ πανυπεράγαθος ἐκ ταύτης σαρκούμενος.

Ἵμνουμέν σε, δι' ἧς τοῖς ἐν σκότει φῶς ἔδυτον ἀνέτειλε, Θεοτόκε, ὁ τῶν ὄλων Δεσπότης, καὶ πρόθω μακαρίζομεν.

Ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῶν ἀνθρώπων, σῶν ἐξ ἀγνῶν αἱμάτων σεσωμάτωται Θεός ὁ Λόγος, ὃν ἐκτενῶς, Θεομήτορ, αἰτησαί τοῦ σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Νέκρωσόν μου τὰς κινήσεις, ἀχραντε, τὰς τῆς σαρκός, ζῶν ἢ κυήσασα, ζώσων, ἀγνή, τὴν ψυχὴν μου νεκρωμένην πάθει καὶ πολλοῖς ἀμαρτήμασιν.

Ὁ σκηνώσας ἀφράτως ἐν μήτρᾳ σου ἑαυτοῦ ὀκητήριον ἔδειξε τοὺς εὐσεβεῖς, πανάχραντε· ᾧ βρωῦμεν ἀπίστως· Πάντα τὰ ἔργα, εὐλογεῖτε τὸν Κύριον.

Φωτὸς τοῦ ἐν σοὶ μαρμαρυγαῖς τυφλώττουσαν τὴν ψυχὴν μου φωταγωγήσον, καὶ χειραγωγήσόν με, Κόρη, ὁδοὺς σωτηριῶδεις πορεύεσθαι, καὶ πλάνης ἐκφυγεῖν τὰ προσκόμματα, ὅπως ἐν πίστει μακαρίζω σε.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ὁσίου Πατέρα ἡμῶν Θεόδωρον τὸν Συκεώτην, ἡμέρα κβ΄.

Ὁ ἀγεώργητος βότρυς σου ἐκ γαστρὸς ἦνθησε, Παρθενομήτορ, γλυκασμὴν ἀναβλυστάνων ἀφέσεως καὶ ἀφροσύνης, πανάχραντε, ἀπασὶ τοῖς ἐκ τῆς μέθης τῶν δεικῶν παραφρονήσουσι.

Νόμοι ἐν σοὶ τῆς φύσεως, Παρθένε, καινοτονοῦνται· τίκτεῖς γὰρ ὑπὲρ λόγον καὶ Δεσπότην, ὃν ἐκτενῶς ἱκέτευε σωθῆναι τοὺς δούλους σου.

Μακαρία ἐκ γενεῶν πασῶν ἔδειχθης, Χριστὸν τεκοῦσα μακαρίως ἐργαζόμενον τοὺς αὐτῷ δουλεύοντας, Παρθενομήτορ, ἀχραντε Δέσποινα.

Ῥανίσι τοῦ ἐλέους σου κατάρδυσσον, πανάχραντε, τὴν ἐκταχεῖσάν μου διάνοιαν φλογμῷ τῆς ἀμαρτίας, καὶ τὸν ἐσβεσμένον μου τῆς καρδίας ἀναψὸν λύχνον, πύλη τοῦ φωτός.

Παθῶν με τρικυμῖα συνταράσσει, βυθὸς ἀπογνώσεως χερμάζει μου τὴν καρδίαν· κυβερνήτην κυή-

peperisti; quod pro nobis ne cesses deprecari.

Lucis habitaculum uterus tuus factus est, quæ mundum divinitatis splendoribus illuminavit: porta solis gloriæ, gratiosissima inter mulieres, sanctorum gloriatio, sanctissima atque optima.

Ex Canone in S. Januarium, et socios martyres, die 21.

Beatus populus, o Deipara, qui te veram Dei Matrem glorificat, semperque beatificat, quemadmodum, o immaculata, prædixisti per sacrum vaticinium cum Christum in utero ferebas.

Rumpe catenas peccatorum meorum, o Dei sponsa, quæ inferni vincula perrupisti partu tuo, et **B** universa gaudio replevisti.

Magnificemus unicam benedictam, per quam ille qui omni bonitate est superior ex illa incarnatus, universos vere magnifice benedixit.

Laudamus te, o Deipara, per quam lux innocua iis qui in tenebris versabantur exorta est, omnium scilicet Dominus; teque cum affectu glorificamus.

Ut hominibus beneficium sese ostenderet, ex castis sanguinibus tuis corpus accepit Deus Verbum, quem enixe, o Dei Mater, precare pro salute animarum nostrarum.

Mortifica, o inviolata, carnis meæ motus: tu quæ vitam genuisti, vivifica, o casta, animam meam, passionibus multisque peccatis interemptam.

Qui ineffabiliter in utero tuo, o inviolata, habitavit, habitationem suam fecit eos qui pietatem colunt: eidem **104** nos incessanter clamamus: Omnia opera, benedicite Domino.

Lucis in te habitantis splendoribus cæcutientem animam meam illumina, o Puella, et manu duc me ut per vias salutis incedam, et seductionis et erroris offendicula devitem, ut cum fide te beatam appellem.

Ex Canone in S. P. N. Theodorum Syceotam, die 22.

Botrus ille, qui cultoris operam nullam habuit, ex utero tuo effloruit, o Virgo Mater immaculatissima; ex quo indulgentiæ et lætitiæ dulcedo effluxit omnibus, qui ex malorum ebrietate prudentiæ sensum amiserunt.

Naturæ leges in te, o Virgo, innovantur; etenim supra rationis conceptum, Dominum paris, quem connixe deprecare pro salute animarum nostrarum.

Beata ex omnibus generationibus demonstrata es, o Virgo Mater inviolata Domina, Christum enim peperisti, qui sibi servientes beatos facit.

Stillicidiis misericordiæ læ irriga, o illibatissima, mentem meam peccati incendio liquescentem; et extinctam cordis mei lucernam accende, o porta lucis.

Passionum tempestas conturbat me: desperationis profundum exagitat cor meum: o Virgo, quæ

gubernatorem et Salvatorem Christum peperisti, libera me, precor, et salva me.

Speciem Jacob te elegit Deus, o Virgo Deipara; in te habitavit, et te post partum virginem conservavit, qualis fueras ante partum.

Sacræ prophetarum voces te, o Virgo, symbolice prædicant portam, montem, et tabernaculum, ac sanctam lucis nubem, ex qua sedentibus in tenebris et umbra, exortus est sol Christus lucis dator.

105 Reverendus partus tuus est, o Deipara Mater Dei, propterea te semper beatam dicimus, et fideliter glorificamus generationes generationum in sæcula. Amen.

Ex Canone in S. Matrem nostram Elisabet Thaumaturgam, die 24.

Te, opurissima, quæ supra mentis conceptum inseparabile Patris Verbum peperisti, ardentissimo amore prosequens celeberrima Elisabet, Spiritus sancti receptaculum facta est divinis virtutibus refulgens.

Te solam, purissimum Virginitatis templum gloriosissima Elisabet cum fide desiderans, o tota immaculata, gaudet adducta filio tuo religiose vestigia tua subsecuta.

Sola Deum incarnatum fers in utero, qui præbet esse universis, quem Elisabet ex animo concupivit et amavit, eidem spiritualiter desponsata: o Virgo Deipara, angelorum miraculum, et dæmonum vulnus, tota admirabilis.

Superior supernis potestatibus facta es, o Virgo, Verbum Patri coæternum et coæquale enixa: cujus splendoribus Elisabet Deifera illustrata, passionum nebulas dissipavit.

Concepisti in utero illum qui est ante sæcula: peperisti in carne eum qui natura est incorporeus: nutriti lacte eum qui nutrit universa; o Dei Mater innupta et inviolata.

Vide, o Virgo, tribulationem meam, quam induxit multitudo malorum meorum, et ab igne gehennæ eripe me clamantem: Benedictus, o castissima, fructus ventris tui.

Corpore amictum peperisti, et ulnis gestasti, o Virgo inviolata, Dominum Jesum, qui portat universa nutu suo omnipotenti. Quamobrem te tanquam Dei Matrem collaudamus, clamantes cum præconiis: Sacerdotes, benedicite; **106** populus, superexaltate Dominum.

Parece mihi, Salvator, qui natus, Genitricem tuam incorruptam conservasti post partum, cum sedebis ut judices opera mea, dissimulans iniquitates, et peccata mea tanquam benignissimus, miserator, bone, et amator hominum.

Ex Canone in S. Basileum episcopum Amasæ, die 26.

O Virgo perpetua, refugium fidelium, et validum auxilium recurrentium ad te, ab omni necessitate et damno hostili salvos fac nos.

Α τασα Χριστόν, Παρθένε, και Σωτήρα, ρύσαι και σωσον με, δεομαι.

Την καλλονην Ιακώβ σε Θεός εξελέξατο, εν σοι κατεσχηνωσε, και σε διετήρησε, και μετά τόκον, Παρθένον, ὡσπερ ἦς πρὸ τοῦ τόκου, Παρθένε Θεοτόκε.

Ἰεραὶ σε τῶν προφητῶν κηρύττουσι φωναὶ συμβολικῶς πύλην, και ὄρος, και σκηνήν, και τὴν ἀγίαν φωτὸς νεφέλην, ἐξ ἧς τοῖς ἐν σκότει και σκιᾷ καθημένοις ἀνέτειλεν ἥλιος, Παρθένε, Χριστὸς ὁ φωτοδότης.

Φρικτὴ σου ἡ λυχεῖα, Θεοτόκε Μήτηρ Θεοῦ: διό σε μακαρίζομεν ἀεὶ και δοξάζομεν πιστῶς, αἱ γενεαὶ τῶν γενεῶν εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὴν ὁσίαν Μητέρα ἡμῶν Ἐλισάβετ τὴν θαυματουργόν, ἡμέρα κδ'.

Σὲ τὴν τεκοῦσαν ὑπὲρ νοῦν, πανάμωμε, τὸν ἀδιαίρετον Θεοῦ Πατρὸς Λόγον διαπύρην ἔρωτι ποθοῦσα ἡ αἰδίμος Ἐλισάβετ, δοχεῖον ἀγίου Πνεύματος γέγονεν, θείαις ἀρεταῖς διαλάμπουσα.

Παρθενίας σε μόνην τὸ καθαρὸν τέμενος, ἡ πανευκλεῆς Ἐλισάβετ πίστει ποθήσασα, χαίρει, πανάμωμε, τῷ σὺ Ἰῶ προσαχθεῖσα ὀπίσω σου ἀκολουθήσασα.

Μόνη Θεὸν φέρεις ἐν μήτρᾳ σαρκούμενον, τὸν τὸ εἶναι πᾶσι παρεχόμενον, ὃν ἐπεπόθησεν ἐκ ψυχῆς, τούτῳ μνηστευθεῖς ἡ Ἐλισάβετ ἐν Πνεύματι, Παρθένε Θεοτόκε, τῶν ἀγγέλων τὸ θαῦμα, και δαιμόνων τὸ τραῦμα, πανθαύμαστε.

Ἐπερτέρα τῶν ἄνω πέφυκας δυνάμεων, Λόγον κυήσασα τοῦ Πατρὸς, Παρθένε, τὸν συνάναρχον και συναἰδιον, οὗ τρεῖς φρυκτωρῖαις ἡ θεοφόρος ἀγασθεῖσα τῶν παθῶν τὴν ὁμίχλην διέλυσεν.

Συνέλαβες ἐν γαστρὶ τὸν προαιώνιον, ἀχραντε, και τέτοκας ἐν σαρκὶ τὸν φύσει ἀσώματον, και γάλακτι ἰθρεψας τὸν τροφέα πάντων, Θεομητορ ἀπειρόγαμε.

Ἴδε τὴν θλίψιν μου, Παρθένε, ἣν ἐπήγαγε τὸ πλῆθος τῶν κακῶν μου, και γέννης πυρὸς ἐξάρπασσον βοῶντα. Εὐλογημένος, πάναγνε, ὁ καρπὸς τῆς σῆς κοιλίας.

Σωματοφόρον τέτοκας, και ἀγκάλαις ἐδάστυσας, ἀχραντε Παρθένε, Ἰησοῦν τὸν Κύριον, τὸν πάντα βαστάζοντα παντοδυνάμῳ νεύματι: ὄθεν ὡς Θεοῦ σε ἀνυμνοῦμέν Μητέρα, βοῶντες ἐν αἰνέσει: Ἰερεῖς, εὐλογεῖτε: λαὸς, ὑπερυψοῦτε τὸν Κύριον.

Φείσαι μου, Σῶτερ, ὁ τεχθεὶς και φυλάξας τὴν τεκοῦσάν σε ἀφθορον μετά τὴν κύησιν, ὅταν καθίσῃς κρίναι τὰ ἔργα μου, τὰς ἀνομίας παρορῶν, και τὰς ἀμαρτίας μου, ὡς ὑπεράγαθος, ἐλεήμων, ἀγαθὸς και φιλόανθρωπε.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον ἱερομάρτυρα Βασίλειον, ἐπίσκοπον Ἀμισίας, ἡμέρα κς'.

Ἡ πιστῶν καταφυγή, Ἀειπάρθενε, ἡ κραταιὰ βοήθεια τῶν προστρεχόντων σοι ἀπὸ πάσης ἀνάγκης και βλάβης ἐναντίας ἡμᾶς διάσωσον.

Ἐκύησας τὸν ἀναρχὸν βασιλέα ἐκ σοῦ, Παρθενο-
μήτορ, ἀρχὴν λαβόντα· αὐτὸν οὖν ὡς φιλάνθρωπον
ἐκδυσώπει σῶσαι τοὺς δούλους σου πάσης ἐκ θλί-
ψεως καὶ ἐχθρῶν ἀλώσεως, παναμώμητε.

Πανύμνητε, τῶν ἀνθρώπων ἐτοίμη βοήθεια, τὰ
ἀγρία κύματα τῶν πειρασμῶν καταπράυνον, σώ-
ζουσα τοὺς δούλους σου τῆς τῶν ἐχθρῶν προσδοκίας.

Πόλις Θεοῦ, περὶ ἧς ἐλαλήθη δεδοξασμένα, ταύτην
σου τὴν πόλιν καὶ πᾶσαν χώραν ἀπὸ κινδύνων, καὶ
λιμοῦ, καὶ βαρβάρων, Θεοτόκε Παρθένε, λύτρωσαι,
μόνη προστασία πιστῶν ἀκαταίσχυντε.

Παναγία Παρθένε θεόθυμπε, ἡ μετὰ Θεὸν προστα-
σία τῶν δούλων σου, βαρβαρικῆς ἀλώσεως, καὶ κιν-
δύνων ἡμᾶς ἀπολύτρωσαι.

Ἡ μόνη ἐλπίς καὶ βοήθεια πιστῶν, Θεογεννητορ,
σπεῦσον, βοήθει τοῖς ἰκέταις σου βυθιζομένοις ταῖς
θλίψεσι, καὶ ἠπορημένοις, Παρθένε, καὶ ἐν ἐδύνη
ὑπάρχουσι, καὶ καταφεύγουσιν εἰς σὲ ἐν πεποιθήσει
ψυχῆς.

Καταφυγή Χριστιανῶν, βοήθεια τῶν ἐν δεινοῖς
συνεχομένων, παναγία Παρθένε, μὴ ὑπερίδης ἡμᾶς
κινδύνοις κλονομένους πάντοτε, καὶ πολλαῖς ἐφόδοις
τῶν πονηρῶν βαρβάρων.

Φωτοκυῆτορ Παρθένε, μετὰ τῶν ἀσωμάτων ἀγγέ-
λων, ἀποστόλων, προφητῶν, ἱεραρχῶν, ἀθλοφόρων τε
καὶ ὁσίων ἀπάντων, τὸν μόνον ὑπεράγαθον Θεὸν
ἐκδυσώπει ρυσθῆναι κινδύνων τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Ἐκ τοῦ κινόντος εἰς τὸν ἅγιον ἱερομάρτυρα Συ-
μεῶνα συγγενητῆρ τοῦ Κυρίου, ἡμέρα κζ'.

Ὡς οὔσα τῆς κτίσεως ἀνωτέρα πάσης, τὸν Κτίστην
καὶ Θεὸν ἐν μήτρᾳ συνέσχεσ, Παρθένε, καὶ ἐκύησας
βροτῶν εἰς ἀπολύτρωσιν.

Ἄπας ἐγκωμίων, πάναγνε, νόμος νῦν ἠττάται σε
ἀνυμνεῖν, Θεόθυμπε, Λόγον Θεὸν τεκοῦσα, καὶ ἀγ-
γέλους ὑπερβέβηκας.

Μεμνημένος τὸν τόκον σου, ὁ προφήτης σε Ἀββα-
κούμ προγράφει κατάσκιον ὄρος, Κόρη, ὁ Θεὸς ἡμῶν
ἐξ οὗ ἐπεδήμησεν.

Ὑπὲρ ἡμῶν δυσώπησον Χριστὸν τὸν ἐκ τῶν σῶν
ἀγνῶν αἱμάτων, ἀγνή Θεοτόκε, σάρκα ὑλικὴν ἡμ-
φισμένον, καὶ βροτοὺς ἀναπλάσιντα.

Ἰάτρευσον τὰ ἀνίατα πάθη, Θεόθυμπε, τῆς ψυχῆς
μου, ἱατρὸν καὶ Σωτῆρα κύησασα τῶν βροτῶν τὰ
πάθη τοῖς αὐτοῦ θεραπεύοντα πάθεσιν.

Παρθενομήτορ ἀγνή, τὸ τῶν δαιμόνων τραῦμα,
καὶ τῶν ἀνθρώπων τὸ διάσωσμα, ἀγγέλων εὐπρέπεια,
τὴν ταπεινὴν μου ψυχὴν ἐχθροῦ τῆς πλάνης ρῦσαι.

Ἵνα σε φωναῖς, ἀγνή, χαριστηρίοις τὴν χαριτώσα-
σαν ἡμῶν τὸ γένος ἀνυμνοῦμεν, σκέπε καὶ περιφρού-
ρει ἡμᾶς, Θεόθυμπε, ἐκ πάσης βλάβης.

Φωτί με καταύγασον τῷ θείῳ, φωτὸς οἰκητήριον,
Παρθένε, τῶν παθῶν μου τὸ σκότος, καὶ τὴν βαθυ-
τάτην ὕπνωσιν νύκτα σαῖς μεσιτελαῖς, Θεοκυῆτορ,
ἀπελαύνουσα.

A Peperisti regem aeternum, qui ex te, Virgo Mater,
esse coepit in tempore. Ipsum ergo tanquam homi-
num amatorem exora, ut salvet servos tuos ab
omni tribulatione, atque ab hostium expugnatione,
o intemeratissima.

O omni laude dignissima, promptum hominum
auxilium, seros fluctus tentationum tranquilla, sal-
vans servos tuos ab hostium expectatione.

Civitas Dei, de qua gloriosa dicta sunt, hanc tuam
civitatem omnemque regionem a periculis, fame,
et Barbarorum armis libera, o Deipara Virgo, unica
protectio fidelium, quæ non confunditur.

O Virgo sanctissima Dei sponsa, quæ post Deum
es præsidium servorum tuorum, a Barbarica expu-
gnatione ac periculis libera nos.

B O spes unica et auxillum fidelium, Dei genitrix,
festina, adjuva supplices tuos tribulationibus im-
mersos, et consilii auxillique inopes, ac propterea
in dolore versantes et ad te cum animi confiden-
tia confugientes, o Virgo.

Refugium Christianorum, adjutrix eorum qui in
angustiis detinentur, Virgo sanctissima, ne despi-
cias nos **107** assiduis periculis percussos, multis-
que Barbarorum pessimorum invasionibus exagita-
tos.

O Virgo genitrix lucis, cum angelis incorporeis,
apostolis, prophetis, pontificibus, martyribus, ac
sanctis omnibus, unicum benignissimum Deum de-
precare, ut a periculis liberet animas nostras.

C Ex Canone in S. Simeonem martyrem, qui fuit co-
gnatus Domini, die 27.

Tanquam omni creatura superior, Creatorem ac
Deum in utero concepisti, o Virgo, et peperisti in
redemptionem hominum.

Omnis encomiorum lex vincitur nunc, o castis-
sima Dei sponsa, in laudibus tuis; Dei enim Ver-
bum peperisti, et angelorum sublimitatem transcen-
disti.

Initiatus mysteriis partus tui propheta Abba-
cuc, o Puella, describit te montem umbrosum, ex quo
Deus noster advenit.

D Deprecare pro nobis Christum, o casta Deipara,
qui ex puris sanguinibus tuis materialem induit
carnem, et homines reformavit.

Sana insanabiles animæ meæ passiones, o Dei
Sponsa, quæ medicum et Salvatorem peperisti, qui
passionibus propriis hominum passiones curavit.

Virgo Mater casta, dæmonum vulnus, hominum
salus, angelorum decus, libera miseram animam
meam a seductione inimici.

Ut te gratis vocibus, o casta, quæ genus nostrum
gratia replevisti, laudemus, protege et defende nos
ab omni damno, o Sponsa Dei.

Divina luce perfunde me, o Virgo, lucis habita-
culum, passionum mearum tenebras, et penitus
profundissimam **108** noctem, intercessionibus tuis
dispellens, o Dei Genitrix.

Verbum citra mutationem incarnatum in terra peperisti in reformationem hominum, qui te vocibus incessabilibus beatificant, o vere divina felicitate cumulatissima.

Virgo incorrupta, o casta, post partum permansisti, concipiens modo inexcogitabili, illum qui abstulit corruptionem: propterea omnes te merito beatam dicimus, o Deipara.

Thalamus totus lucidus, candelabrum totum aureum, locus sanctificationis thronus Dei altissimus, et palatium amplissimum facta es, o Virgo divina gratia cumulatissima.

Sanctior Cherubim fuisti, o laudatissima, dum Deum inexplicabili ratione genuisti, qui voluit salvare humanum genus, serpentis dolo corruptum ac peremptum.

Vitam peperisti, o castissima, quæ ob pomi esum

Ex Canone in S. Jasonem apostolum, die 28.

Puellæ virum nescientis apparuit filius carne circumdatus propter multam suam misericordiam ille, qui nulla mentis ratione comprehendi potest, ut eos qui passionibus carnis misere succubuerant, ad impassibilitatem manifeste reduceret per passionem carnis suæ, cui de more psallentes dicimus: Glorioso enim glorificatus est, etc.

Interfice, o purissima, vivifica intercessione tua peccatum quod vivit in me, tu quæ vitam genuisti.

O Domina, thalami nuptialis nescia, salva me, Salvatorem Verbum enixa, et a periculis atque ab æterna damnatione libera me.

Sanctior Cherubim apparuisti, dum in terra omnium Dominum corpore induisti, o Domina inviolata, omni laude dignissima.

110 Ex Canone in S. Memnonem, die 29.

Cum Deus ex te hominem assumpsisset propter suam bonitatem, o intemerata Virgo, processit cum duplici operatione et natura; quem semper deprecare, ut te laudantes illuminet.

Verbum Dei impolluta viscera tua inhabitavit, o inviolata, atque universa hominum peccata eliminavit.

*Si decuit luctus sine labe effingere Matrem,
Matrem lætitiæ plus decorare decet.
Immunem Sponsam voluit si crimine levi,
Sic illi voluit majus abesse nefas.*

Naturæ leges in te innovantur: nam legislatorem **A** Christum, legibus carnalibus minime obnoxia peperisti, o innocentissima (4): illum, inquam, qui redemptionis leges sancit omnibus iis, qui canunt: Laudabilis et supergloriosus, Deus patrum nostrorum, etc.

Sacræ prophetarum voces multo ante tempore prænuntiaverunt te futuram esse Matrem Dei, qui universa creavit, cui canimus, o immaculata (5): Benedicite, etc.

Illum fers, qui fert universa: illum lacte nutris, qui cunctis cibum suppeditat: magnum tremendumque mysterium, quod intellectum tuum excedit, o arca venerandæ sanctificationis, Virgo Deipara: quamobrem te cum fide beatam appellamus

Ex canone feriæ III, ad Matutinum.

Tanquam thronus igneus fers Creatorem: tanquam animatus thalamus, ac jucundum palatium Regem continens factum similem nobis, sed sine mutatione aut perturbatione sui ipsius.

O sanctissima Domina, quæ sola Filium carentem tempore in tempore incarnatum peperisti, medere omnibus passionibus miserrimæ animæ meæ ex diuturno tempore contractis.

Illum paris, quem Pater genuit ante omnia sæcula: nutris nutritorem, nulla virilis copulæ facta experientia. Miraculum paradoxum! mysterium novum! propterea omnes fidelium animæ te glorificant, o Deo charissima.

Totum Adam, tanquam vestem, assumpsit Verbum, ex te, o Deipara, totum carne amictum procelens. Ipsam ergo, o Deipara, suppliciter exora, ut ab omni tentationum genere et ab igne æterno nos eripiat.

250 Stupore percussæ mente excesserunt angelorum legiones, intuentes quomodo ille qui est invisibilis, in humana forma ex te assumpta visibilis appareret: quem tu, o Virgo Dei Genitrix, simplex precare, ut omnes qui te fideliter glorificant salute dignos efficiat.

Templum sanctificatum Dei, qui in te habitavit, modo ineffabili, facta es, o Virgo. Eundem deprecare, ut nos a peccatorum sordibus emundet, ut domus et habitaculum Spiritus sancti esse agnoscamur.

Unum Trinitatis venerandæ in duabus voluntatibus unam hypostasim habentem peperisti, o ab omni macula immunis (6): quem enixe precare pro omnium nostrum salute.

(4) Optime Bernardinus de Busto in suo Mariali serm. 9, de Conceptione parte III, « Sicut, inquit, ignis nunquam fuit sine calore, nec aqua aliquando fuit sine humore, ita B. Dei Genitrix nunquam fuit sine innocentia. » Sic ille. Et merito quidem cum innocentia sit B. Virginis, quatenus hæc est Dei Mater, quædam proprietas et forma, ut in sua *Umbra virginea* n. 213, observat P. Aloysius Novarinus. Jure proinde B. Virgo a Josepho nostro tanquam innocentissima agnoscitur, et salutatur: O innocentissima.

Νόμοι ἐν σοὶ φύσεως καινίζονται. Τὸν νομοδότην γὰρ Χριστὸν δίχα νόμων τῶν σάρκικῶν τίκεις, παναμώμητε, πᾶσιν ἀπολύτρωσιν νομοθετοῦντα τοῖς μέλπουσιν. Ὁ αἰνετός τῶν πατέρων Θεὸς καὶ ὑπερένδοξος.

Τεραὶ σε πόρρωθεν φωναὶ γενήσεσθαι μητέρα τοῦ πάντα ἐχτειναμένου προκατήγγειλαν Θεοῦ, ᾧ μέλομεν, ἀχραντε. Εὐλογεῖτε...

Φέρεις τὸν τὰ πάντα φέροντα καὶ γαλουχεῖς τὸν πᾶσι τροφήν παρέχοντα, μέγα καὶ φρικτὸν τὸ ὑπὲρ νοῦν σου μυστήριον, κιβωτὲ τοῦ σεπτοῦ ἀγιασματος, Παρθένε Θεοτόκε, ὅθεν σε πιστεῖ μακαρίζομεν.

B Ἐκ τοῦ διπλοῦ κανόνος τῆς τρίτης εἰς τὸν Ὄρθρον.

Ὡς θρόνος πυρίμορφος φέρεις τὸν Κτίστην, ὡς ἔμφυχος θάλαμος καὶ τερπνὸν παλάτιον τὸν βασιλεῖα χωρεῖς, γενόμενον ὅπερ ἐσμέν, δίχα τροπῆς καὶ φυρμού.

Ἡ μόνη τὸν ἀχρονον Υἱὸν ἐν χρόνῳ τεκοῦσα σαρκούμενον, παναγία Δέσποινα, πάντα τὰ χρόνια τῆς παναθλίας μου ψυχῆς πάθη θεράπευσον.

Τίκεις ἐν Πατρὶ ἐγέννησε πάντων πρὸ αἰώνων, τρέφεις τὸν τροφέα, πείραν ἀνδρὸς μὴ γινῶσα, παράδοξον τὸ θιῦμα, καινὸν τὸ μυστήριον, θεοχαρίτωτε διὸ πᾶσα πιστῶν ψυχὴ δοξάζει σε.

C Ὅλον τὸν Ἀδάμ ἐφόρεσεν ἐκ σοῦ, Θεοτόκε, ὅλος σαρκοφόρος προελθὼν ὁ Λόγος· αὐτὸν οὖν, Θεοτόκε, δυσώπει τοῦ ῥύσασθαι ἐκ πειρασμῶν παντοδαπῶν, καὶ τοῦ πυρὸς τοῦ αἰωνίζοντος.

Ἐξέστησαν ὀρῶσαι ἀγγέλων στρατιαὶ, πῶς ὁ ἀθεώρητος μορφῇ τῇ καθ' ἡμᾶς ἐκ σοῦ ὠράθη, Παρθένε Θεοκυήτορ· ὃν ἐκδυσώπει σωτηρίας ἀξιῶσαι πάντας τοὺς πιστῶς σε δοξάζοντας.

Ναὸς ἡγιασμένος ἐδείχθης τοῦ Θεοῦ τοῦ ἐν σοὶ οἰκήσαντος, Παρθένε, ὑπὲρ νοῦν· αὐτὸν δυσώπει ἀμαρτιῶν ἡμᾶς ῥύπου ἀποκαθᾶραι, ὅπως οἶκος γγνωρισθῶμεν καὶ κατοικητήριον Πνεύματος.

Ἐν δύο ταῖς θελήσεσι ἓνα τῆς σεπτῆς τέτοκας Τριάδος, πανάχραντε, φέροντα μίαν τὴν ὑπόστασιν, ὃν ἐκτενῶς δυσώπει πάντας ἡμᾶς σωθῆναι.

(5) Per præsertim a macula originali. Unde Marsilius doctor inter scholasticos insignis in libr. II Sentent. q. 20, a. 2, ait inter alia: « Magis decuit Deum Virginem Matrem præservare a macula mentis, quam a dolore corporis. Patet: quia anima hominis est præstantior corpore; item, quia anima est expressior imago Trinitatis: item, quia macula mentis sine proportione gravior est dolore carnis. » Sic ille.

(6) Hebræi hoc religiose servabant, ut Theophilum in membrana scriberetur, quæ omni macula

Βασίλισσαν Παρθένον σε κηρύττει ὁ Δαβὶδ, ἄχραντε ἀγνή· διὸ ἔκτεύω σε, τῆς οὐρανίου βασιλείας με ποιήσον κληρονόμον, ἵνα σε μακαρίζω.

Ἁγιάσματος σκηνὴ δεδειγμένη, Μαρία, μιανθεῖσαν ἡδοναῖς τὴν ἀθλίαν μου ψυχὴν ἀγίασον, καὶ θείας δόξης μέτοχον ποιήσον.

Τὴν Μητέρα τοῦ Θεοῦ καὶ καλὴν ἐν γυναιξὶ δυσωπῶ σε ἔκτενῶς, μὴ παρίδῃς με, ἀγνή, ἀλλ' οἰκτεῖρον, καὶ πάσης βλάβης σῶον συντήρησον.

Ἐκ γενεῶν πασῶν σε ὁ Χριστὸς, πανύμνητε, μόνην ἤρετίσατο αὐτῷ, οἷα σεμνὴν καὶ καθαρὰν, εἰς κατοικίαν, καὶ ἐκ σοῦ ὡς ἥλιος ἐξανασταίλας τὴν γῆν πᾶσαν ἐφώτισεν.

Ἰκετηρίαν, ἄχραντε, Θεῷ προσάγαγε, ὅπως παραβλέψῃται ἡμῶν τὰ πταίσματα, καὶ τὰς ἀμέτρους ἀμαρτίας, καὶ διαγωνίζοντος ἐλευθερώσαι ἡμᾶς πυρὸς κολάζοντος.

Ὡς κρίνον κοιλάδεσι τοῦ βίου εὐρηκῶς ἐν σοὶ κατεσκήνωσεν ὁ πάντων φυτουργός· ὁδμαῖς ἐναρέτοις καὶ σεμνότητος νῦν κατευωδίασον ἡμᾶς, Θεογενεῖον.

Ῥῦσαι με ἀτόπου ἀμαρτίας καὶ φλογὸς ἀμαρτίας, σκότους κολάζοντος, καὶ βρυγμοῦ τῶν ὀδόντων, καὶ σκώληκος, Παρθένε, μόνη προστασία τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων.

Φωτιστικαῖς λαμπηδόσι τοῦ ἀνατελλαντος Λόγου ἐκ τῆς ἀγίας σου γαστρὸς, Θεοτόκε Παρθένε, καὶ καταυγάζαντος τῆς γῆς τὰ πέρατα, φώτισον τὴν ψυχὴν μου, ἡδονῶν ἀμαυρώσει σκοτισθεῖσαν, ἀμελείᾳ τῶν παθῶν.

Φέρεις τὸν φέροντα πάντα, χερουβικὸς ὡσπερ θρόνος, τρέφεις τὸν τρέφοντα ἡμᾶς, ὃν ἀπαύστως δυσώπει, θεοχαρίτωτε, ἡμᾶς σεισμοῦ καταπτώσεως, ἀλώσεως, καὶ παντοίας ἀνάγκης, σοῦ τὴν πόλιν ἐκλυτρώσασθαι αἰεὶ.

Ἐκ τοῦ καρδίου τῆς τετάρτης, εἰς τὸν Ὅρθρον.

Ρομφαία, πάναγνε, τέτρωσαι, τὸ πάθος τοῦ Υἱοῦ σου, ὡς ἐβλεψας αὐτὸν τῇ λόγχῃ νυκτόμενον, καὶ τὴν ἐν παραδείσῳ κωλυτικὴν εἶργοντα ρομφαίαν, μὴ διδοῦσαν τοῖς πιστοῖς τὴν θείαν εἰσοδόν.

careret : quia scilicet in ea quædam divinæ legis verba exaranda erant. Ita inter alios tradit ex eorum ritibus Olearius in cap. xiii Exod. Quod si Hebræi tantam puritatem requirebant in membrana, in qua Dei verba scribenda erant, quomodo permisisset Deus turpissima originalis peccati macula conspurcari B. Virginem, in qua non nuda verba, sed Verbum ipsum, non hominum, sed Dei manu erat scribendum? Fuit igitur B. Virgo ab omni macula immunis, et talis quod Verbo responderit in illa exarando. Vide Novarinum in *Umbra virginæ*, n. 93.

(7) De hoc habitaculo locutus Bartholomæus de Pisis in opere *De laud. B. Virginis*, libr. 1, fructu 7, ait : « Habitaculum Dei vivi, anima scilicet corpusque Mariæ, nullo peccati contagio maculatur : sed in infusione ipsius animæ corpori sic gratia prævenit divina, ut ejus sacer conceptus ab originalis peccati macula (ut pie creditur) fuerit immi-

Reginam Virginem prædicat te David, o immaculata et pura : propterea tibi supplico ut me celestis regni hærejem efficias, ut possim te beatam appellare.

O Maria, quæ sanctificationis tabernaculum facta es, sanctifica miseram animam meam, passionum cupiditatibus inquinatam, et divinæ gloriæ participem effice.

Te Dei Matrem, et pulcherrimam inter mulieres, obnixè deprecor, o Virgo, ne despicias me, sed miserere mei, et ab omni læsione incofumem conserva.

Ex omnibus generationibus te unam Christus sibi in habitaculum elegit (7), o laudabilissima, utpote venerandam ac puram; et ex te tanquam sol exortus, terram universam illuminavit.

Supplicationes Deo offer, o inviolata, ut nobis lapsus nostros ignoscat, et peccata, quæ sine numero perpetravimus, et ab ignis sempiterni supplicio liberet nos.

Cum te tanquam liliū in hujus mundi vallibus Creator omnium invenisset, in te, o Dei Genitrix, habitavit : nunc igitur virtutis ac pietatis odoribus nos perfunde.

Libera me a scdissimis peccatis, et a flamma tenebrosa, **251** qua puniuntur eadem peccata, et a stridore dentium, atque a verme, o Virgo, unicum humani generis præsidium.

Illuminativis splendoribus Verbi, quod ex utero tuo sancto exortum est, o Virgo Deipara, atque universos terræ fines luce perfudit, illumina animam meam cupiditatum nigredine obtenebratam, eo quod passiones meas cohibere neglexerim.

Illum fers qui fert universa, tanquam thronus Cherubicus : nutris, nutrientem nos; quem sine cessatione exora, o Deo charissima, ut nos gregem tuum a terræ motus ruina, ab hostili oppugnatione, et ab omni necessitate semper liberos custodiat.

Ex canone seriativ, ad Matutinum.

Gladio vulnerata es, o castissima, in passione Filii tui, ut illum vidisti lancea perfossum, atque remotentem gladium illum qui fidelibus divinum ingressum in paradysum prohibebat.

sice præservatus. » Et de eodem in suo *Mariæli* serm. 6, de Concept. parte 1, hæc scripsit B. Bernardinus de Busto : « Locus debet esse proportionatus locato, ut ait Philosophus, et commentator in ii de Anima, et iv Phys. Facit ad hoc illud quod inquit Glossa in c. Dudum de deci. dicens : « Qualia sunt prædicata, talia convenit esse subjecta. Sed Virgo gloriosa fuit habitatio Filii Dei : unde ipsa inquit, Eccles. xxiv : *Et qui creavit me requievit in tabernaculo meo.* Ergo debuit esse proportionata ipsi habitatori, qui fuit sine ulla peccati macula. Purissimo ergo Filio non debuit esse Mater nisi purissima, nec decuit Dei Sapientiam sordidatam a peccato et contaminatam sibi habitaculum deputare : quia, ut dicitur Sap. ii, *In malevolam animam non intrabit Sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Si igitur B. Virgo originali peccato deturpata fuisset, non fuisset conveniens habitaculum Filii Dei. » Sic Bustus.

Cum, tempore passionis, speciosum illum forma A
intuereris, o Virgo casta, non habentem speciem
neque decorem, exclamabas amare ejulans: Hei
mihi, quomodo pateris, o Fili, qui cupis omnes a
passionibus liberari?

Injustam aspiciens mortem Genitrix tua, o
Christe, cum dolore ad te clamabat: O Fili, judex
juste, quomodo injuste judicaris, cum ipse velis
justo judicio absolvere eos qui ob pristinam trans-
gressionem condemnati fuerant et in corruptio-
nem ceciderant?

Stupore percussa turbabatur immaculata, videns
Christum voluntarie et sine querela in cruce
exaltatum; et sensus exclamabat: Fili mi, ac Deus:
dolores in partu non perpassa, dolores crucis
sustineo, dum tu ab iniquis injuste crucifigeris.

Crucifixionem tuam aspiciens, castissima excla-
mabat: **252** Quid est hoc, Fili, quod video? Novum
prorsusque inauditum spectaculum! Tu, qui infir-
morum passionibus mederis, quomodo passionem
prorsus novam atque inusitatam sustines? Quid
tibi inimici tui retribuerunt, o benefactor, pro
beneficiis quæ a te acceperunt?

Ille quem peperisti, o Virgo, mirando modo sæ-
cula peperit, et exaltatus in cruce, eos qui cecido-
rant simul secum exaltavit, cœlique cives effecit,
clamantes: Benedictus es, Deus patrum nostro-
rum, etc.

Virgo innupta, cum qua creaturæ omnes te glo-
rificant in sæcula, cum videret te, Jesu Redemptor
omnium, olim in cruce exaltatum, exclamabat:
ubi populus insipiens, qui te ad iracundiam pro-
vocavit, suscepit te ut elevaret a terra: Absque li-
beris facta sum, et animo commoveor, maternusque
dolor disruebat cor meum.

Verbum amatorem hominum, quod ineffabiliter
pepereras, cum pati pro hominibus voluntarie vi-
deres, exclamabas, o Virgo: Quid est hoc? Deus
impassibilis sustinet passionem, ut a passionibus
liberet eos qui se fideliter adorant.

Ex canone feriæ 5, ad Matutinum.

Mentis meæ obscuritates aufer, o purissima, lu-
mine tuo, et a tenebris æternis eripe me, ut perpe-
tuis laudibus cantem magnalia tua.

Libera me, o mundissima, ab omni adversitate,
plurimisque serpentis scandalis, atque ab igne te-
nebrisque æternis, quæ hominibus lucem nunquam
occidentem peperisti,

Affatus propheta Spiritu sancto, descripsit te
olim montem umbrosam, o casta Deipara, quæ ho-
mines multorum peccatorum flamma liquefacis
per tuas acceptissimas intercessionem nunc umbra
gratiæ refocillas.

253 O Dei gratia plenissima puella, templum
Christi fulgentissimum, intercessionibus tuis fac
nos per bona opera nostra domos Patris, et Filii,
et Spiritus sancti.

Magnalia facit tibi Christus, o Virgo Deo gratis-

Ἄρα τῆ τοῦ πάθους τὸν ὥρατον ἐν κάλλει
εἰσβλέψασα, εἶδος, Παρθένε, οὐδὲ κάλλος κεκτημέ-
νον, ἐδόξας πικρῶς, ἀγνή, ἀλαλάζουσα· Ὁ μοι πῶς
πάσχεις, Γιέ, ἐκ παθῶν πάντας θέλων ῥύσασθαι!

Τὴν ἀδικὸν βλέψασα σφαγὴν, Χριστέ, ἡ σὲ κυήσασα
ὀδύρομένη ἀνεβόα σοι· Δικαιοκρίτα Γιέ, πῶς ἀδί-
κως κέκρισαι, θέλων δικαιοῦν τοὺς παραβάσει κα-
τακριθέντας τὸ πρὶν καὶ πρὸς τὴν φθορὰν ὀλισθή-
σαντας;

Θαμβεῖται ἐν ξύλῳ ὀρώσα Χριστὸν ὑψωθέντα
βουλήσει καὶ ἀμέριπτος, καὶ κλαίουσα ἐκραύγαζεν·
Γιέ μου καὶ Θεέ, ὠδίνας ἐν τῷ τέκτειν μὴ λαβοῦσα,
νῦν ὠδίνας ὑπορένω, ἀδίκως ὑπὸ ἀνόμων σταυρου-
μένου σου.

Σταύρωσιν τὴν σὴν ἡ πάναγνος βλέπουσα, ἰδοὺ
Ἰτέ, τί τὸ ὀρώμενον ξέρον θέαμα; Ὅ τὰ πάθη νο-
σούντων ἡμέτερος, πῶς τὸ πάθος ὑπομένεις τὸ και-
νότατον; τί σοι οἱ ἐχθροὶ ἀπέδωκαν, εὐεργέτα, ἀνθ'
ὧν εὐεργέτηνται;

Ὁ τόκος σου, Παρθένε, τοὺς αἰῶνας παραδόξως
ἔταξε, καὶ ὑψωθείς ἐν τῷ σταυρῷ τοὺς πεσόντας
συνανώψωσε, καὶ βοῶντας οὐρανοῦ πολλοὺς ἰδείξεν·
Ὁ τῶν πατέρων Θεός, εὐλογητὸς εἶ.

Ἀπειρόγαμος Κόρη, μεθ' ἧς ἡ κτίσις πᾶσα
δοξάζει σε, πάντων λυτρωτὰ Ἰησοῦ, εἰς τοὺς αἰῶνας,
σταυρῷ ὀρώσά σε ὑψωθέντα, ἰδοὺ, ἵνα σε παραπι-
κρατῶν ἄφρων δῆμος, ὡς ὑπέλαβεν, ἐκ γῆς ἰξάται,
ἄτεκνος γεγέννημα, καὶ δονοῦμαι, καὶ μητρικῶς
τὴν καρδίαν ὀδυνῶμαι.

Φιλάνθρωπον Λόγον ἀρήτως κυήσασα, ὃν ὀρώσα
πάσχοντα, Κόρη, ὑπὲρ ἀνθρώπων βουλήσει, Τί
τοῦτο; ἐδόξας. Θεός ἀπαθὴς πάθος ὑφίσταται, πα-
θῶν ὅπως ῥύσεται τοὺς πίστει προσκυνούντας
αὐτόν.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς πέμπτης, εἰς τὸν Ὁρθρον.

Νοός μου, πανάμωμε, τὰς ἀμαυρώσεις φωτὶ σου
ἀπέλασον, καὶ τοῦ σκότους ῥῦσαι με τοῦ αἰωνίζον-
τος, ὅπως ὑμῶ διηνεχῶς τὰ μεγαλεῖά σου.

Ῥῦσαι με πάσης περιστάσεως, καὶ πολλῶν σκαν-
δάλων τοῦ ὄφους, καὶ αἰωνίζοντος πυρός καὶ τοῦ
σκότους, πανάμωμε, ἡ τὸ φῶς ἀποκυήσασα βροτοῖς
τὸ ἀνέσπερον.

Νοήσας ὁ προφήτης ἐν Πνεύματι Θεοῦ, ἔρας
σε προέγραψεν κατὰ σκίον, ἀγνή, ἡ τοὺς ἐκτακέν-
τας φλογμῶ πολλῶν ἐγκλημάτων σαῖς εὐπροσ-
δέκτοις μεσιτελαῖς Θεοτόκε, νῦν ἐπισκιάζουσα
χάριτι.

Φωτοειδὲς Χριστοῦ τέμενος, Κόρη θεοχαρίτωτε,
τοῦ Πατρὸς, Υἱοῦ καὶ Πνεύματος, ταῖς προσευχαῖς
σου, οἴκους ἡμᾶς ποίησον, τὰ ὅσα πράττοντας.

Μεγαλεῖά σοι Χριστὸς ἐποίησατο, ἀγνή, ἐν ἰκτίσει

ἀεὶ μεγαλῦναι ἐν ἑμοὶ τὰ πλούσια αὐτοῦ ἐλέη, A
θειοχαρίτωτε.

Σὲ, παναγία, ἀχραντε, ἀγνή, οἱ δοῦλοί σου πάν-
τοτε ἡμέρας καὶ νυκτὸς συντετριμμένη διανοίᾳ δυσ-
ωποῦμεν, λύτρωσιν ἀμαρτημάτων πολλῶν δίδου
ἡμῖν, ἀγαθή.

Πάτρευσον, δέομαι, τὰ πάθη τῆς ἐμῆς καρδίας,
κυήσασα τὸν πάντων ἰατρὸν, καὶ τῆς τῶν δικαίων
δείξον μέτοχον, Παρθένε, μερίδος, Χριστὸν ἐκδυσ-
ωποῦσα.

Φῶς ἡ τεκοῦσα τὸν Θεόν, ἐσκοτισμένον με πάσαις
ταῖς μεθοδείαις τοῦ ἐχθροῦ, καὶ ῥαθύμως βιοῦντα,
καὶ παροργίζοντα Θεόν, πανάμωμε, φώτισον, ὀδη-
γοῦσα πρὸς καλὰς ἐργασίας, ὡς αἰτία οὕτα πάντων
τῶν καλῶν.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς Παρασκευῆς, εἰς τὸν
Ὅρθρον.

Ὅσπερ ἀμνὸν ἐπὶ σταυροῦ καθορῶσα ἡ ἀμνὸς
ἀπαρτηθέντα τὸν Χριστὸν, ἀλαλάζει καὶ βοᾷ· Ποῦ
σου ἔθου τὸ κάλλος, μακρόθυμε Υἱὲ προάναρχε ;

Εὐλογημένος τῆς κοιλίας σου ὁ καρπὸς, Παρθένε
πανύμνητε, ὁ τοὺς φθαρέντας τῷ καρπῷ, διὰ ξύλου
σταυροῦ αὐτοῦ ἀφθαρσίας καταστήσας κοινωνοῦς
οὐρα χάριτι.

Οἱ μοι, τέκνον! πῶς βλέψω σε ἐπὶ τοῦ ξύλου
ἀνηρτημένον, καὶ ἀδίκως θανατούμενον, τὴν ζωὴν
παρέχοντα ; ἡ Παρθένος κλαίουσα ἔλεγεν.

Ῥάβδος ἡ ἔντιμος ἡ βλαστήσασα κλάδον ἀμάραν-
τον, ἀνυφούμενον αὐτὸν ὡς ἔβλεπεν ἐπὶ τοῦ ξύλου,
Δίεσποτα ἐχοαύγαζε, μὴ ἀτεκνον δείξης με.

Μετὰ τόκον, πανάμωμε, ὡς πρὸ τόκου διέμεινας·
Θεὸν γὰρ ἐκύησας ξύλῳ τὸν ἄνθρωπον σώσαντα.

Σταυρούμενον ὀρῶσα τὸν Κύριον ἡ ἀμεμπτος

(8) An B. Virginem omni laude dignissimam
judicent, qui eam, totam pulchram et formosam, D
in suo conceptu maculosam constituunt ; qui eam
liberam, magistram, dæmonum victricem, dæmoni
subjectam faciunt : qui benedictam per omnes ge-
nerationes, ut reliquos Adæ posteros maledictam,
sceleris purissimam, peccato originis temeratam,
Matrem denique gratiæ, ipsi Auctori gratiæ exorant
Ingratamque pro illo primo instanti asserunt :
tuum, mi lector, esto iudicium. Certe homini fide-
lissimo fieret injuria, si de illo quis diceret : Iste
est magnæ fidelitatis, quia nunquam, nisi semel,
fuit proditor sui regis : vel si de sapientissimo viro
diceretur : Hic est sapientissimus, quoniam tantum
semel fuit stultus. Quomodo igitur B. Virgo lauda-
bitur, si de illa dicatur : Laudetur B. Virgo, quæ
non nisi per instans fuit contaminata peccato :
laudetur Mater Dei, quæ parvo tempore stetit
serva diaboli ? Vide Bustum in Mariali Serm. 9, de
Concept. parte II.

(9) Vere ab omni macula immunis tam actuali,
quam originali, quam Ecclesia in quodam Missali

sima ; quem tu precare assidue, ut magnificet in me
divitias misericordiæ suæ.

O sanctissima Virgo Deipara, nos servi tui sem-
per noctu diuque contrito corde te suppliciter
exoramus, ut indulgentiam plurimorum peccato-
rum nostrorum nobis benigna impertiaris

Medere, quæso, pravis affectionibus cordis mei,
tu, o Virgo, quæ omnium medicum progenuisti, et
partis justorum fac me consortem, placans pro me
Christum orationibus tuis.

O intemeratissima, quæ divinam lucem peperisti,
illumina me propter omnigenas hostis insidias te-
nebris involutum, dum summam per ignaviam vi-
tam traduco, et Deum ad iram provoco : et manu-
duc me ad honestas sanctasque operationes, utpote
B quæ bonorum omnium es causa.

Ex canone Feriæ 6, ad Matutinum.

Christum in cruce suspensum tanquam agnum
cum Agna videret, ejulans clamabat : Ubi periiit
pulchritudo tua, o patientissime Fili, ante omnia
sæcula genite ?

Benedictus fructus ventris tui, o Virgo omni
laude dignissima (8), qui corruptos per fructum,
ligno crucis suæ incorruptionis participes di-
vina gratia effecit.

Gemebunda Virgo has voces fundebat : Hei
mihi, Fili ! quomodo intuebor in ligno pendentem,
et injusta morte extinctum te qui es vitæ lar-
C gitor ?

Virga honorabilis ac pretiosa, quæ ramum in-
corruptibilem germinavit, videns eundem in ligno
exaltatum, in has voces erumpebat : Domine, ne
me absque liberis ac 254 veluti sterilem esse
patiaris.

O ab omni macula immunis (9), post partum
perseverasti qualis fueras ante partum : Deum
enim genuisti, qui per lignum hominem salvum
fecit.

Deipara culpa penitus carens (10), certans Do-
antiquo apud Balinghem in Parnasso Mariano sa-
lutat his verbis :

Ave, o dulcis Maria,
Christi Mater et Filia,
Ulla sine macula,
Tu a Deo fabricata
In conceptu præservata
Nulla trahis scelera,

et quam S. Casimirus in suo hymno de B. Virgine
part. II his verbis alloquitur :

Pulchra tota sine nota
Cujuscunque maculæ.

(10) Patres communi consensu dignitatem divi-
næ maternitatis ita extollunt, ut ex ea Deiparam
caruisse omni culpa etiam veniali deducant, quia
ex ipso quod ea in sacro textu Mater Dei declara-
tur, eam puram et liberam ab omni culpa etiam
veniali inferunt. Cum autem culpa originalis tur-
rior sit, et feminam Deum parituram magis dede-
ceat, igitur sicut prædicta prærogativa de immu-
nitate a culpa originali in dignitate divinæ mater-

minum cruci affixum, aiebat: Hec mihi, Fili, quomodo moreris, vita spesque fidelium?

Illam quae caelis est sublimior, videns Christum, qui solus est altissimus, in ligno exaltatum, et inimici altitudinem dejicientem, eundem magna voce laudabat.

Splendore illius, qui ex te secundum carnem exortus est, o Virgo, illustra mentem meam, et cor meum illumina, tenebras peccati dispellens, omnemque socordiae meae nebulam dissipans.

Ex canone Sabbati ad Matutinum.

Me semper proposito excidentem, menteque instabilem, pravisque cogitationibus abstractum, et illectum, et qui me ipsum per summam dementiam totum inimicis dedidi ut me facillime caperent, ne despicias, o Domina.

O tabernaculum caelis ipsis augustius, populum tuum in hoc tuo tabernaculo ad tuas laudes concinendas convenientem, caelestium tabernaculorum fac participem, ferventibus precibus tuis apud Christum, quem genuisti, omnium Dominum ac dominatorem.

Scientes te esse templum gloriae, o immaculata, in templo tuo venerande congregati, devotissime imploramus auxilium tuum, quatenus per venerabilem intercessionem tuam salutem consequamur, o casta Virgo.

Agnoscentes te matrem illius, qui voluntate sua universa creavit, ad divinum templum tuum, o Virgo, accurrimus, atque in eo precamur, ut erro- rum nostrorum venia per tuam mediationem nobis concedatur.

255 O Maria, purissimum Verbi tabernaculum, purifica a pravis affectionibus cor meum, divinique Spiritus vas mundum illud effice, ut laudem et magnificem te omni laude dignissimam.

Esto mihi mediatrix, o benignissima, apud Dominum qui ex te natus est, ut a gehennae flammis eripiat me, ac caelesti regno dignum faciat, clamantem: Laudabilis et supergloriosus Deus Patrum, etc.

O Virgo tota lucida, quae lucis datorem Deum in lucem edidisti, illumina oculos cordis mei lumine divinae cognitionis, ut cantem: Omnia opera, laudate Dominum, etc.

Horrescunt caelestes exercitus, videntes divinum Patris splendorem ineffabiliter in manibus tuis contineri, o Virgo mater purissima, similitudinem atque imaginem tuam habentem, ut homines Deo similes efficiat.

Ex canone feria 2, ad Matutinum. Toni II.

O unica Deo charissima puella, quae fontem im-

nitatis virtualiter includitur, ita immunitatem ejusdem ab originali in ea denotari necesse est. Vide Nierembergium in Sacrosyllabo § 7, ubi plures

θεοτόκος ἔλεγεν· Οἱ μοι, Υἱέ! πῶς Ονήσκεις, ἡ ζωὴ καὶ ἐλπίς τῶν πιστῶν

Ἡ τῶν οὐρανῶν ὑψηλοτέρα, ὑψωθέντα ἐν ξύλῳ καὶ καταράσσοντα τὰς ὑψώσεις ἐχθροῦ θεωρήσατα τὸν μόνον ὕψιστον, ἀνόμναι Χριστὸν μεγαλοφώνως.

Φέγγει, Παρθένε, τοῦ ἐκ σοῦ ἀνατείλαντος σαρκί, τὸν νοῦν μου καταύγασσον, καὶ τὴν καρδίαν φώτισσον, καὶ σκότος διώκουσα τῆς ἀμαρτίας, καὶ τῆς βραθυμίας μου ἀπάταν τὴν ἀγλὴν ἀπελαύνουσα.

Ἐκ τοῦ κανόνος τοῦ Σαββάτου, εἰς τὸν Ὁρθρον.

Γνώμη δλισθαίνοντα αἰεὶ καὶ λογισμοῖς πονηροῖς ἐξελκόμενον, καὶ δελεαζόμενον, φρενοβλαβῶς γὰρ τοῖς ἐχθροῖς εὐχείρωτον ὄλον γεγονότα, μὴ ὑπερίδῃς με, Δέσποινα.

Σκηνὴ πλατυτέρα οὐρανῶν, λαὸν σου συνερχόμενον ἐν τῇ σκηνῇ σου ταύτῃ ὑμῆσαι σε σκηνῶν ἀδύλων μέτοχον ποίησον τῇ θερμῇ δεήσει σου πρὸς Χριστὸν ὃν ἔτεκες, τὸν Δεσπότην ἀπάντων καὶ Κύριον.

Ναὸν σε τῆς δόξης ἐπιστάμενοι, ἀχραντε, ἐν τῷ σεπτῷ συναθροιζόμενοι πιστῶς, τὴν σὴν ἐξαιτούμεθα θεοπρεπῶς, ἀγνή Παρθένε, βοήθειαν, καὶ τῇ σεπτῇ σου πρεσβείᾳ σώζόμεθα.

Μητέρα σε τοῦ τὰ πάντα βουλήσει ποιήσαντος γινώσκοντες τῷ ναῷ σου τῷ θεῷ προστρέχομεν, ἐν αὐτῷ αἰτούμενοι τῇ μεσιτείᾳ σου, Παρθένε, λύσιν σφαλμάτων κομίσασθαι.

Μαρία, καθαρὸν τοῦ Λόγου σκηνῶμα, παθῶν ἐναποκάθαρον τὴν καρδίαν μου, καὶ σκεῦος καθαρὸν Πνεύματος τοῦ θεοῦ ἀποτέλεσον, ἵνα ὑμῶ καὶ μεγαλύνω σε τὴν πανύμνητον

Πρὸς τὸν ἐκ σοῦ γεννηθέντα Κύριον γενοῦ μεσίτις ἀγαθῆ, τῆς γενένης καὶ τοῦ πυρὸς ὅπως με λυτρώσῃ, καὶ καταξιώσῃ με τῆς βασιλείας κραυγάζοντα· Ὁ αἰνετὸς τῶν πατέρων Θεὸς καὶ ὑπερένδοξος.

Φωτοδότην τέξασα Θεὸν, ὀλίφωτε Παρθένε, τὰ ὄμματα τῆς καρδίας μου καταύγασσον φωτὶ Θεοῦ ἐπιγνώσεως, εἰς τὸ μέλπειν, Πάντα τὰ ἔργα, τὸν Κύριον ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε, εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Φρίττει νοερὰ στρατεύματα τὸ τοῦ Πατρὸς ὄρῶντα θεῖον ἀπαύγασμά σου ἐν ταῖς χερσὶν ἀνερμηνεύτως κρατούμενον, καὶ τὸ σὸν κεκτημένον ὁμολῶμα, ἵνα βροτοῦς θεώσῃ, Παρθενομῆτορ πανάμωμε.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς δευτέρας, εἰς τὸν Ὁρθρον. Ἦχος β'.

Ἡ τὴν πηγὴν τῆς ἀπαθείας κυήσασα, τραυματι-

assert Patres incontaminationem et omnimodam Virginis puritatem ab omni culpae genere divinae maternitati tribuentes.

σθέντα πάθει, Κόρη, Θεράπευσον, και πυρός αιώ-
νίου ἐξάρπασόν με, μόνι, Θεοχαρίτωσ.

Ἀρχὴν ὑπὸ χρόνον εὐληφῶς πιστεύεται ἐκ σοῦ
ὁ χρόνων Δημιουργός, Μήτηρ, ἀειπαρθένε.

Σαρκοῦται ἐξ ἀγνῶν αἱμάτων σου, καὶ ἀνθρώποις
ἐνοῦται θέλων ὁ Κύριος, ἄχραντε, καὶ δέχεται με-
τανοοῦντας τοὺς πρὶν ὑπαχθέντας ἀμαρτήμασι, ταῖς
σαῖς λιταῖς ἀεὶ κατακαμπτόμενος.

Νέον ὡς βρέφος ἡμῖν τὸν προαιώνιον Υἱὸν τέτο-
κας, θελητικαῖς δυσὶν ἐνεργείαις ὑπάρχοντα διπλοῦν,
ὡς ἀνθρώπον ἅμα Θεόν τε, πανάμωμε.

Ἐκ πασῶν γενεῶν ἐξελέξατό σε τὴν καλλονὴν
Ἰακώβ, ἣν ἠγάπησεν ὁ Ποιητής, πανάμωμε, καὶ ἐκ
σοῦ ἀνατείλας ἐπέφανεν.

Ἄθλου φωτὸς οἰκητήριον ἡ σὴ μήτρα γεγένηται
τοῦ φρυκτωρῆαις θείας γνώσεως τὴν ἀθείαν μειώ-
σαντος, ἄχραντε Θεόνυμφε Κόρη, ὃν ὑμνοῦντες
κραυγάζομεν· Εὐλογητὸς εἶ, ὁ Θεὸς ὁ τῶν πατέρων
ἡμῶν.

Ἐξασθενήσασαν πολλαῖς προσβολαῖς τοῦ πανηροῦ,
Θεογεννητορ, τὴν ἀθλίαν ψυχὴν μου ταῖς ῥωστικαῖς
σου λιταῖς, Παρθένε, ὑγιῆ ἀπέργασαι, ἵνα σε δοξάζω
εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Φεῖσαι μου, Κύριε, φεῖσαι, ὅταν μέλλης με κρι-
ναί, καὶ μὴ καταδικάσης με εἰς πῦρ, μὴ τῷ θυμῷ
σου ἐλέγξης με· δυσωπεῖ σε Παρθένο· ἡ δὲ κυοφο-
ρήσασα, Χριστὲ, τῶν ἀγγέλων τὰ πλήθη, καὶ τῶν
μαρτύρων σύλλογος.

Ἐκ τοῦ κατόνος τῆς τρίτης εἰς τὸν Ὁρθρον.

Φλογοφόρε λαβίς, ἣν Ἡσαίας ἐβλεψέ ποτε, τὰ
ὕλωδη τῆς ἐμῆς καρδίας πάθη, Θεογεννητορ, φλέξον
καὶ εἰς τέλος ἀφάνισον.

Γαλουχεῖς μητροπρεπῶς τὸν τροφέα τοῦ παντὸς
καὶ φέρεις τοῦτον ἐν ἀγκάλαις, ἀγνή, τὸν τὰ σύμ-
παντα χειρὶ φέροντα πάντοτε.

Μεμυημένος ἐν Πνεύματι προφητῶν, Θεοτόκε, ὁ
περίδοξος χορὴς τὸ ὑπὲρ νοῦν σου μυστήριον ποι-
κιλοτρόπως τοῦτο προχαράττει ἱεροῖς ἐν συμβόλοις,
ὧν τὸ πέρας καθορῶμεν τηλαυγῶς.

Δανιὴλ σε ὄρος μέγα ἐν πνεύματι ἐθεώρει, Θεο-
τόκε, ἐξ οὗ λίθος ἀποτμηθεὶς ἐκλεπτύνει τῶν δαι-
μόνων τὰ γλυπτά.

Ὡς τράπεζα τὸν ἄρτον χωρεῖς τὸν μυστικὸν ἐξ
οὗ φαγόντες οὐκ εἶμι λιμώττομεν, πανύμνητε, οἱ
ἰδόντες σε Χριστοῦ τοῦ πάντων Θεοῦ γεννήτριαν καὶ
τροφὴν ὡς ἀληθῶς.

(11) Pulchre Aloysius Novarinus in *Umbra vir-
ginea*, n. 207 : « Nemo, inquit, tam parum virginæ
puritatis, virginæ gloriæ amicus sit, qui maculam
in ea fuisse asserat, per quam omnes erant macu-
læ auferendæ, sordes omnes abstergendæ. »

*Originis peccatum non habuit
Quæ omnis boni fons et origo.*

PATROL. GR. CV.

A passibilitatis peperisti, animæ meæ passionibus
sauciatae medicam manuum admove, et ab igno
æterno eripe me.

Ille qui est auctor et conditor temporum, credi-
tur accipisse ex te, o Mater et Virgo perpetua
temporale principium.

Incarnatur ex castis sanguinibus tuis, ac volun-
tarie hominibus unitur, ac suscipit ad pœnitentiam
eos qui antea peccatis subjecti fuerant, assiduis
precibus tuis exoratus Dominus, o immaculata (11).

Novum velut Infantem, nobis peperisti, o puris-
sima, Filium qui est ante omnia sæcula : in duplici
natura, duarumque voluntatum operatione, utpote
Deum simul et hominem.

256 Creator elegit te speciem Jacob quam di-
lexit, ex omnibus generationibus, o immaculatis-
sima : atque ex te velut sol exortus apparuit.

Immaterialis lucis habitaculum factus est venter
tuus, o immaculatissima puella Sponsa Dei ; qui di-
vinæ scientiæ splendoribus infidelitatem impieta-
temque imminuit : quem nos hymnis celebrantes,
clamamus : Benedictus es, Deus patrum nostro-
rum, etc.

Infelicem animam meam plurimis maligni hostis
assultibus attenuatam, corroborativis precibus tuis,
o Virgo Dei Mater, saluti restitue, ut te per uni-
versa sæcula glorificem.

Parce mihi, Domine, parce cum veneris me judi-
care : neque ad ignem me damnes, neque in furore
tuo arguas me. Precatur te Virgo, o Christe, quæ
te concepit ac gestavit in utero : precatur te ange-
lorum multitudo martyrumque collegium.

Ex canone alio feriæ III ad Matutinum.

O forceps flammifera, quam vidit olim Isaias,
cordis mei inordinatos affectus combure, o Dei
Genitrix, atque omnino illos abole et extermina.

Lacte nutris, prout matris est munus, omnium
nutritorem ; et illum gestas in ulnis, o casta, qui
universa semper manu fert ac sustentat.

Gloriosus prophetarum chorus Spiritu sancti
magisterio edoctus, incomprehensibile mysterium
tuum, o Deipara, multiformiter sacris symbolis
ante descripsit, quorum nos eventum nunc manife-
stissime intuemur.

Te montem magnum Daniel vidit in spiritu, o
Deipara, ex quo lapis abscissus, dæmonum sculpti-
lia comminuit.

Tanquam mensa, contines mysticum panem vitæ,
ex quo **257** comedentes, non amplius esurimus nos,
qui scimus te, o laudabilissimæ, Christi, qui est
Deus omnium, esse Genitricem ; et vere nutricem.

*Culpa Virgini non debetur, cui
Omnis debet, quod liberatur a culpa.*

Et infra n. 215 :

*Maculam peccati Virgo non habuit
Per quam mundus emaculandus.
Sordibus illa caruit cui, Justitiæ
Nostræ comvaratæ sunt sordes.*

Cherubim glorificant, Seraphim, Throni, Potestates, et Dominationes perpetuis laudibus extollunt incomprehensibilem partum tuum, o Maria omni laude celebranda : tu enim sola Deum Incarnatum in utero tuo portasti; quem deprecare, o castissima, ut nos omnes salvos faciat, qui te devotissime honoramus.

Ut nos deificaret, Deus incarnatus est ex purissimis sanguinibus tuis, atque homo factus est : cui semper supplices offer precēs, o Virgo Deipara, pro iis qui te venerantur.

Nitidissimis radiis solis infans, qui ex utero tuo nobis exortus est, et infidelitatis noctem eliminavit, illumina, o Virgo Mater Maria, atque in hora iudicii ab obscurissimis tartari tenebris libera eos omnes qui te cum fide honorant.

Ex canone sermōnis III ad Matutinum. Ex canone in S. Præcursorem.

Cognatus fuisti, o beate Præcursor, illius castæ Virginis, ex qua Deus corpus accepit : cum qua te etiam veneramus, atque in divino templo tuo nunc commorantes deprecamur, ut nos Spiritus sancti domos efficias.

Exultat Præcursor intra viscera materna constitutus, Dominumque adorat in utero tuo collocatum, o divina gratia plenissima (12) : quem precamini, quæso, ut ab omni tribulatione eripiat me.

Respice in me ægrotantem, o purissima; et dissolve passiones meas graves, curatuque difficiles, ut magnificem te, quæ universum genus humanum magnificasti.

Insiidiis ac fraudibus seductoris mortem incurri, o Domina **258** mundissima : vivifica me tu, o Deipara, quæ substantialem omnium vitam peperisti; ut te ab omni macula immunem religiose collaudem (13).

(12) Alexander III Pont. Max. adeo egregie sensit de plenitudine gratiæ Marianæ ut in epistola ad Soldanum Iconii dixerit : « Hinc migravit sine corruptione, juxta verbum angeli, ut plena, non semiplena gratiæ esse probaretur, ut Deus Filius ejus antiquum, quod pridem docuit, mandatum fideliter adimpleret, videlicet, Patrem et matrem honore prævenias, ut ne caro Christi virginea, quæ de carne Matris Virginis assumpta fuerat, et tota discreparet. » Sic ille. Cujus verba afferens in suo Opusculo de nova moneta sanctissimi domini nostri Alexandri VII, pro gloria Immaculatæ Conceptionis perpensa, edito Valentiniæ anno 1658, P. Joan. Eusebius Nierembergii, sic ait : « Cum plenitudinem Marianæ gratiæ extendat tum ad incorruptionem carnis, tum ultra vitam; quanto magis in illa comprehendit incorruptionem animæ intra limites vitæ, scilicet in principio ipsius vitæ, Conceptione nimirum? » Certe Virgo Beatissima quam Josephus noster absolute divina gratia omnino vacua diei posset, si in originali peccato, quod divinam gratiam omnino excludit, concepta fuisset. Favet Seraphicus Pater sanctus Franciscus, Minorum Ordinis fundator inclitus, dum Tomo I Opusculorum in Salutatione ad Virginem Mariam hæc habet : « Ave, Domina sancta, in qua est et fuit omnis plenitudo gratiæ. » Indeterminate enim dixit, fuit, ut intellexerimus in B. Virgine, quandiu hæc existit,

A Τα Χερουβιμ δοξάζουσι, τὰ Σεραφιμ ἀνυμνοῦσι, Θρόνοι, καὶ Ἐξουσίαι, καὶ Κυριότητες ἀεὶ τὸν ὑπὲρ νοῦν σου Τόκον, Μαρία πανύμνητε, ὅτι μόνη Θεὸν κυφορεῖς ἐν γαστρὶ, ὃν αἰτῆσαι, ἀγνή, πάντας ἡμᾶς σωθῆναι τοῦς πόθῳ σε τιμῶντας.

Ἵνα θεώσῃ ἡμᾶς, ὁ Θεὸς ἐσαρκώθη ἐξ ἀγῶν σου αἱμάτων, καὶ ἐγένετο βροτὸς, Παρθένε Θεοτόκε, ὃν ἐκδυσώπει ἀεὶ ὑπὲρ τῶν σε τιμῶντων.

Φωτιστικαῖς ἀγαθῶν τοῦ ἐκ γαστροῦ σου ἐξανατελλαντοῦ ἡμῖν, καὶ ἀθείας τὴν νύκτα ἐξαφανίσαντος, Παρθενομῆτορ Μαρία, φώτισον πάντας τοῦς πίστει σε τιμῶντας καὶ ἀφεγγοῦς λύτρωσαι σκότους ἐν ὥρᾳ κατακρίσεως.

Ἐκ τοῦ ἑτέρου κανόνος τῆς τρίτης, εἰς τὸν ἅγιον Πρόδρομον.

Τῆς ἀγνῆς Παρθένου συγγενῆς, μακαρ, ἐχηρημάτισας, τῆς τὸν Θεὸν σωματωσάσης, Πρόδρομε, μεθ' ἧς σε γεραίρομεν, καὶ δεόμεθα οἱ τῷ θεῷ τεμένει σου νῦν περιπλοῦντες. οἴκου ἡμᾶς κοίτησον τοῦ Πνεύματος.

Ἀγάλλεται ὁ Πρόδρομος ἐν νηδύϊ φερόμενος μητρῶα καὶ προσεχύνει τὸν Κύριον φερόμενον ἐν νηδύϊ, Θεοχαρίτωτε, ὃν καθικέτευε, ἀπὸ πάσης θλίψεως λυτρωθῆναι με.

Ἐπέδλεξόν ἐπ' ἐμὲ τὸν νοσοῦντα, πανάμωμε, καὶ λῦσον τὰ πάθη μου τὰ χαλεπὰ καὶ δυσίατα, ὅπως μεγαλύνω σε τὴν μεγαλύνασαν ἅπαν τὸ ἀνθρώπινον.

Ἐπιβουλαῖς καὶ ἐνέδραις τοῦ πλάνου ἐθανατώθην, Δέσποινα πανάμωμε, ζώωσόν με, ἡ τετοκυῖα τὴν ζωὴν τῶν ἀπάντων, Θεοτόκε, τὴν ἐνυπόστατον, Ἵνα σε ὕμνῶ εὐσεβῶς τὴν πανάμωμον.

sine limitatione temporis, horæ, aut instantis, atque adeo in ipso momento Conceptionis, nullam vacuitatem, sed semper fuisse gratiæ plenitudinem. Favet etiam sanctus Amadeus episcopus Lausannensis dum homil. 3 de B. Virgine in hunc modum scribit : « Spiritus sanctus superveniet in te. In alios sanctos venit, in alios venit, sed in te superveniet, quia præ omnibus, et super omnes elegit te, ut superes universos qui ante te fuerunt, vel post te futuri sunt, plenitudine gratiæ. » Supponit enim hisce verbis Virginem originali gratia præditam fuisse, sicut Angeli eam habuerunt, quia alioquin eos, quantum ad plenitudinem gratiæ, non superasset, si hac in sua Conceptione vacua existisset. Vide eundem Nierembergii in *Exceptionibus* cap. 27.

(13) Haud desunt exempla eorum, qui a Deo ope Deiparæ vivificati fuerunt, id est, a morte ad vitam revocati, ut eandem Deiparam ab originalis peccati macula immunem religiose collaudarent. Refert enim S. Anselmus in Epistola, quæ sub ejus nomine circumfertur, ad coepiscopos Angliæ; sacerdotem quemdam, a dæmonibus in pelago Sequanæ occisum, a Deipara vivificatum, in gratiarum actionem festum Immaculatæ Conceptionis deinceps celebrasse. Et probati etiam Auctores scribunt, imo ipsi parietes collegiatiæ Ecclesiæ Maresanæ representant, anno Domini 1422, Franciscum Mulet in Ecclesia collegiata urbis Mauresæ in Barcino-

Νυσταγμῷ ἀμελείας συνεχομαι, ὕπνος ἀμαρτίας Ἀ βαρεῖ τὴν καρδίαν μου, τῇ σῆ ἀγρύπνῳ, πάναγνε, μεσιτεία ἐξέγειρον, σῶσόν με.

Στεριεῦουσα φέρει σε νηδὺς Παρθένον, ἐγγάστριον φέρουσαν τὸν Λόγον σωματούμενον, ἐν θείοις σκιρτήμασιν ὁ μέγας Πρόδρομος, στείρας ὁ πανάγιος καρπός, ἐπέγνω χαίρων, καὶ προσεκύνησε.

Ἐψιστον Θεὸν σαρκὶ ἀποτεκοῦσα, ἀπὸ κοπρίας με ἀνάστησον παθῶν τῶν θλιδόντων με, καὶ δεινῶς ἔλον πτωχεύσαντα ταῖς θείαις καταπλούτισον, πάναγνε, ἀρεταῖς με, ὅπως ὕμνῳ σε αὐζόμενος.

Φερόμενον ἅπαντα τὸν φέροντα τῷ νεύματι ἐν γαστρὶ προσεκύνεις τῆς Θεομήτορος μεθ' ἧς ἐκδυσώπει, προφήτα, τὴν ταπεινὴν σώζεσθαι ψυχὴν μου πολλοὶς περιπίπτουσαν καθ' ἡμέραν πλημμελήμασιν. B

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς τετάρτης εἰς τὸν Ὅρθρον.

Ἰερὸς ἐκάλει σε χορὸς πύλην ἀδιόδευτον, γῆν ἐκλεκτὴν, καὶ ἥρος ἀλατόμητον, παναγία Δέσποινα· τὸν Δεσπότην γὰρ τῶν ἀπάντων ἐκύησας, τὸν ἐθειλουσίως σταύρωσιν σαρκὶ καταδεξάμενον.

Ἐψούμενον ἐν ξύλῳ, τὸν ζωοδότην βλέπουσα, καὶ ἐκουσῶ; θνήσκοντα, καὶ τοῖς πᾶσι ζωὴν παρέχοντα, ἐδονεῖτο τὰ σπλάγχνα ἢ πανάμωμος.

Ἀνέτειλεν ἐκ γαστρὸς σου Πατὴρ τὸ ἀπαύγασμα Χριστός, καὶ ἐφώτισεν τὴν οἰκουμένην σταυρούμενος, Κόρη ἀπειρόγαμε, καὶ τῶν δαιμόνων τὸ σκότος C ἐξηφάνισεν.

Ὁράθη, ἀγνή, μετὰ τόκον ἀφθορος Θεὸς γὰρ ἐκ σοῦ ἐτέχθη ὡς ἄνθρωπος, ὃν κατανοήσασα σταυρούμενον τὴν τῶν σπλάγχνων ὀδύνην μὴ φέρουσα ἠλάλαζες.

Ἐμνοῦμέν σε, πανύμνητα, ὡς Θεὸν κυήσασαν τὸν ὑπερύμνητον ἐν ξύλῳ τὸν ἀρχέκακον δυνάμει τῇ αὐτῇ ὀλέσαντα τύραννον, εἰς ἡμῶν σωτηρίαν καὶ καύχημα.

Τὸν βότρυν τὸν πέπυρον ἀγεωργήτως, ἀγνή, ὃν ἐδλάστησας, ἐν ξύλῳ ὡς ἐώρακας κρεμάμενον, ἔκραζες· Τέκνον μου γλυκύτατον, γλεῦκας ἐναπόσταξον, δι' οὗ παθῶν ἡ μῆθη ἀνασταλήσεται.

Σάρκα ἐκ τῆς σῆς γαστρὸς λαμβάνει θέλων, καὶ καθορᾶται ὁ ἀόρατος, καὶ σταύρωσιν δέχεται, καὶ D κατάρρα ἐνομάζεται κατάρρας ἐξαιρούμενος; ἅπαντας ὁ Υἱός σου, Θεοχαρίτωτε.

Φθαρεῖσαν ἐκαίνισας τὴν φύσιν τοῦ πρόπατορος, ὑπὲρ φύσιν τεκοῦσα καὶ παρθενεύουσα, φύσει

nensi agro canonicum, et Immaculatæ Conceptionis cum pertinacia oppugnatorem, crudeliter ab inimico interemptum, post tres amplius horas jam mortuum ad vitam rediisse; et veritatem Conceptionis Immaculatæ his verbis confirmasse: « Vita ad hoc solum mihi concessa, ut quam tenui contrariam sententiam, opinionem retractem: verum est beatissimam Virginem Mariam ab omni originali macula in sua conceptione fuisse immunem, et divinitus præ-ervatam. » Vide Armamentarium Se-

Negligentiæ dormitatione laboro; somnis peccati occupat cor meum: tu, o castissima, semper vigili intercessione tua excita me, et salva me.

Venter sterilis portavit te Virginem, quæ in utero tuo Verbum incorporatum portavisti; quod magnus Præcursor sanctissimus sterilis uteri fructus divinis saltibus agnovit lætabundus, et adoravit.

Tu, quæ Altissimum in carne peperisti, erige me a stercore passionum tribulantium me: atque omni ex parte gravissima egestate laborantem, dita me, o castissima, divinis virtutibus, ut salutem consecutus hymnos tibi decantem.

Illum, qui nutu portat universa, in utero Deiparæ portatum adoras, o propheta; cum qua precare pro salute misellæ animæ meæ, quæ quot'die in plura peccata dilabitur.

Ex canone serisæ iv ad Matutinum.

Sacer chorus vocabat te, o Domina sanctissima, portam imperviam, terram electam, et montem quem lapidæ manus non attigit (14); nam Dominum universorum peperisti, qui voluntariam in carne crucifixionem suscepit.

Virgo purissima, cum cerneret exaltatum in ligno datorem vitæ, eundemque voluntarie morientem, atque omnibus vitam præbentem, intimo dolore viscera sua discruciarî sentiebat.

Exortus est ex utero tuo splendor Patris Christus, o puella maritalis tori ignara; atque universum terrarum 259 orbem cruci affixus illuminavit, dæmonumque tenebras dissipavit.

Incorrupta inventa es post partum, o casta; ex te enim Deus, quatenus homo, natus est; quem in cruce pendentem animadvertens, dolorem cordis non sustinens, in flebiles voces erumpebas.

Laudamus te, o omni laude celebranda, quippe quæ Deum omni laude superiorem peperisti, qui tyrannum principem malorum virtute sua perdidit in ligno, in nostram salutem et gloriam.

Botrum illum maturum, quem sine viri cultura protuleras, o Virgo, ut vidisti in cruce pendentem, has voces emisisti: Dulcissime Ali, mustum illud distilla, per quod passionum ebrietas prohibeatur.

Carnem ex utero tuo voluntarie suscepit Filius tuus, o Domina Deo charissima; et cum invisibilis esset, visibilis factus est, et crucis tormentum suscepit, et maledictum nominatus est, dum omnes liberat a maledictò.

Corruptam primi parentis naturam renovasti; universæ naturæ Plasmatores supernaturaliter

raphicum in *Regesto* a pag. 563 et deinceps.

(14) Et Montem hunc, quem non attigit manus hominis, attigit manus dæmonis! Neuliquam profecto. Decebat enim eam, quæ universorum peperit Dominum, a manu hominis, et multo magis a manu dæmonis esse penitus intactam. Hinc B. Laurentius Justinianus in libro de *Gradibus perfectionis* scripsit: « Ab originali peccato nullus excipitur, præter illam, quæ genuit mundi Salvatorem. »

enixa, permanens virgo intacta post partum : quem olim in cruce suspensum videns, o sanctissima Virgo Mater, in fletus gemitusque erumpebas.

Ex canone seriae vi ad Matutinum.

Venerabilis prophetæ sermo impletus est : gladius enim cor tuum pertransivit, o Domina, quando in ligno Filium tuum lancea vulneratum suspexisti.

Honorant te ordines incorporeorum, nam omnium Dominum corpore vestitum peperisti, o Puella Dei Sponsa; qui per lignum omnes vinctos dissolvit, et fideles amore suo colligavit.

Incarnatus est ex castis sanguinibus tuis Altissimus, o **260** purissima; quem cum intuereris in ligno injuste exaltatum, suspirabas cum lacrymis, et misericordiæ ejus viscera magnificabas.

Ille, qui super humeros Cherubim in coelis, prout Deo convenit, absque dubio portatur, in ulnis tuis gestatus est : et cruci affixus, omnes a corruptione salvavit.

Ut hominem deificaret, ex te, o Virgo, Deus natus est; et crucifixus, mortem gustavit, occidens eum qui me prius occiderat.

Palatium Regis animatum, et thronus igneus facta es, o Virgo; in quo ille residens, omnes homines a primo lapsu crexit, et consessu Patris sui honoravit.

Aгна immaculata (15), prophetarumque et martyrum pulchritudo, ubi te Agnum in ligno suspensum vidit, cœpit amare flere, atque ita dicere : O creaturæ omnes, quæ in rerum natura existitis, laudate Dominum, et superexaltate eum in omnia sæcula.

Solarium splendorum pulchritudo a consueto cursu destitit, cum vidit te, o Sol justitiæ, in cruce voluntarie sublatum. At Virgo cum discipulo virgine, amaro ejulatu verba intermiscens, clamabat : Quodnam spectaculum est hoc novum atque inusitatum?

Ex canone Sabbati ad Matutinum.

Venerandæ mulieres, quæ dura exercitatione decertaverant, at athletice hostem superaverant, circumstantes te, o Dei Genitrix, lætabantur.

Cum omnibus prophetis sacrisque mulieribus obnixè precare, o Virgo, illum qui ex te natus est, ut misereatur nostri.

Montem virtutibus umbrosum vidit te, o Deipara, propheta Habacuc, ex quo inexplicabili ratione Deus apparuit, qui virtute sua operuit cœlos, atque homines **261** ab interitu salvavit.

Sanctissima Virgo, martyrum, confessorum, ceterorumque justorum gloria, ab omni tentationum tyrannide eripe nos.

(15) Agnam quoque immaculatam Deiparam vocant S. Andreas Cretensis canone in Mariæ Nativitatem, et Jacobus monachus Orat. in eandem Nativitatem, quorum verba dedi in notis ad Mariæ S. Germani patriarchæ Constantinopolitani pag. 185.

Α ἀπάσης τὸν Πλάστην, ὃν ἐν σταυρῷ κρεμάμενον πάλαι ἠλάλαζες βλέπouσα, παναγία Μιτροπάρθενε.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς Παρασκευῆς εἰς τὸν Ὁρθρον.

Ῥῆσις σεπτῷ προφήτου πεπλήρωται· ῥομφαία γάρ τὴν καρδίαν τὴν σὴν διήλθεν, ὅτε ἐν σταυρῷ λοχουθέντα, Δέσποινα, τὸν σὸν Υἱὸν ἔβλεψας.

Γεραίρουσί σε τάξεις τῶν ἀσωμάτων· τὸν πάντων γάρ Δεσπότην σωματοφόρον ἐκύησας τὸν λύσαντα διὰ ξύλου δεσμίους ἅπαντας, Κόρη Θεόνυμφε, καὶ πιστοὺς συνδήσαντα τῇ στοργῇ αὐτοῦ.

Σεσάρκωται ἐξ ἀγνῶν σου αἱμάτων ὁ Ὑψιστος ὃν βλέπouσα, πάναγνε, ξύλῳ ἀδίκως ὑφούμενον ἑστενες δακρύουσα, καὶ τὴν αὐτοῦ εὐσπλαγχνίαν ἐμεγάλυνες.

Ὁνώτοις Χερουβιμ ἐν οὐρανοῖς θεοπρεπῶς ὡς ἀληθῶς ὀχοούμενος, ταῖς ἀγκάλαις σου ἐποχεῖ, σταυρωθεὶς πάντας φθορᾶς διέσωσεν.

Ἵνα θεώσῃ τὴν ἄνθρωπον, ἐκ σοῦ, Παρθένε, τικτεται Θεός, καὶ σταυροῦται, καὶ θανάτου γεύεται ἀποκτείνων τὸν ἐμὲ τὸ πρὶν ἀποκτείνοντα.

Παλάτιον ἔμφυχον τοῦ βασιλέως, καὶ θρόνος πυρρίμορφος, Παρθένε, ἀναδέδειξαι, ἐν ᾧ καθεζόμενος πάντας ἐξήγειρε τοῦ προτέρου πτώματος βροτοὺς, καὶ συνεδρία Πατρὸς ἐτίμησας.

Ἡ ἄμωμος ἀμνάς, προφητῶν τε καὶ μαρτύρων ἡ ὠραιότης, ὥσπερ ἀμνὸν σε ἀνηρημένον ἐπὶ ξύλου θεαταμένη ἐκλαίει πικρῶς καὶ ἔλεγεν· Ἡ οὐσιωθεῖσα ὕμνειτῶ τὸν Κύριον πᾶσα κτίσις καὶ ὀπερυφούτῳ εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Φωστήρων κάλλος δρόμου τοῦ συνήθους ἀπέστη, ὅτε σε εἶδεν, Ἥλιε τῆς δικαιοσύνης, ἐπηρμένον ἐπὶ τοῦ σταυροῦ θελήματι, ἡ δὲ Παρθένος σὺν μαθητῇ παρθένῳ ἠλάλαζε πικρῶς, οἶμοι! ἀναβοῶσα, Τί τοῦτο τὸ ξένον θέαμα;

Ἐκ τοῦ κανόνος τοῦ Σαββάτου εἰς τὸν Ὁρθρον.

Αἱ ἀσκήσει στέργῳς ἠγωνισμέναι καὶ ἀθλητικῶς καθελούσαι τὸν ἐχθρὸν σεμναὶ γυναῖκες, Θεοκυήτορ, σὲ περιεστῶσαι εὐφραίνονται.

Μετὰ πάντων προφητῶν καὶ γυναικῶν ἱερῶν Θεὸν, Παρθένε, τὸν τεχθέντα ἐκ σοῦ ἐκδυσώπει ἐκτενῶς τοῦ οἰκταιρῆσαι ἡμᾶς.

Ὅρος κατάσχιον βλέπει σε ἀρεταῖς ὁ προφήτης, Θεοτόκε, Ἀβδακούμ, ἐξ οὗ ἐπέφανε Θεός ἀφράστως ἀρετῇ καλύψας οὐρανοὺς, καὶ τὸ γένος ἀνθρώπων διασώσας ἐκ φθορᾶς.

Παναγία Παρθένε, τὸ καύχημα τῶν μαρτύρων, καὶ ὁσίων, καὶ δικαίων πάσης ἡμᾶς τυραννίδος ἐξελοῦ τῶν πειρασμῶν.

Perspicuum autem apud me est B. Virginem falso dicendam absolute agnam Immaculatam, ut eam appellat Josephus, si in primo momento sui esse sorduisset macula, cujusmodi est peccatum originale.

Ἄγία Θεοτόκε, ἀγίασον ἡμῶν τοὺς λογισμοὺς, ἅ καὶ τὸ φρόνημα στήριξον, καὶ σῶσον ἐκ τῶν βελῶν τοῦ πονηροῦ ἀτρώτους ἡμᾶς δοξάζοντάς σου τὸ ἔλεος, ἀγνή.

Μετὰ μαρτύρων, ἀχραντε, καὶ ὁσίων Πατέρων, καὶ προφητῶν, πασῶν τε καὶ τῶν ὁσίων γυναικῶν, τὴν ἐν ἀγίοις μόνον ἐπαναπαυόμενον ἐκδυσώπει ἡμᾶς καθαγιαῖσαι, ἀγνή, ἀγίαις ἐν φωναῖς τοῦς δοξολογοῦντας αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Θεοκυῆτορ ἀγνή, μετὰ πάντων μαρτύριον, προφητῶν, καὶ ὁσίων, καὶ ἀγίων γυναικῶν καὶ ἱερομαρτύρων, κατοικτειρήσαι ἡμᾶς τὴν Σωτῆρα δυσώπει.

Φιλοικτίρμονα Ἐδὸν ἡ κυήσασα σαρξί, μετὰ πάντων ἀγίων καθικέτευέ ἀεὶ κινδύνων ἡμᾶς σῶσαι, Μητροπάρθενε ἀγνή.

ΗΧΟΣ Γ.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς δευτέρας εἰς τὸν Ὁρθρον.

Παναγία ἀχραντε, ἁμαρτωλῶν βοήθεια, πιπτόντων ἐπανόρθωσις, μετάνοιαν δίδου μοι κατανύξεως πολλὰ ἁμαρτηχότα.

Μαρία κυριώνυμε πολλοὺς κυριευθέντα με πάθει ψυχοφθόροις ἐλευθέρωσον πρεσβείαις σου.

Δίδου μοι, ἀγνή, ἀληθῆ μετάνοιαν, παῦσον τῶν παθῶν μου τὸν σάλον, ἁμαρτανόντων ἡ προστασία.

Ἡ μόνη διὰ λόγου ἐπὶ γῆς τὸν Λόγον τέξασα καὶ παρθενεύουσα, τῶν ἀλόγων με ρῦσαι πράξεων λόγοις σεπτοῖς ὅπως ἀνυμνῶ σε.

Τὴν κιβωτὸν τῆς Διαθήκης, τὴν ἀγίαν ὄντως τράπεζαν, τὸ ἱλαστήριον ἡμῶν, τὸν ναὸν Θεοῦ τὸν ἐμψυχον, τὴν πάγχρυσον λυχνίαν, τὴν ἀληθῆ Μητέρα τοῦ πλαστοουργοῦ ἀνυμνοῦμεν.

Ἡ κρήνη ἡ τὸ ὕδωρ τῆς ἀφίσεως βρύουσα, τὰς ἐκδύσεις τῶν ἐμῶν πταισμάτων ξήρανον, παρεχομένη μοι ἑμβροὺς δακρύων, ὅπως σε ἀεὶ ὡς Θεοτόκον ὑμνῶ.

Ἐπερβολῆ ἀσωτείας τῷ ἤδη νυκτὶ προσήγγισα ὑπερβάλλουσαν, Κόρη, εὐσπλαγχνίαν ἔχουσα, ὡς Θεὸν τὸν εὐσπλαγχνον ἀρρήτως τεκοῦσα, οἰκτείρασά με σῶσον.

Φωτεινὸν τοῦ Δεσπότη παλάτιον, οἶκον δεῖξόν με φωτός · ἀδιόδευτε πύλη, ὑπάνοιξόν μοι μετάνοίας ὁδούς · γῆ ἀγία, πρὸς γῆν με πραέων ὁδήγησον · Δέσποινα, πάσης με δεῖξον δεσποτείας παθῶν ἀπελεύθερον.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς τρίτης εἰς τὸν Ὁρθρον.

Ἀθανασίας μάνα Χριστὸν φέρουσα, στάμνος λεγική, πικρίας ψυχοφθόρων παθῶν ἐκλύτρωσαι με, Παρθένε παναγία, ὅπως πίστει δοξολογῶ σε εὐσεβῶς.

Παρθενομήτορ ἀχραντε, μετανοοῦντας ἡμᾶς καὶ τῷ Χριστῷ προσηύχοντάς καὶ τῶν πταισμάτων λύσιν

O Sancta Deipara, sanctifica cogitationes nostras, animique sensum corrobora, et a maligni jaculis nos sine vulnere conserva, dum tuam misericordiam, o Virgo casta, glorificamus.

Una cum martyribus, sanctisque Patribus ac prophetis, omnibusque sanctis mulieribus suppliciter, o Virgo, ora illum qui solus in sanctis requiescit, ut sanctificet nos, qui sanctis vocibus illum glorificamus in sæcula.

Dei Genitrix pura et casta; cum omnibus prophetis, martyribus, et confessoribus, sanctisque mulieribus ac hieromartyribus, precare Salvatorem, ut misereatur nostri.

O Mater, Virgo purissima, quæ amatorem misericordiae Deum in carne peperisti: semper illum deprecare, una cum omnibus sanctis, ut nos a periculis salvos custodiat.

TONUS III.

Ex canone seriae II ad Matutinum.

Virgo sanctissima ac purissima, auxilium peccatorum, lapsorum erectio, mihi, qui multa peccata perpetravi, compunctionis poenitentiam concede.

O Maria, cujus nomen Dominam sonat, me sub multarum passionum, animam meam ad interitum pertrahentium, dominatu oppressum libera intercessionibus tuis.

Veram mihi poenitentiam concede; compesce passionum mearum tumultuantes fluctus; o Virgo casta, praesidium peccatorum.

262 O tu, quæ sola in terris per verbum Verbum genuisti ac peperisti, et virgo permansisti, libera me ab actionibus brutalibus, ut verbis veneratione plenis te collaudem.

Arcam Testamenti, mensam vere sanctam, rostrum propitiatorium, templum Dei animatum, lucernam totam auream, veram Matrem Creatoris collaudamus.

O fons, qui aquam indulgentiae ac remissionis scaturis, peccatorum meorum manantes aquas exsiccata, lacrymarum imbres mihi concedens, ut te semper tanquam Deiparam laudibus extollam.

Luxuriae atque intemperantiae excessu inferno nunc appropinquavi: tu, o Puella, quæ excedis in visceribus misericordiae, utope quæ Deum misericordissimum ineffabiliter peperisti, miserere mei, et salva me.

O palatium Dei luminosum, fac me domum lucis: o porta impervia, aperi mihi vias poenitentiae: o terra sancta, deduc me in terram mansuetorum: o Domina, libera me ab omni passionum dominio.

Ex canone seriae III ad Matutinum.

O urna rationalis, quæ Christum immortalitatis manna tulisti, libera me, Virgo sanctissima, a mortiferarum passionum amaritudine, ut cum fide, ac pietate te glorificem.

Virgo Mater inviolata, tu quæ omnium es Domina, concede nobis omnibus qui poenitentia ducti ad Chri-

stum recurremus, et peccatorum absolutionem desideramus, ut illum propitium reperire possimus.

Salve, o Puella multorum nominum appellatione conspicua, ex qua Verbum natum est, quod nos a seclorum actionum irrationalitate liberat. Salve, nubes lucida, quæ nostræ pusillanimitatis ac socordiae nubes dispellit.

263 Partu tuo, o Puella, primi parentis maledictionem sustulisti, et nobis benedictionis flumina emanare fecisti, qui te benedicimus, et cum fide glorificamus.

O janua eorum, qui per fidem salutem consequuntur : o porta per quam solus ille pertransiit, qui propter nos incarnatus est ; aperi nobis portas justitiæ, qui te fideliter collaudamus.

O casta Virgo perpetua, libera me ab ignorantia peccatique tenebris, quæ me undequaque circumdant et constringunt ; quippe quæ illum peperisti qui universa et continet et astringit.

Speciosus forma Dominus cum te speciem Jacob dilexisset, o immaculatissima, inhabitavit uterum tuum ; et cœlestium donorum pulchritudine humanum genus decoravit.

Te nubem lucidam propheta prævidit, ex qua sol magnus Christus Deus apparuit nobis, et ea quæ prius tenebris perfusa erant illuminavit. Eundem ergo, o benignissima, precare, ut passionum mearum nubes dissipet, divinaque luce me illuminet.

Ex canone feriæ iv ad Matutinum.

Supernis ordinibus sublimior apparuisti, Deum Verbum in terris enixa, o immaculata, qui nos passionibus suis, et cruce pretiosa propter suam bonitatem ad cœlestia regna reduxit ac recepit.

Cum Christum in cruce suspensum videres, o innupta, cum dolore dicebas : Occidis, o Sol gloriæ, ab oculis meis, qui in tenebris versantes illuminas.

hendat: frequenter tamen idem Josephus ipsam B. Virginem etiam immaculatissimae titulo appellavit, ut perspicue intelligatur, eandem B. Virginem fuisse in omni genere puram, ac omnem puritatem possibilem attingisse, quam nequaquam attingere, si impuritatem originalem admisisset. Huic Matthaeus Cantacuzenus imperator in Canticum canticorum firmiter adherens B. Virginis totali puritati *Super immaculatam*, quasi dicere voluerit ascendisse supra omnem puritatem creatam, adhuc ultra justitiam etiam originalem, si fieri posset. Favet S. Eustachius Antiochenus in Hexaemeron, dum ibi Virginem appellat *Acrantos* quae dicitio est totius puritatis ac omnis maculae exclusionis significativa. Quapropter vir eruditissimus Leo Allatius ejus interpret et commentator dicit quod significat, quod *Tota pulchra est, nec ullam admittit omnino maculam.* Et Lexicon locupletatum a Budeo ducit, quod significat: *Nulla aspersus macula, nulla labecula notatus.* Vide Nierembergium in Exceptionibus cap. 6 et 13.

(53). Si B. Virgo ut iemplum pulcherrimum a Deo est condita, nullo pacto dum conderetur, id est dum conciperetur, contraxit originale peccatum, quod non solum omnem amovet ab anima pulchritudinem, sed eam macula inficit atque deturpat. Hinc Thomas de Kempis serm. 25 ad Novitios ait: « Spirituale Dei Templum, quod est B. Virgo Maria ab omni labe pura, supra omnia templa sanctorum praenitet. » Sed optime S. Gregorius Nazianzenus in Epist. ad Nemesium, dum inquit: « In multorum hominum ore hic sermo versatur, Deum hominem, id est, Christum, ex Virginis sinu ortum esse, quem, id est sinum Virginis, Spiritus sanctus, cum Dei magni templo coagnen-

(a) Hic canon, ut alii infra nonnulli, Graece non exstat in Pentecostario Graecorum.

brum habitaculum vacuum fecit, incorrupta Deipara Virgo, ad resuscitandum mortales ut omnipotens.

Vidisti e mortuis excitatum, Virgo, quem carne ineffabiliter conceperas Verbum, et gaudio anima repleta es, illius condescensionem ac demissionem hymnis exaltans, o casta, in sæculum.

Lumen allucens sedentibus in umbra mortis cum peperisses, e mortuis ut vidisti exorians, immaculata (54), cum mulieribus cunctis unguenta ferentibus glorificabas, choros ducens.

Ex canone feriæ vi hebd. ii.

Sanctum Dominum virtutum incorrupta peperisti (55), Eum qui evacuavit inferorum regiam,

tavit templum sanctum extruens, Mater enim Virgo templum Christi fuit, Christus autem Verbi. » Quem locum asserens Gregorius de Valentia tom. IV in 3, p. d. 2. q. 2, a. 1, subdit : « De ipsa etiam Virgine, quatenus fuit templum Dei, dicere videtur, quod fuerit sancta exstructa, id est formata. Sic ille. Consonat S. Proclus orat. vi in qua locutus de Josepho, dixit : « Non meminerat potuisse eam (Mariam) efflei Dei templum, quæ ex mundo erat formata luto : » quasi diceret, Mariam Dei templum effectam, quia ex mundo luto formata, id est, sine originali labe concepta. De puritate originali hujus templi locutus Joannes Taulerus in serm. de Purific. dixit : « Prævenit hoc sapientia æterna, nolens electissimum templum suum aliqua labe aspergi. » Porro (ut in suo *Mariali* serm. 6, de Concept. B. Virginis inquit Bernardinus Bustensis) sapiens architectus volens præclarum aliquod atque admirabile palatium construere, diu prius in mente sua præconcepit illud, antequam ipsum erigat, et adesse producat. Deus ergo, qui omnium est artifex, omnia prospiciens, ut dicitur Sap. 1, volens Filio suo templum virginium fabricare atque domum sibi dignam construere, prius, id est ab æterno præordinavit illam præservare a submersione originalis peccati, ne, si in illo inficeretur, Majestati suæ incongrua habitatio redderetur. Si enim præservavit corpus ejusdem Virginis ab omni corruptione, multo magis præservavit ejus animam, quæ excellentius dicitur templum Dei, quam corpus. Unde Ambrosius in 1 libr. *De Virginibus* ait : « Nam si corpus Virginis Dei templum est, anima ejus quid est ? » quasi dicat multo dignius templum. Et post multa : « Gloriosa Virgo Maria figurata est per domum, et templum, quod Salomon ædificavit Deo, de qua habetur III Reg. vi. Sed templum materiale dicitur sanctum juxta illud Psal. x : *Dominus in templo sancto suo.* Ergo et ipsa Mater Dei fuit sancta et nunquam maculata. Unde de ipsa dicitur illud Aggæ ii : *Magna erit gloria domus illius novissimæ plus quam primæ.* Et ideo de ista domo divina, scilicet benedicta Virgine, dicit David Psal. xcii : *Domum tuam decet sanctitudo, Domine, in longitudine dierum.* Quod non esset verum si aliquando fuisset peccato infecta. Similiter falsum esset illud, quod dicitur III Reg. vi, in figura Virginis, scilicet, nihil erat in templo, quod non auro legeretur, id est, charitate vestiretur. Falsum etiam esset illud, quod in eodem capite scriptum est, scilicet : *Malleus et securis et omne ferramentum non sunt audita in domo Domini cum ædificaretur.* Non ergo malleo peccati originalis, vel securi, vel aliis ferramentis peccati actualis fuit benedicta Virgo percussa, vel vulnerata. » Sic Bustus : « Merito (inquit P. Simon Vuagnerek in *Mariana Pietate Græcorum*, n. 196, ubi Mariam Salomonis templo assimilat) a prima sui origine intaminatum fuit hoc templum, neque enim homini habitatio preparaba-

A quique resurgens secum resuscitavit hominum massam.

O cælis excelsior, Cherubim superior, pretiosiorque mundo toto, sanctissima Virgo, intercede pro iis qui te in fide semper glorificant.

Mortuos nos peccatis, quæ vitam æternam peperisti, Deipara, vivifica, et prospera ut faciamus quæ ad veram vitam conducunt, ut fideliter te semper beatificemus.

Ex canone Sabbati hebd. ii.

Domina omnium (regem enim Deum concepisti, o casta) vere tu es, o immaculatissima : illum deprecare pro servis tuis.

Quomodo peperisti, Virgo, Creatorem tuum ?

B tur, sed Deo. » (I Paral. xxix, 1.) Et P. Hieronymus Lanuza ord. Prædic. ad probandum, B. Virginem sine originali peccato fuisse conceptam, dixit inter alia : « B. Virgo adumbrata fuit insigni illo templo per Zorobabel ædificato, cujus ore Spiritus sanctus edixit : *Manus Zorobabel cæperunt ædificare Domum istam.* (Zachar. iv, 9.) » B. Hieronymus tradit Zorobabelis nomen significare *Magistrum insignem in Babel* : et ad Christum referri : *Vos vocatis me Magister, et bene dicitis.* (Joan. iii, 13.) Manus illius due in efformanda Virgine, quando concepta fuit, operam dederunt. Non ait *manus* in singulari : quia ambas ad hanc ædificationem adhibuit. Non solum manum, cujus ope esse naturale concedit, sed etiam alteram, quæ confert esse gratiæ. In efformatione nostra manum primo adhibet, cujus ope confert esse naturale, quod operatur in conceptione nostra : alteram deinde manum, qua esse spirituale, et sic in illam facilis patet dæmonis ingressus, quia tunc temporis unica tantum Dei manus adhibetur. Verum in conceptione Virginis duabus simul manibus usus est Deus ; illa, quæ confert esse naturæ humanæ ; ista, quæ confert esse naturæ gratiæ : *Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.* (Cant. viii, 3.) Sinistra respectu honorum naturalium, dextera respectu bonorum gratiæ, quibus Virginem circumdedit, quemadmodum agere solet qui alium amplectitur, et manu utraque extensa constringit. Sic Lanuza. Vide Bartholomæum de los Rios in *Horizonte Mariano* tract. 1 cap. 6.

(54) Titulus *immaculatæ*, quem Josephus Noster toties B. Virginis attribuit, optime explicat exemptionem, et immunitatem a peccato originali in B. Virgine, quod recte animadvertit Hieronymus ab Angesto lectura 3, sui *Propugnaculi*, ubi probat non posse Virgini titulum *Immaculatæ* competere, si per instans illam macula peccati originalis attingeretur. Idcirco nunquam Ecclesia sanctorum cuiquam, si Christum deas et Virginem, titulum *Immaculatæ* attribuit per modum cognominis, et absolute prolatis, qui titulus nititur illis Cantico-rum verbis cap. iv ; *Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te.* Ubi omnem puritatem Naturæ communicabilem innuit, et omnem maculam notam ab ea procul arceat, ut videre est apud Christophorum de la Vega in *Theologia Mariana*, Palæstra 4, certam. 3, n. 519.

(55) Ex P. Thoma p. p. q. 98, a 2, ad 4, parere sine dolore et læsione virginitatis, est effectus connaturalis justitiæ originalis, et status innocentie. Ergo si Virgo incorrupta, hoc est sine dolore et læsione virginitatis peperit sanctum Dominum Virtutum, non contraxit peccatum originale. Vide pro hoc argumento Andreani Peruzzinum in *Analyti purissimæ Conceptionis*, pag. 165, et Ludovicum Crespi a Boria in *Propugnaculo theologico pro definibilitate immaculatæ Conceptionis B. Virginis Mariæ*, pag. 62 et 63.

Inopinatum, **325** et ineffabile miraculum! Ubi enim Deus vult, vincit ordinem naturæ.

Celebramus te mortalium genus ut omnium salutem, o Laudabilissima (56), ad vitam revocati. Per te siquidem omnes maledictionis mortis liberationem nacti sumus.

Ἐκ τοῦ Κυρόνος τῆς Κυριακῆς β', ἀπὸ τοῦ Πάσχα τῶν ἁγίων γυναικῶν μυροφόρων, καὶ Ἰωσήφ τοῦ δικαίου.

Τὴν ἀρχαίαν ἀρὰν ἐν γαστρὶ σου λύσασα, σεμνή, ἀνεβλάστησας ἡμῖν τὴν εὐλογίαν, βρέφος τεκοῦσα οὗτος γὰρ Θεὸς ἐστὶ, καὶ σάρκα φορεῖ.

Μαχαρία εἶ, σεμνή, ἡ ἐκ βίζης Ἰεσσαί, ἐξ ἧς ἡ ῥάβδος καὶ τὸ ἄνθος ὁ Χριστὸς κατὰ σάρκα δι' ἡμᾶς ἀναβλάστησας.

Magnalia (57) tuæ, o incontaminata, quis prædicare conceperis corruptionis expers, solventem vincula multorum, criminum? potest enim quæcunque vult facere.

Σὲ τὴν ἀσπύρω κυήσει γεννήσασαν ὑπὲρ φύσιν τὸν καινίσαντα τὴν φύσιν Χριστὸν τὸν μόνον. Δεσπότην ἀνυμνοῦμεν οἱ πιστοί.

Γαστρὶ ἀγεωργήτως συνέλαβες, ἀγνή, τῆς ἀφθοαρσίας τὸν βότρυν ὡς ἀμπελος, ἐξ οὗ τῆς ἀθανασίας οἱ κρουνοὶ ὡς οἶνον ἡμῖν πηγάζουσι τὴν αἰώνιον ζωὴν.

Ἐν τῇ γαστρὶ σου, ἀχραντε, πῶς ἐχώρησας βρέφος, ὃν τρέμουσι δυνάμεις αἱ τῶν ἀγγέλων ὡς Θεόν; εἰ μὴ ὡς ἠθουλήθη, ὡς οἶδεν, ἐσκήνωσεν, πάντα θέλων σῶσαι τοὺς ἐξ Ἀδάμ γηγενεῖς, λύσας τὸν Ἀδάμ τῆς ἀρᾶς ἐκείνης τῆς διὰ βρώσεως πικρᾶς.

Ἐν τῇ γαστρὶ σου, ἀγνή, τὸν ἀείζων ἄρτον φεραθέντα ἀφύρτως ἐν φεράρατι ἡμῶν ἐγέννησας ἀτρέπτως ἓνα Χριστὸν τὸν Θεὸν ἐν δυσὶ ταῖς οὐσίαις.

Εὐφραίνεσθω Ἰεσσαί, χορευέτω καὶ Δαβὶδ· Ἰδοὺ γὰρ ἡ Παρθένος, ἡ θεόφυτος ῥάβδος ἐβλάστησεν τὸ ἄνθος τὸν ἀείζων Χριστόν.

Ex canone feriæ II, hebdom. III.

Vidisti Christum ex mortuis exortum Justitiæ Solem, Deo gratissima, quem roga, ut omnium te

(56) Inter alias Laudes, quas B. Virgini laudabilissimæ attribuere debemus, ut ab ea favores et gratias reportemus, haud postrema esse debet ejus Immunitas a peccato originali. Unde in Missali Romano antiquo apud Balinghem in Parnasso Mariano, pag. 25, canebatur;

*Nos ergo dulci carmine
Laudemus in hac Virgine
Conceptum sine nubilo.
Hanc conceptam ex semine
Et mundam ab origine
Laudet chorus cum júbilo,
Ut mota dulci modulo
Nos servet in hoc sæculo
Mundos ab omni crimine.
Et in mortis articulo
Liberet a periculo
Et inferni voragine.*

Et in quodam Officio de Immaculata Conceptione,
PATROL. GR. CV.

Expers naturæ legum, et matrum usum nesciens peperisti filium sine dolore, Virgo, qui te manu sua in matris utero formavit. Unde omnes generationes merito laudantes te semper beatam prædicant.

Ex canone Dominicæ secundæ post Antipascha, Sanctarum mulierum unguenta ferentium, et Josephi justii.

Antiquam maledictionem in tuo ventre solvens, o veneranda, germinasti nobis benedictionem Christum pariens. Sic enim Deus est, et carnem gestat.

Beata et venerabilis ex radice Jesse, ex qua virga, et flos Christus secundum carnem propter nos germinavit.

Quis dicat terrigenarum ut Creatorem sufficet? Quis dicat terrigenarum ut Creatorem incorruptionis botrum, ut vitis: ex quo immortalitatis fontes, ut vinum, nobis fundunt æternam vitam.

Te seminis experte conceptu enixam supra naturam eum, qui innovavit naturam Christum solum Dominum prædicamus fideles.

Ventre sine cultoris opera Christum concepisti incorruptionis botrum, ut vitis: ex quo immortalitatis fontes, ut vinum, nobis fundunt æternam vitam.

In tuo utero, o immaculata, quomodo continuisti infantem illum, quem, utpote Deum, angelicæ potestates contremiscunt? Certe, ut ipse voluit, ut ipse novit, in me habitavit, cupiens salvare universos ex Adam **326** prognatos, qui Adam ipsum ab illa maledictione absolvit, quæ ex amaro cibo provenerat.

In tuo ventre, casta, semper vivum panem sine fermento commistum massæ nostræ genuisti, immutabiliter unum Filium, et Christum in duabus substantiis.

Gaudeat Jesse, choros agat et David: Ecce enim Virgo divini satus virga germinavit florem semper vivum Christum.

laudantium corda illuminet.

Sacerrimis te vocibus Dei Matrem glorificamus,

quod ex Floris B. Virginis secundum usum Romanum affert idem Balinghem loco citato pag. 34, his verbis Deipara salutabatur:

*Ave, Regina cælorum
Inter omnes mitissima:
Ave, decus Angelorum
Inter omnes pulcherrima,
Simul et Archangelorum
Omni laude dignissima,
Quæ concepta es vitiorum
Sine tæbe, purissima.*

(57) Cum nemo neget per appellationem « Incontaminatæ » affirmari a Josepho, et aliis Patribus puritatem actualement B. Virginis, ita ut nunquam vel veniali culpa fuerit infecta; cur non etiam significetur puritas originalis, cum multo plus contamine originalis peccatum, quam veniale?

ut supernis ordinibus manifeste sanctiorem, et divinum pontem transmittentem mortales ad supermundanos choros.

Lucis genitrix Virgo, divina tua luce illustra cogitationes nostras et corda : intercessionibus tuis perturbationum caliginem dissipans, et omnes per gratiam participes faciens diei vespere carentis.

Ex canone feriæ III, hebd. III.

Omnia continentem concepisti, immaculata Domina. Eum qui contrivit portas inferi, et qui resurrexit, sicut dixerat, die tertio.

Tu es omnium vita : tu vivorum, et mortuorum, consolatio, o Verbum, gaudium, et illuminatio, quæ effulsisti ex Virgine, et die tertia gloriosus e sepulcro resurrexisti.

Viso e mortuis resurgente, Deipara, tuo Filio, et Deo, repleta es gaudio gaudii lætitiæque omnium causa. Propterea **327** te lætanter omnis anima celebrat, et glorificat semper, o Virgo.

Ex canone feriæ IV, hebd. IV.

Gladius animam tuam, Virgo immaculata, pertransiit, quando Christum cruci affixum vidisti : Exsultasti autem eundem e sepulcro conspicata redivivum.

Te splendidam nubem spiritualis solis, Deo gratissima, laudantes prædicamus. Corda nostra illumina, tenebras e cunctis expellens negligentia, et perturbationum, o Dei Sponsa.

O maculæ plane omnis expers (58), roga sine intermissione Christum Deum nostrum, ut eos qui te **C** semper beatam prædicant, liberet e tentationum,

(58) Deiparam Virginem Mariam, omnis plane maculæ, etiam levissimæ peccati actualis, semper expertem fuisse, extra controversiam est : valde enim decuit ut illa, cui tanta cum Christo affinitas, et conjunctio fuit, nullo unquam actualis peccati etiam venialis macula fuerit contaminata, ut optime argumentatus est D. Thomas 3, p. q. 27, a. 4. Ergo Deipara multo magis debet fuisse expers a macula peccati originalis, cum longe magis deceat Dei Matrem macula mortalis, cujusmodi est peccatum originis, quam macula venialis, quæ tamen est voluntaria (non item originalis), tamen levicula est, nec hominem a Deo alienat. Præterquam quod ex immunitate maculæ cujusvis peccati actualis in Deipara, recte infertur immunitas a macula peccati originalis, ex doctrina magni **D** Patris Augustini, quæ fert peccata actualia esse infelicia germina peccati originalis, ita ut ubicunque peccatum actuale invenitur, præcesserit originale, ubi autem nullæ unquam sordes actualis, saltem venialis, reperiuntur, defuerit originale. Ita enim loquitur Augustinus, lib. v contra Julianum c. 9 : « Illud sane magnum verumque dixisti, cum posuisses testimonium Apostoli dicentis : Qui peccatum non fecit : notandum esse, quod judicaverit Apostolus sufficere ad ostendendum in Christo nullum fuisse peccatum, quia dixit nullum eum fecisse peccatum. Ut doceret, inquis, quia qui non fecit, habere non potuit, omnino verissimum est. Profecto enim peccatum etiam major fecisset, si parvulus habuisset. Nam propterea nullus est hominum, præter ipsum, qui peccatum non fecerit grandioris ætatis accessu, quia nullus est hominum, præter ipsum, qui peccatum non habuerit

A et perturbationum procella, et tenebris laqueisque insidiose perplexis diaboli.

Sanctum sanctorum supra mentis captum genuisti, o Deipara, qui sanctificationem, redemptionem, et remissionem peccatorum fidelibus, Te mediante, concedit, qui illius resurrectionem glorificant.

Ex canone feriæ V, hebd. III.

Luctus tibi, immaculata Virgo, conversus est in gaudium, quando vidisti tuum Filium, et Dominum Christum e mortuis die tertia gloriose resurgentem, et mundum illuminantem.

Apparuisti capaxior cœlis, o Virgo, Deum complexa, qui sub terra condi sustinuerat, et mira bonitate morte propria immortalitatem omnibus largitus fuerat, quem pie glorificantes te, ut par est, **B** beatam appellamus.

328 *Ex canone in Parasceve hebd. III.*

Sanctifica corda nostra, sanctissima Dei sponsa (59), quæ vidisti sanctissimum Deum Verbum, e morte resurgentem, et in lætitia clamasti : Omnis substantia laudet Dominum.

Apparuisti, Virgo Mater, auctora Solis Justitiæ : quem cum vidisses excitatum e mortuis, sicut dixerat, et mundum totum illustrantem, gavisæ es, o sancta, laudans illum ut benignum.

Præter naturæ legem peperisti ineffabiliter Verbum Deum ; Quem impiorum consilio, Domina inculpatisima, crucifixum, sepultum, et resurgentem e mortuis ut vidisti, repleta es gaudio, eam pro nobis rogans laudantibus te.

Ex canone in Sabbato hebd. III.

Puerum peperisti tu quidem, sed Virgo perman-

infantis ætatis exortu. » Sic ille. Ex cujus doctrina liquet peccatum originis subsequenter habere peccata actualia, et e contrario in Adam posteris, ubi nullæ reperiuntur actuales maculæ, non antecessisse originale. Cum igitur **B**. Virgo maculæ cujusvis peccati actualis semper fuerit plane expers, sequitur manifeste, quod fuerit etiam plane expers maculæ peccati originalis.

(59) Atque idcirco sine originali peccato concepta. Nam ut inquit Bernardinus de Busto in *Mariæ* serm. 7, de *Concept.* parte II, « Decens fuit et consonum rationi, ut Sponsa castissima Dei, nunquam careret gratia sui Sponsi, sed semper jungeretur illi glutino charitatis, ita ut nec quidem per momentum inter ipsam, et Sponsum inimicitia contraheretur, nec divortium fieret. Si autem in peccato originali fuisset Benedicta Virgo concepta, pro illo tunc non fuisset ejus amica, sed inimica, et a Sponso suo divertisset, et separata fuisset. Sed inter ipsam, et Deum semper fuit amicitia et dilectio. Unde ipsa inquit Cant. vi : *Ego Dilecto meo, et Dilectus meus mihi, scilicet conjunctus est, et semper fuit unitus. Ergo sine peccato concepta fuit.* » Sic Bustus. Hinc S. Petrus Chrysologus in serm. de *Annun.* n. 140, dixit : « Pervolat ad Sponsam festinus interpres, ut a Dei Sponsa humanæ desponsationis arecat, et suspendat affectum : neque auferat a S. Josepho Virginem, sed reddat Christo, cui est in utero pignorata cum fieret. » Quibus verbis non solum supponit, sed etiam expresse fatetur Virginem Dei Sponsam caruisse peccato originali : nam si cum hoc concepta fuisset in utero cum fieret, id est, cum conciperetur, non fuisset pignorata Christo, sed demoni.

sisti, sicut eras antequam pareres, Incorrupta A Virgo Deipara. Nam Deus, quem peperisti, naturam innovavit.

Tibi et soli convenit, ut salutis, et gaudii procuratrici, illud quod angelus attulit, Ave, quod cum fide tibi recinimus, Maria semper Virgo.

Liberata per te est prima Parens antiqua maledictione. Non jam amplius illa in dolore pariet. Tu

Ἐκ τοῦ Καρόνος τῆς Κυριακῆς γ', τοῦ παραλύτου.

Τὴν τιμῶσα, ταύτην, ἀγνή, πάλιν σε πάντοτε πιστῶς περιώζε κινδύνων ἀλώσεως Βαρβάρων, πολέμου ἐμφυλίου, καὶ μαχαίρας, καὶ πάσης ἄλλης ἀπειλῆς.

Ἄσπορον ἔσχεσ ὀλλήψιν, καὶ ὑπὲρ νοῦν τοκετόν, Παρθενομῆτορ ἄχραντε ἔργον φρικῶδες, θαῦμα μέγιστον, ἀγγέλοις τιμῶμενον, βροτοῖς δοξαζόμενον, Κόρη Δέσποινα.

Ἡ ἀγνή, πῶς θιλάζεις; πῶς δὲ ἐγέννησας βρέφος τοῦ Ἀδάμ ἀρχαιότερον; πῶς ἐν ἀγκάλαις φέρεις υἱόν, τὸν ἐπὶ ὤμων Χερουβικῶν φερόμενον. Ὡς ἐπίσταται, ὡς οἶδεν ὁ τὸ πᾶν οὐσιώσας.

Τὴν ἄσπορον λοχεῖαν σου, ἀγνή, τὴν ἀκατάληπτον ὑμνοῦμεν γέννησιν, μακαρίζοντες ὡς Μητέρα σε τοῦ Ποιητοῦ πάντων καὶ Δεσπότου.

Ὅ πάντα θεῖω νεύματι φέρων κραταῖται, Θεοτόκε Παρθένε, ἐν ταῖς ἀγκάλαις σου, πάντας ἡμᾶς ἀρπάζων χειρὸς δουλείας τοῦ πονηροῦ, ὡς οἰκτίρμων.

Πάρθενεύεις τεκοῦσα ὑπὲρ λόγον τὸν πρὸ πάντων αἰώνων γεννηθέντα ἐκ τοῦ ἀνάρχου Πατρὸς ἀβρέυστως. Διὰ τοῦτο, ἀγνή, σὲ μακαρίζομεν.

Τόμον σε πάλαι ἐθεάσατο Ἡσαίας, Ἄειπάρθενε, ἐν ᾧ δακτύλῳ τοῦ Πατρὸς Λόγος ἄχρονος ἐγγέγραπτο, ἐκ πάσης ἀλογίας σώζων ἡμᾶς, τοὺς λόγοις σε ἱεροῖς ἀνυμνοῦντας.

Φωτοφόρου προῆλθε νηδύος σου μέγας ὁ Ἥλιος Χριστὸς, καὶ τὸν κόσμον ἐφώτισεν, ἄχραντε, ἐπιλάμψεσι φαιδραῖς, καὶ τὸ σκότος ἐξῆρε τὸ τῆς παραβάσεως ὅθεν ὑμνοῦμέν σε πάντων ὡς αἰτίαν καλῶν, θεονύμφευτε.

330 Ex canone seriae II, hebdomadae IV.

Incarnatum Dominum ineffabiliter ex tuo purissimo sanguine, Deipara, et propter nos morte in carne suscepta resuscitatum intuens e sepulcro,

(60) Non aliam ob causam B. Virgo dicitur *inculpata*, nisi quia fuit prorsus ab omni culpa immunis. Si autem B. Virgo fuit ab omni culpa immunis, ergo non solum ab actuali veniali, ut omnes concedunt, sed etiam, et multo magis, ab originali. Si enim Deus a venialibus culpis B. Virginem non fecisset immunem, nunquam ei inimica, et invisibilis fuisset, utpote habens in se gratiam sanctificantem, charitatem enim non expellunt leves defectus: at non

enim sine dolore, Dei Genitrix, Christum peperisti. Quare te merito felicem praedicamus, et Dominum glorificantes laudamus.

Ad te ipsum recepisti gentem sanctam, eos, qui erant longe a te faciens prope corpore a Virgino suscepto, o Salvator, et non populum tuum vocasti populum tuum divinum; propterea omnes te nunc adoramus, o omnipotens.

329 Ex canone Dominicæ III, in Paralyticum.

Urbem hanc, quæ te, o Virgo, semper fideliter adorat, tu undequaque tuere a periculis captivitatis Barbarorum, civilium bellorum tenebris, a gladio, atque infaustis omnium malorum auguriis.

Seminis expertem habuisti conceptum, partum vero cogitatione superiorem, incorrupta Dei Mater. Opus stupendum, miraculum maximum, ab angelis honoratum, ab hominibus glorificatum, Virgo Domina.

Quomodo, Virgo, lactas? Quomodo genuisti parvulum Adam seniore? Quomodo in ulnis gestas illum qui gestatur supra humeros Cherubicis? Eo modo quem ipse scit et novit, qui rebus universis dedit esse.

Conceptionem tuam sine semine, o casta, partum tuum incomprehensibilem laudamus, Beatam Te nuncupantes, utpote Matrem Dei Factoris omnium ac Domini.

Qui nutu divino cuncta sustinet, tenetur, Deipara Virgo, tuis ulnis, omnes nos eripiens e servitute diaboli ut misericors.

Virgo perseveras postquam peperisti ineffabiliter genitum ante omnia sæcula sine successione ex Patre principio carente: propterea, casta, te beatam praedicamus.

Librum te olim vidit Isaias, o semper virgo, in quo digito Patris Verbum initio carens conscriptum est, quod ex omni irrationali actu et motu liberat nos sacris te verbis collaudantes.

Prodiit ex lucifera tua alvo magnus Sol Christus, et mundum illuminavit, o immaculata, radiis lætissimis, tenebrasque expulit transgressionis. Unde laudamus te ut omnium causam bonorum, o Dei Sponsa.

cum ingenti gaudio glorificasti et magnificasti.

Concepisti, inculpata (60), eum qui cuncta continet, eum ipsum carne generans qui deinde

reddendo immunem ab originali mortali, vi istius fuisset objectum condignum odio Dei, et filia iræ et abominationis. Si a venialibus non reddidisset immunem, adhuc jus retinisset ad hæreditatem æternam, quæ est clara ipsius visio; at non reddendo immunem a peccati originalis infectione, excluderetur de facto a consecutione, illius gloriæ. Item positus in B. Virgine culpis levibus, minime dici poterat, maledictus dies, et hora in qua concepta fuisset: at originali existente vere

mortem tridana sua morte spoliavit. Quem ora, ut animæ meæ vitia mortificet, meque salvum faciat.

Serva et libera civitatem ac populum confugientem ad te, Dei genitrix Virgo, quæ Christum peperisti, ex omni adversaria ira, et excidio, incursio-

dicretur maledicta conceptio B. Virginis sicut, et Job, et reliquorum hominum. Hinc Bustus in *Mariagli*, serm. 7, de *Concept.* part. 1, ait: « Si Deus præservavit, et defendit Virginem gloriosam a veniali peccato, quod non privat gratia Dei, et stare potest cum charitate, ut dicunt theologi, in 4, d. 21, et hoc ut esset idonea Mater sua, et ob amorem quem ipsi ab æterno portavit: ergo inconveniens videtur credere quod permiserit illam sibi in originali peccato privante gratia divina. Non enim esset verus amor, si quis defenderet amicum suum, ne vel modicum leviter verberaretur, quem tamen per gulam suspendi, vel capite permetteret detruncari. » Sic Bustus.

(61) Angelicus Doctor 3, p. q. 27, a. 2, illum locum Jobi III, ubi de diabolo dicitur *Expectet lucem et non videat, nec ortum surgentis auroræ*, in sensu litterali (etsi metaphórico) exponit de nocte peccati originalis his verbis: « *Expectet Lucem*, id est, Christum, et non videat, quia nihil inquinatum incurrit in Sapientiam, quæ est Christus, ut dicitur Sap. VII; *nec ortum surgentis auroræ*, id est, B. Virginis, quæ in suo ortu a peccato originali fuit immunis. » Sic ille. Cum autem, idem D. Thomas in cap. I Matthæi, duplicem ortum, seu nativitatem agnoscat, scilicet nativitatem in utero, quæ est primâ formatio, et nativitatem ex utero, qua quis exit in lucem: « Nasci de Matre, inquit, est in lucem prodire, in Matre nasci est ipsum concipi. » Ex hoc loco argumentum bonum elici posse videtur ad confirmandum fuisse sanctam, et immaculatam non modo Virginis nativitatem, ad quam cum locum refert S. Thomas, sed etiam Conceptionem? « Neque enim potest negari, inquit Valentia in III p. D. Thomæ, tomo IV, disp. 2, q. 1, puncto 2, quin vel maxime Conceptio ipsa Virginis fuerit quoque ejus ortus; rei namque ortum maxime dicimus esse ipsum rei principium. » Hinc Catherinus in sua *Disputat. pro immaculata B. Virg. Concept.* lib. 1, ad quosdam, qui adducunt hunc Jobi locum: *Expectet lucem et non videat, nec ortum surgentis auroræ*, et de peccato originali ibi sermonem esse asserentes, quod non vidit Lucem, quæ est Christus, quo illum penitus non conclusit, nec ortum, id est, Nativitatem surgentis Auroræ, quæ est Maria: inde inferbant, quod sola nativitas, et non conceptio Mariæ excipiebatur, et ab eo peccato erat immunis, in hunc modum respondet: Exponunt ortum Auroræ pro Nativitate Mariæ, quæ fuit ex utero; cur non potius pro illa quæ fuit in utero? Cur enim viri isti, ut sæpissime, et multis locis contra Domine puritatem perpetuam agentes, ortum, et nativitatem pro ipsa conceptione accipiunt, atque exponunt etiam verbis, et mente auctorum repugnantibus, ut suo loco monstrabo; nunc autem, ubi ratio maxime suadebat, et pius favor Matri Dei, ortum auroræ pro nativitate, quæ ex utero, non quæ in utero, velint nos recipere, ut hoc Domine privilegium expugnent? At nos discimus potius pro gloria Regine nostræ simili modo exponere, sicut illa faciunt contra illam, ut ortum ipsum pro ipso primo ortu accipiamus, qui fuit in utero cum est concepta, quem ortum procul dubio atra illa peccati nox non vidit. Quod autem ita vere exponi debeat, primum facit, quod ipsa decenter pro aurora significatur, quæ Christi luci adjungitur, quæ certe simul cum est, cum luce ipsa est, nunquam est enim aurora sine

neque gentium, ut te, prout decet, hymnis honorantes magnificemus.

Ex canone feriæ III, hebd. IV.

Sicut Aurora Solem in ulnis ferens, Virgo exorta et nobis in nocte sedentibus (61).

Ut Deificaret humanum genus Deus homo factus

luce. Secundo facit et maxime, quod cum de stellis loquitur Job, per quas procul dubio sancti ipsi significantur, obtenebratas illas caligine noctis hujus pronuntiat? quod certe non videretur verum, si ortum ex utero etiam in quibusdam ipsorum spectarem, ut de Joanne Baptista, et Jeremia omnes concedimus, sicut scriptum est: « Antequam exires de vulva, sanctificavi te. » (*Jerem. 1, 5.*) Non igitur recte excepta fuisset sola aurora in ortu, tanquam peccato illius noctis libera, si per ortum posterior significaretur nativitas, cum et hoc de aliquibus stellis verum esset. Et tamen sanctissimus Job, ut illam luci, id est, Christo adjungeret, et super omnes stellas, id est, sanctos, singulariter magnificaret, solum ejus ortum excipit, ut stellas omnes præ illa obscuratas faceret. Sic Catherinus. Prædicta etiam Jobi verba a S. Thoma allata expendens Andreas Pintus Ramirez in suo opere *De concept. B. Virg.* n. 367, in hunc modum scribit: « Quam libere ortus ab utero hic explicatur, tam libere ortum in utero, id est conceptionem passivam, possumus explicare, et fortasse magis congrue vulgatam nostram (qui est optimus explicandi inodus) aliis versionibus conciliantes. » Sanctes enim Paginus Thomista fideliter ex Hebræo sic vertit: « *Expectet lucem, et non sit, nec videat splendorem auroræ.* » Ortus ergo apud nostrum interpretem splendorem significat, et splendor absolute de quovis Mariæ instanti venit usurpandus. Vatablus legit: « *Expectet lucem, et non adsit, nec videat palpebras auroræ.* » Has palpebras frustra ad nativitatem magis deferat, quam ad conceptionem. In re ergo dubia magis congrue ad honorem Virginis locus ducitur, quam trahitur ad impium. Sed audi quid pro littera Pineda ibi: « Inter reliquas translationes hæc palpebrarum illustrior est, quod oculum cæli respiciat: namque solem cæli oculum videtur aurora quasi post nocturnum soporem, et clausa lumina, iterum diductis, et apertis palpebris vigilantem, et videntem mundo reddere. » Divini ergo Oculi, id est, Verbi, palpebra erit Maria, si Aurora est ex mente D. Thomæ, et quis tanti Oculi palpebras lippas, et conniventes quandoque existimabit? Si nihil in Divinam lucem Christum incurrit inquinatum, cur ejus Mater, ubi lux ista, tanquam inter palpebras, nobis fulguravit, denigratur? Si Maria Aurora est Solis immaculati, cur maculata, imo oppetens, quod Concepta appetit, profanatur? Majus est, quod voluit B. Petr. Dam. ad hunc locum serm. de *Assumpt.* « Hæc est, inquit, Aurora, quam ille non vidit, qui vidit omne sublime, ut erat B. Job, ut illi multa suppressione claudatur dicens: *Non videt ortum surgentis Auroræ.* Sicut Aurora terminum noctis, et diei principium adesse testatur, sic et Virgo noctem expulit sempiternam. » Minus enim congrue tam multa suppressione, id est abstrusione, clausa dicitur Aurora nostra, si ipsas appetentis illius primitias dæmon oppressit: minus congrue clauderetur, si hostis primum illius ostium reseravit. Absit: non solum non tetigit, sed nec eam videre ausus est princeps superbæ sublimium spectator; quam jam se suosque oppressuram, et æterno clausuram carcere pertimebat. Hactenus Ramirez. Vide S. Thomam in psalm. XLV, ubi explicans de B. Virgine illa verba: « Adjuvabit Eam Deus mane diluculo, » inquit, Deum Mariæ existendi adhuc in utero, auxiliatum fuisse: « Et

est ex te, inculpatisima Virgo, quem pulcherrimum A
 e sepulcro prodeuntem, victorem Orci conspexisti
 lætitia exundans.

Lucis datorem peperisti Dominum porta facta

Ἐκ τοῦ Καρόνος τῆς τετάρτης τῆς ἑβδομάδος δ.
 ἐν τῇ Μεσσηντηκοστῇ.

Μόνη ἐχώρησας τὸν Κτίστην τὸν Ἰδίου, Θεογεννη-
 τος, ἐν γαστρὶ, καὶ σαρκὶ ἐκύησας ἀφράστως, καὶ
 Περθένοσ Ἐμεινας, μηδὲν τῆς παρθενίας λυμανθεί-
 ος· τοῦτον, ἀγνή, ὡς Υἱόν σου καὶ Θεὸν ἀπαύ-
 στως ἰκέτευε ὑπὲρ τῆς ποιμνῆς σου ἀεὶ.

Εἰς τῆς Τριάδος ὦν, γενόμενος σὰρξ ὠρίθης, οὐ
 τρέψας τὴν οὐσίαν, οὐδὲ φλέξας τῆς τεκούσης τὴν
 ἀφθορον γαστέρα, Θεὸς ὦν ὅλος καὶ πῦρ.

Ἢ ἐν γαστρὶ τὸν Θεὸν ἀπερίγραφτον χωρήσασα,
 Θεόνυμφε Παρθενομήτορ ἀγνή, μὴ παύσῃ πρε-
 σβεύουσα ὑπὲρ ἡμῶν, ὅπως διὰ σοῦ ρυσθῶμεν τῶν
 περιστάσεων· πρὸς σὲ γὰρ ἀεὶ καταφεύγομεν.

Γέγονεν ἡ κοιλία σου ἀγία τράπεζα ἔχουσα τὸν
 οὐράνιον ἄρτον, ἐξ οὗ πᾶς ὁ τρώγων οὐ θνήσκει, ὡς
 ἔφησεν ὁ παντὸς, Θεογεννητορ, τροφεύς.

Παρθένον μετὰ τόκον ὑμνοῦμέν σε, παρθένον καὶ
 μητέρα δοξάζομέν σε μόνην, ἀγνή Θεόνυμφε Κόρη·
 ἐκ σοῦ γὰρ ὄντως Θεὸς ἐσαρκώθη ζωοποιήσας ἡμᾶς.

Ἐν γαστρὶ σου ἐχώρησας τὸν ἀχώρητον Λόγον,
 ἐκ μαζῶν σου ἐθήλασας τοῦ κόσμου τὸν τροφέα, C
 ἀγκάλαις ἐβάπτασας τὸν παροχέα ἡμῶν, Θεογεννη-
 τος ἀγνή.

Πῶς ἐγέννησας, εἰπέ, τὸν ἐκ Πατρὸς ἀχρόνως
 προεκλάμψαντα, καὶ σὺν ἀγίῳ Πνεύματι ἀνυμνού-
 μενον; Ἢ ὡς οἶδεν ὁ μόνος εὐδοκῆσας ἐκ σοῦ τε-
 χούνηναι, Θεοτόκε.

hoc est quod dicit, quod auxiliatus est ei Dominus
 in ipso ortu matutino. »

Andreas etiam Duvallius doctor Sorbonicus in
 suo tract. *De Conceptione B. Virginis*, afferens hæc
 Jobi verba : « Expectet lucem et non videat ; nec
 ortum surgentis auroræ, » quæ S. Thomas in sensu
 litterali, etsi metapharico, exponit de Christo, et de
 B. Virgine, ait : Sicut aurora propter proximita-
 tem, quam cum sole habet, nunquam obtenebra-
 tur, ab eo quippe duntaxat quindecim gradibus, ex
 astrologis, semper distat ; sic neque anima Vir-
 ginis, Deo tantopere proxima, ullius peccati, etiam
 originalis tenebris unquam est comprehensa. Nec
 respondeas, per ortum Auroræ intelligendam esse
 Virginis nativitatem, quæ proprie appellatur ortus,
 siquidem conceptio non minus, imo magis dici po-
 test ortus, quam nativitas, cum ipsa sit principium
 existentia, qua res dicitur ex potentia suarum cau-
 sarum extrahi. Unde Lucæ i, de Christo, qui adhuc
 utero Matris suæ detinebatur scribitur : *Quod in ea
 natum est, de Spiritu sancto est.* Nec dicas fetum
 conceptum, et detentum adhuc in utero, nondum
 esse extra hanc causam, nempe Matrem, quam cer-
 tum est, esse causam per se : et hinc est, quod
 ipse fetus non habeat angelum custodem, donec sit
 egressus ex utero ipso : itemque si Mater marty-
 rium subeat, corona martyrii, ita ut Mater, donec-
 tur. Respondeo enim fetum habere propriam exsi-

lucis, quem e sepulcro fulgurantem intuita, repleta
 es gaudio. Ipsum exora ut mihi concedat, o Virgo
 venerabilis, luctum lætificum, futuræ consolationis
 pignus et causam.

331 *Ex canone seriae iv. hebdom. iv. in sanctam
 Mesopentecosten.*

. Sola comprehendere tuo utero potuisti Conditio-
 rem tuam, Dei Genitrix, et carne genuisti incorru-
 pta virgo permanens, nec pudore uspiam maculata.
 Hunc, Sancta, Filium et Deum tuum ne cesses exo-
 rare pro tuo grege.

Unus Trinitatis, etsi caro factus, agnitus es non
 mutasse, Domine, substantiam, nec ambussisse Ge-
 nitricis incorruptum ventrem, cum Deus omnino
 et ignis sis.

Tu quæ in utero tuo Deum incircumscribibilem
 genuisti, o Dei Sponsa Virgo Mater casta, ne cesses
 intercedere pro nobis, ut per te a circumstantibus
 malis liberemur : ad te enim semper confugimus.

Fuit alvius tuus sancta mensa habens coelestem pa-
 nem Christum, ex quo quicumque comederit, non mori-
 rietur, ut dixit, o Dei Genitrix, universorum nutritius.

Virginem post partum laudamus te, Deipara :
 Virginem et Matrem glorificamus te, o sola casta
 Dei sponsa puella, ex te enim vere incarnatus est
 Deus, qui renovavit nos.

Ventre tuo comprehendisti, quem nullus compre-
 hendit locus. Uberibus tuis lactasti mundi altorem :
 ulnis portasti eum qui nos sustinet, Dei Genitrix
 Virgo.

Quomodo genuisti, age dic : Eum qui ante omne
 tempus ex Patre resplenduit, quinque cum Spiritu
 sancto glorificatur ? Certe ut ipse scit, ut solus vo-
 luit ex te gigni, Deipara.

stentiam distinctam ab ipsa Matris, quod autem
 matre indigeat, est tantum ut conservetur in suo
 esse, non autem ut simpliciter producat. Quod
 autem specialem angelum ad sui custodiam non
 habeat, est quia tunc eo non indiget : nullum enim
 aliud peccatum potest subire quam ex parte Ma-
 tris, ut satis constat, Ideoque alio angelo, ab ipso
 matris, opus non habet. Et licet, si martyrio
 mater afficiatur, coronetur etiam martyrio fetus
 ille, quem supponimus esse animatum, est, quia
 re ipsa propter odium Christi, et Christianæ reli-
 gionis occiditur ad occisionem matris prægnantis.
 Ex quo colligitur fetum conceptum, et anima infor-
 matum, optime dici posse natum, et extra suas
 causas. Hactenus Duvallius. Bernardinus. Denique
 de Busto in *Mariali*, serm. 5, de *Concept.* part. iii,
 probans B. Virginem fuisse in aurora præfigura-
 tam Cantic. vi, ubi dicitur : « Quæ est ista, quæ
 progreditur quasi aurora consurgens ? » ait inter
 alia : Aurora a lumine incipit, et semper in lumine
 crescit, quousque soli jungatur, et nunquam lu-
 mine privatur ; sic B. Virgo a lumine divinae gra-
 tiæ incipiens, nullis unquam est peccatorum tene-
 bris obscurata, sed semper in virtutum omnium
 claritate succrescens, tandem cum Sole Justitiæ
 dulcissimo Filio suo in cœlesti gloria mirandis
 circumdata fulgoribus est conjuncta. Sic ille.

Continuisti alvo tua, Virgo mater, unum Trinitatis, Christum regem, quem laudat universa creatura, quem tremunt supernæ turmæ. Hunc roga, augustissima, ut nostras animas salvet.

332 *Ex canone feriae v, hebdomad. iv.*

Super te sapientia Patris æterni descendit sicut pluvia in vellus, o casta et incarnata citra mutationem, vias vitæ ostendit nobis scientibus te Virginem post partum et Matrem.

Mundi universi Domina effecta, Dei Genitrix, mundanis me scandalis et vitiis corporis, æternisque suppliciis gehennæ libera, ut te laudem.

O tua cogitatione superiora miracula, sanctissima Virgo! Tu enim peperisti incarnatum Deum, qui divina resurrectione sua cuncta salva fecit.

Ex canone Parasceve hebdomad. iv.

Sancta Dei Genitrix, quæ sanctum sanctorum Verbum principio carentis æterni Patris ex eo resplendens peperisti. Roga ipsum iadesinenter, ut sanctificet et illuminet animas et corda nostra, qui desideramus te laudare.

Domus Dei agnita es, castissima Virgo Deipara (62), quippe illi carnem vere animatam ex tuo incorrupta sanguine largita, o immaculatissima, unde te honoramus.

Incarnatur Christus ex te, ineffabiliter Verbum existens Patris, Virgo Deipara, et crucifigitur vo-

Ex canone Dominicæ iv, in Samaritanam.

Salve, throne ignee; salve, candelabrum totam aureum: salve, nubes luminis; salve, Verbi palatium, et mensa spiritualis, quæ Christum panem vitæ digne portasti.

O Virgo Mater, quæ modo inexplicabili in tuo utero Deum universorum concepisti; et supra men-

(62) Sufficit dicere R. Virginem fuisse Domum Dei, ut intelligamus illam sine originali macula conceptam. Nam ut sanctus Thomas a Villanova serm. 3 *De Nativit. B. Virg.*, ait: « Non decebat Domum Sapientiæ aliquam in se habere labem, propter quod anima, cum infunderetur, nullam habuit ex carne, neque contraxit labem peccati. » Sic ille.

Ludovicus quoque Carvajalus in Declamat. expostularia pro Conceptione B. Virginis, in persona ejusdem Virginis in hunc modum loquitur: « Antequam ego formata essem in utero, sui destinata ut essem Mater Dei, et eum in visceribus matris formarer, tunc domus mea, tanquam domus Dei, fabricabatur, non tanquam spelunca Satanæ, » Sic ille apud *Armamentarium Seraphicum* pag. 42. Et in quodam Officio antiquo Immaculatæ Conceptionis apud Ballingham in *Parnasso Mariano*, pag. 39, B. Virgo salutatur his verbis:

*Salve, Virgo sapiens,
Domus Deo dicata,
Columna septemplici.
Mensaque exornata,
Ab omni contagio
Mundi præservata:
Ante sancta in utero
Parentis, quam nata.*

Ἐχώρησας ἐν γαστρὶ σου, Παρθενομήτορ, τὸν ἐν τῆς Τριάδος Χριστὸν τὸν ζωοδότην, ὃν ὕμνεῖ πᾶσα κτίσις, καὶ τρέμουσιν οἱ ἄνω θρόνοι· αὐτὸν δυσώπει, παμμακάριστε, σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

lena propter nos, et resurrectione post triduum fines orbis illustrat, cum quo te, ut par est, Beatam prædicamus.

Ex canone Sabbati hebd. iv.

Lacte nutris Nutritum mundi, et portas in ulnis, o Virgo, illum qui divina potestate sua portat universum. Propterea te ut Deiparam laudamus.

Auxiliatrix eorum qui periculis urgentur, Portas et **333** Salus confugientium ad te, Dei genitrix sancta, eos qui cum fide te laudant, tuo patrocinio protege, et ab omnibus malis libera per intercessionem tuam eos, qui fideliter modulantur laudes tuas.

Tu quæ gaudium peperisti, et mœstitiam exterminasti, laudatissima Domina, intercessionibus tuis divinam lætitiā impetra his, qui te fide ferventi, ut vere Dei genitricem celebrant.

Te ut mundi Dominam obsecramus, Sancta (63), ut populum tuum liberes ab omnibus malis, fame, peste, vexatione hostili, quoniam tu præsidium inexpugnabile Christianorum es, Maria Virgo.

C *Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς Κυριακῆς δ', τῆς Σαμαριτιδος.*

Χαῖρε, θρονε πυρινε, χαῖρε, λυχνία πάγχρυσε, χαῖρε, φωτὸς νεφέλη, χαῖρε, παλάτιον τοῦ Λόγου καὶ νοσητῆ τράπεζα, ἄρτον ζωῆς ἀξίως Χριστὸν βασιτάσασα.

Ἀνερμηνεύτω; συλλαβοῦσα ἐν τῇ γαστρὶ σου τὸν τῶν ὄλων Θεόν, Παρθενομήτορ, ὑπὲρ ἐννοιαν καὶ

(63) Hieronymus Lanuza Ord. prædicatorum, inter alias rationes, quas excogitavit ad probandum immaculatam B. Virginis Conceptionem, hanc nobis proposuit: Observavit S. Thomas, inquit ille, populo antiquo Deum abstulisse casuum et peccatorum occasiones, ut essent sancti, quia nasci ex illis Sanctus sanctorum debebat: « Sancti eritis, quia ego sanctus sum; et pedum, quibus gradiebantur, curam gessisse, ne in culpæ vacuum inciderent: *Pedes sanctorum suorum servabit.* Si ergo priscis illis, ne pedes illorum sordes contraherent, præibat ipse, mundando iter, et obviam offensiones seponendo, ob eam tantum causam, quod ex illis nasci debebat Christus; quanto magis Matri titubandi occasiones auferret, eamque præservaret a sordibus, ut in omnibus vitæ passibus sancta foret? « *Pes tuus non impinget Dominus,* etc. Unde cum Deus jam ipsis vicinus esset, minime dubium est, quin eam puram, et sanctam in primo Conceptionis suæ gressu conservaret. Sic Lanuza, hinc Origenes homil. 1 in Matth. beatam Virginem non solum sanctam, sed plenissimam sanctitatem nuncupavit, ut sic innueret ipsam nullius peccati consortium admisisse. Qua enim ratione plenissima diceretur Mariæ sanctitas, si eam gratia vacuum fuisse aliquando concedatur?

λόγον τέτοκας, μείνασα παρθένος ὡς πρὸ τέκευ, Θεόνημφε.

Ἀκατάφλεκτον βάτον σε ὁ νομοθέτης ἑώρα πάλαι, Δαν:ήλ δὲ ὄρος ἅγιον κατενώει, μόνη Μητροπάρθενε Δέσποινα.

Σὲ πύλην ἀδιόδευτον, καὶ χώραν ἀγεώργητον, καὶ κισσῶν τὸ μάννα φέρουσαν, καὶ στάμνον, καὶ λυχνίαν, καὶ θυμιατήριον τοῦ ἁλλου ἄνθρακος ὀνομάζομεν, ἄγνη.

Παρθένον μόνην τίχτουςαν, καὶ νηδὺν ἀφθορον τρήσασαν ὑμνοῦμέν σε, ἄγνη, θρόνον Κυρίου, καὶ πύλην, καὶ ὄρος, καὶ νοσητὴν λυχνίαν, νυμφῶνα ἐλόφωτον τοῦ Θεοῦ, καὶ σκηνὴν δόξης σαφῶς, κισσῶν τε καὶ στάμνον, καὶ τράπεζαν.

Μετὰ λοχείαν φρικτὴν παρθένος, ἄγνη, διεφυλάχθης, ἄγλα Θεοτόκε· διὸ σε ἅπασα ἀγγέλων χορεία καὶ τῶν ἀνθρώπων γενεαὶ ἅπασαι ἀσιγήτοις ἀνυμνοῦσι φωναίς, χωρίον καθαρὸν τοῦ ἄχωρῆτου.

Ἄνθρακι καθαίρεται ὁ Ἡσαίας προκηρύττων τὸν νοσητὸν ἄνθρακα σαρκούμενον, Παρθένε, ἐκ σοῦ ὑπὲρ ἔννοιαν, καταφλέγοντα πάντων τῶν βροτῶν τὰ ὑλώδη ἁμαρτήματα, καὶ θεοῦντα· δι' οἶκτον τὴν φύσιν ἡμῶν, παναμώμητε.

Φωτὸς γενομένη οἰκητήριον, ἄγνη, καταύγασον τὰς κόρας τῆς ψυχῆς μου ἀμαυρωθείσας πολλαῖς μεθοδεύσεις τοῦ ἐχθροῦ, καὶ βλέψαι ἀξίωσον τρανῶς τὸ ἀναλάμπαν φέγγος ἐκ σοῦ ὑπὲρ ἔννοιαν καθαρῆ καρδίᾳ.

Ex canone seriae II. hebdomadae v.

Lucis domicilium facta, o Virgo, illumina pupillas animæ meæ plurimis hostis insidiis obscuratas, et dignum me fac, ut clare videre possim puro corde illud jubar, quod ex te supra mentis captum effulsit.

Exortus est formosus ut Sponsus ex mortuis, qui bonitate sua cogitationes excedente, ex tuis visceribus incarnatus est. Quare visa cum apostolis resurrectione post triduum, illum glorificasti.

Quam venerabilis est partus tuus, o laudatissima, per quem nos omnes ab horribili damnatione liber-

(64) Porro B. Virgo Dei Thalamus minime undequaque, id est, omni ex parte, atque omni ex genere, luce coruscasset, si in ipso principio sui esse principio, tetrīs originalis peccati tenebris obvoluta apparuisset. De hoc autem Dei Thalamo loquens Bernardinus Bustensis in Mariali, serm. 6, de Conceptione, part. 1, ait inter alia: « Quis in lecto fetido, et immunditiis pleno, jacere potius assentiret, quam in strato mundissimo, et ab omnibus immunditiis elongato? Nemo enim praesumitur carnem suam odio habere (ut inquit Glossa in Rubrica. § In jus voc.). Beata igitur Virgo Maria quia thalamus divinæ fuit gloriæ, non fuit aliqua peccati sorde polluta. » Sic ille. Hinc sanctus Melito Asianus episcopus Sardensis, homil. de Transitu Virginis dixit: « Domine, praelegisti hanc ancillam tuam fieri immaculatum tibi thalamum. »

A tis captum, verborumque conceptum, eundem peperisti: virgo, qualis ante partum fueras, o Dei Sponsa, permansisti.

Olim te rubum incombustum vidit legislator: Daniel vero te montem sanctum animadvertit, o Regina sola virgo et mater.

Te portam imperviam, et agrum a cultura immunem; et arcam manna continentem et urnam, et candelabrum, et immaterialis carbonis turribulum nominamus, o pura.

Virginem solam parientem, et vulvam incorruptam servantem: thronum Domini, portam, et montem; spiritale candelabrum, thalamum Dei lucidissimum, tabernaculum gloriæ manifeste; arcam, urnam, et mensam, te laudamus, o B casta.

334 Post partum venerandum Virgo, casta, conservata es, o sancta Deipara: propterea te omnes angelorum chori, atque hominum generationes universæ vocibus incessantibus collaudant, o pura sedes illius qui nullo potest loco contineri.

Carbone purificatus est Isaias, qui spiritualem carbonem vaticinans prædicavit, ex te, o Virgo, incogitabili ratione incarnatum, qui materialia omnium peccata comburit, nostramque naturam misericorditer deificat, o immaculatissima.

O pura, quæ lucis habitaculum facta es, illumina pupillas animæ meæ, multis inimici insidiis obscuratas; et fac me dignum ut perspicue puro corde intueri possim nitorem ex te supra quam mente concipi possit, fulgurantem.

rati clamamus: Salve, o omnium hominum salus: salve, collapsi mundi erectio.

Eum qui mortuis inspirat vitam, ut vidisti, o, immaculatissima, e sepulcro redivivum cum gloria, repleta es dulcedine animi, clamans: Fili mi et Deus mi, magnifico tuam cogitatione superiorem benignitatem.

Ex canone seriae III. hebdomadae v.

Incarnatus visus est ex sanguinibus tuis ineffabiliter, o castissima, supersubstantialis Deus, et reputatus inter mortuos ille qui est omnium vita, potenter resurrexit: **335** quem tu cum vidis-

Ubi satis insinuare videtur (inquit in suis *Exceptionibus*, cap. 13, P. Joan. Eusebius Nierembergius) immunitatem Virginis a peccato originali. cum dixerit non solum electam immaculatam Dei thalamum, sed præelectam, nimirum per singulare puritatis privilegium a principio suæ Conceptionis. Eandem a peccato originali immunitatem insinuare voluit, Joannes Geometra in *Catena Græca* ad cap. 1 Luc. dum Mariam appellavit Thalamum præpurum. Et auctor hymni Græci apud Buteonem, et Raynaudum in *Nomenclatore Mariano*, dum eandem nuncupavit « Thalamum Verbi incontaminatum, et Thalamum undique relucens. » Quomodo enim Thalamus præpurus, incontaminatus, atque undique relucens, si impuritati, foeditati, atque obscuritati peccati originalis fuisset aliquando subiectus?

ses, animi alacritate repleta es, eundem magnificans.

Jesum quem corpore induisti supra cogitationem, casta Domina, resuscitatum intuens e mortuis, clamabas : Quam speciosa pulchritudo tua, Fili mi, per quam ad antiquam formam Adam nunc mutatus renovatur,

Luminis tui radiis dissipa meæ ignorantiae, Deipara, caliginem, ut fidei vocibus prædicem perpetuo mirabilia tua.

Ex canone feriae iv. hebdomadae v.

Qui secundum propriam naturam invisibilis erat, visibilis est factus incarnatus ex te, inculpatisima Domina, et crucem mortemque volens sustinuit.

Quæ Dominum Deum peperisti vitæ mortique dominantem, da nobis, o casta, dominium evadere insidiantis nostræ liberati maligni hostis.

Ut porta lucis ex orci penetrabilibus solem intuita exortum, Virgo, et collustrantem terminos terræ, divina completa es suavitate, inculpatisima.

Ex canone feriae v. hebdomadae v.

Cum Filium tuum e sepulcro resurgentem vidisses, o Virgo inviolata (65), cum illius apostolis gaudebas, cum quibus te glorificamus.

Serva me ab igne gehennæ et ab æterna damnatione, immaculata : frange perturbationum mearum vehementem procellam, et dirige me ad tranquillos vitæ portus.

Vidisti Christum resuscitatum cum mulieribus unguenta ferentibus, et converso in gaudium luctu, illum glorificabas. Unde alta voce te felicem prædicamus, Dei Genitrix.

337 *Ex canone Dominicæ v, in Cæcum a Nativitate.*

Alvum tuam conjugii expertem inhabitavit Dominus, o Virgo, per viscera miserationum suarum salvum facere volens hominem corruptum astutia inimici. Hunc igitur obsecra, ut civitatem hanc omni excidio liberet, et incursione gentium.

Virginali ex ventre peperisti Deum incarnatum, a quo impetra, sanctissima Domina, ut misereatur nostri.

Partum tuum, incorrupta, natura superiorem glorificamus, beatam te, inculpatisima, fide prædicantes, tanquam Dei universorum Genitricem.

Quomodo peperisti sine virilis copulæ experimento, o casta Virgo Mater? quomodo nutristi eum, qui universas nutrit creaturas? Ut ipse solus novit, qui universi est auctor et Deus.

(65) Hic titulus Inviolatæ, non solum ostendit B. Virginem suis e illibatam in corpore per integritatem virginitalis, sed etiam illibatam in anima per immunitatem a peccato originali. Unde P. Joan. Eusebius Nierembergus in suis *Exceptionibus*, pag. 176, observat sanctum Leonem papam in Epistola ad Julianum Coensem, quæ exstat apud Binium in concilio Chalcedonensi, dum in ea vocat

Ex canone in Parasceve hebdomadae v.

Sancta inculpatisima, sanctum in sanctis quiescentem enixa, hunc ut vidisti e sepulcro fulgentem sicut sponsum ex thalamo, extulisti laudibus, benignitatem ejus commendans.

Sicut ex te prodiit Deus in aspectum, Virgo, minime resignatis virginitalis tuæ signaculis; ita e sepulcro emicuit signati lapidis inviolata sigilla linquens, quo viso superabundasti gaudio benedicens divinam ejus potentiam.

Eum qui nutu fert cuncta Deum utero gestasti, Virgo, factum hominem per suam misericordiam, Deo gratissima. Quem enixe roga ut illuminet corda nostra beatificantium te tanquam castam vere Dei Genitricem.

Ex canone Sabbati hebdomadae v.

Excedit omnem cogitationem divinus partus tuus: universorum enim factorem et Deum in carne paris, quem precare, o Domina, pro eorum, qui laudes tuas canunt, salute.

Virgo post partum, ut et ante partum fueras, o casta, apparuisti. Leges enim in te naturæ, o immaculata, immutatæ sunt. Propterea te, o casta, fideles beatam dicimus.

Virgo in utero concepit mundi unum imperatorem Deum humana indutum carne, quam ut imperatricem orbis et Dominam, merito celebramus.

Inopinatum in te miraculum existit, Deipara, mater enim eadem et Virgo nulla unquam a sæculo, præter te, visa est, quæ Deum incarnatum enixa, Virgo post partum permansisti: quamobrem cuncti te fideles pie laudamus.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς Κυριακῆς ε', τοῦ τυφλοῦ.

Μήτηραν σου ἀπειρόγαμον τὴν σὴν κατώκησεν, ἀγνή, Κύριος διὰ σπλάγγνα οἰκτιρῶν σῶσαι βουλόμενος τὸν φθαρῆντα ἄνθρωπον ταῖς μεθοδεύσασιν τοῦ ἐχθροῦ· αὐτὸν οὖν ἐκέλευε τὴν πόλιν ταύτην σώζεσθαι πάσης ὀλώσεως καὶ ἐχθρῶν ἐπιδρομῆς.

Παρθενικῆς ἀπὸ γαστρὸς ἀπεκύησας Θεὸν σεσαρκωμένον, ὃν κατοικτειρῆσαι ἡμᾶς αἴτησαι, παναγία Δέσποινα.

Τὸν τόκον σου, ἀχραντε, τὸν ὑπὲρ φύσιν δοξολογοῦμεν μακαρίζοντες πιστεῖ σε, πανάμωμε, ὡς Θεοῦ τῶν ὅλων λοχεύτριαν.

Πῶς τέτοκας μὴ γνοῦσα, Παρθενομήτορ ἀγνή, πείραν ἀνδρός, θεοχαρίτωτε; πῶς τρέφεις τὸν τὴν κτίσιν τρέφοντα; Μόνος ὡς ἐπίσταται αὐτὸς τοῦ παντὸς Πατριτῆς καὶ Θεός.

Mariam inviolatam, ita appellare, quia nulla sorde, tum ejus mens, tum ejus caro lesa fuit, cum hoc inviolatæ nomine plus utatur S. Leo ad significandam integritatem spiritus, quam illæsiōnem corporis, atque idcirco sæpe in suis epistolis vocat Deum inviolabilem, quippe qui nulli corruptelæ obnoxius sit tanquam impassibilis.

Τὰ μεγαλειά σου, ἄγνη, τίς διηγῆσεται; Θεὸν γὰρ ἄν σαρκὶ ἔτεκες, ὑπερφωῶς κόσμον διὰ σοῦ ρυόμενον, Παρθένε πανάμωμε, ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας.

Μετὰ τὴν κύησιν παρθένος ὤφθης, ἄγνη· Θεὸν γὰρ ἐγέννησας καινοτομήσαντα φύσεις, ἄχραντε, τῇ δυνάμει αὐτοῦ, ὃν ἐκδυσώπει σωθῆναι πάντας ἡμᾶς.

Παρθένε ἄχραντε, θεοχαρίτωτε, τὸν σὸν δυσώπει Υἱὸν διὰ παντὸς μὴ με καταισχυῖναι ἐν ἡμέρᾳ τῆς εἰκτικῆς, ἀλλὰ συναριθμῆσαι τοῖς ἐκλεκτοῖς προβάτοις.

Φανεῖσα πλατυτέρα οὐρανῶν, Παρθένε ἄγνη, ἐχώρησας Θεὸν σωματικῶς τὸν ἀπερίγραπτον, καὶ ἐκύησας πάντων ἀπολύτρωσιν τῶν πίστει ἀδιστακτῶ ὑμνούντων σε.

Ex canone seriae II, hebd. VI.

Aurora, Virgo, fuisti Solis intelligibilis justitiæ, per quem ex ignorantia tenebris sumus eruti.

338 Libera nos a supplicio ac damnatione æterna, nos qui te laudibus extollimus (66), o pura Dei Genitrix.

Propitium effice nobis, incorrupta Virgo, tuum Filium et Deum omnium, nobis, inquam, fide te laudantibus.

Ex canone seriae III, hebd. VI.

Domine sancte, qui ex casta Virgine natus es,

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς τετάρτης τῆς ἑβδομάδος Σ', ἐν τῇ προευρτία τῆς Ἀναλήψεως.

Φωτοφόρον δχημα τοῦ Ἡλίου σὺ τοῦ νοητοῦ γεγένησαι ἀληθῶς, ἄχραντε ἄγνη, δι' οὗ οἱ καθήμενοι ἐν τῷ σκότει ἐβλεψαν τὸ φῶς τῆς ἐπιγνώσεως, καταχρέως σε δοξάζοντες.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς πέμπτης τῆς ἑβδομάδος Σ', ἐν τῇ Ἀναλήψει τοῦ Κυρίου.

Ἄχραντε Μητέρα Θεοῦ, τὸν σαρκωθέντα ἐκ σοῦ, καὶ ἐκ τῶν κόλπων τοῦ Γεννήτορος μὴ ἐκφοιτήσαντα Θεὸν, ἀπαύστως πρόσθευς ἐκ πάσης περιστάσεως σῶσαι οὐκ ἐπλασεν.

Ἰκέτευε ἀπαύστως, ἄγνη, τὸν προελθόντα ἐκ λαγόνων σου ρυσθῆναι πλάνης διαδόλου τοὺς ὑμνοῦντάς σε Μητέρα Θεοῦ.

Ἡ Παρθένος ἔτεκε, καὶ τὰ μητέρων οὐκ ἔγνω, ἀλλὰ μήτηρ μὲν ἔστι, παρθένος δὲ διέμεινε, ἦν ἀνυμνοῦντες, Χαῖρε, Θεοτόκε, κραυγάζομεν.

(66) Sat est dicere B. Virginem fuisse Dei Genitricem, ad hoc ut eam a quacunque impuritate, non solum peccati actualis, sed etiam originalis omnino liberam atque immunem intelligamus. In ignominiam enim Christi redundasset, ut inquit 3, p. q. 27, angelicus doctor, si ipse non præservasset Genitricem suam a culpa veniali, quia infamia matris in filium redundat. Ergo in ejusdem Christi majus dedecus vergeret, sinendo propriam Matrem impuritate culpæ originalis coinquinari. Nonne plus per illud recessisset a Filio, utpote sancto per essentiam, et magis accessisset ad Belial, majusque cum illa commercium contraxisset, quam per peccata venialia, etiamsi in infinitum commisisset? Si Dei Filius consuluit honori suo, animam, et uterum undequaque pulchrum suæ Matris ab omni levis-

Magnalia tua, o sancta, quis enarrabit? Deum enim carne peperisti supernaturaliter, qui per te liberat mundum, inculpatissima Virgo, ab omni peccato.

Post partum, Virgo apparuisti, sancta, Deum enim genuisti naturam immutantem, o incorrupta, virtute sua; quem semper deprecare ut salvos nos faciat.

Virgo immaculata Deo gratissima, tuum exora Filium semper ne me confundat in die judicii, sed annumeret electis ovibus.

Visa capacior coelis, Virgo sancta, comprehendisti corporaliter Deum incircumscriptionem, et peperisti in redemptionem omnium, qui fide nil dubitante laudant te.

crucifixus autem et sepultus es voluntarie, et a mortuis resurrexisti, per ejusdem preces omnibus misericordias tuas demitte.

Supplex precare incarnatum ex te Verbum, ut nostri humiliatorum misereatur, o Deipara Virgo.

Lucem nobis de luce, o Virgo inviolata, genuisti, atque infidelitatis tenebras minuisti, unde nos universi te fidei vocibus collaudamus.

Ex canone seriae IV, hebd. VI, in vigilia Ascensionis.

Vehiculum Luciferum Solis spiritualis tu facta es revera, o Virgo inviolata, per quem illi, qui in tenebris sedebant, viderunt lumen scientiæ te pro dignitate glorificantes.

Ex canone seriae V, hebd. VI, in Assumptionem Domini nostri Jesu Christi.

Inviolata Dei Mater, Deum ipsum ex te incarnatum, absque eo quod Genitoris sui sinum dereliquerit, assidue deprecare, ut ab omni periculo servet quos creavit.

Roga indesinenter, o sancta, productum ex visceribus tuis, ut liberet a fallaciis diaboli laudantes te Matrem Dei.

339 Virgo peperit, nec, quæ matrum sunt, est experta, sed mater quidem est, virgo autem permansit, quam laudantes, Ave Deipara, clamamus.

simo peccato actuali liberum conservando, quis Sipientia non intrat in corpus subditum peccatis; quanto magis exigit Filius idem corpus, eandem animam pulchram, ita ut nunquam denigrata, aut infecta fuerit lethali culpa originali? Hinc in quodam Officio antiquo Immaculatae Conceptionis apud Balinghem in Parnasso Mariano, pag. 41, sic canitur:

*Decebat tam nobilem
Natum præcavere
Ab originali
Labe Matris Evæ
Almam, quam elegerat
Genitricem vere
Nulli prorsus sinens
Culpæ subjacere.*

Virginem post partum te laudamus o Deipara : A tu enim Deum Verbum incarnatum mundo peperisti.

(67) Te rubum incombustum, et montem, et scalam animatam, et portam coelestem merito glorificamus, o Maria gloriosa, orthodoxorum gloria.

Qui natus est de Virgine, quam Deiparam effecit, benedictus sit Deus patrum nostrorum.

Filium ac Deum ob suam plurimam misericordiam de Virgine natum, per quem Spiritus paracliticus fidelibus missus est, sacerdotes laudato.

Ave, Deipara, Mater Christi Dei, quem peperisti, hodie e terra evolantem cum angelis videns, magnificentias.

Ex canone seriae vi, post Assumptionem.

Castam casti laudamus populi, speciem Jacob B divinis actionibus illustremus, et religiose laudamus tanquam Matrem Dei nostri.

Commune fidelium propitiatorium, promptum ac paratum hominum auxilium, pontem ad Creatorem traducentem, per quem omnes ad salutem transvehuntur, Dei Matrem glorificemus.

Præsens cum divinis discipulis, castissima, et videns quem genuit e terra exaltari, clamabat : Revertere ad Patrem principio carentem tu, qui replevisti omnia gloria tua, o sole Domine gloriosissime.

340 *Ex canone Sabbati post Assumptionem.*

Arcem in te ad refugium habemus, o Virgo, quin et promptuarium, unde salus perfecta et divitiæ C in animas nostras angustiis pressas effunduntur. Lumine enim tuo semper lætificantur, o Domina, et nunc nos et a vitis et a periculis serva.

Non relicto Patris sinu in tuo gremio Verbum reclinatam est ab irrationalitate nos liberans, o Virgo, canentes, Domine Deus.

Deipara castissima, animæ meæ vulnera, et peccati cicatrices absterge, et purga fontibus illis qui ex Filii tui latere manant, atque laticibus ex eo-

(67) Quare B. Virgo dicatur *Rubus incombustus*, optime inter alios explicat B. Ludovic. Bertrandus, ord. Prædic. in *Serm. de Conceptione* part. iv, p. 4, dum ibidem ait : « Domina nostra in sua Conceptione ab originali labe præservata fuit. Hæc est itaque rubus ille Moysis, qui ardebat, et non consumebatur. Ardebat hæc, nam mors reliquorum ab Adamo descendentium ex semine virili et ardore concupiscentiæ fuit concepta, verum incombusta, ac a communi peccati originalis incendio remansit illæsa. » Sic ille. Cui favet S. Theodotus Ancyranus in homil. 2, de *Nativit. Salvatoris*, lecta in synodo Ephesina S. Cyrillo præsentem, dum ibidem comparans Virginem cum rubo ardenti inquit : « Dic mihi, quid est vilius, rubusne an uterus virginis, ab omni passione peccati purus? » Rubus enim Mariæ expresse fuit similitudo. Si ergo (subdit in suis *Exceptionibus* Nicrembergius) vilem illam arbusculam ita Deus ipse olim insedit, ut eum illi splendorem, eam gloriam, eam mirandam integritatem induxerit, quæ quæso, ratione Virgi-

Παρθένον μετὰ τόκον ὑμνοῦμέν σε, Θεοτόκε - οὐ γάρ τὸν Θεὸν Λόγον σαρκὶ τῷ κόσμῳ ἐκύησας.

Βάτον σε ἀκατάφλεκτον, καὶ ὄρος, καὶ κλίμακα ἔμφυχον, καὶ πύλην οὐράνιον ἀξίως δοξάζομεν, Μαρία ἑνδοξε, ὀρθοδόξων καύχημα.

Ὅ ἐκ παρθένου ταχθεὶς, ἦν Θεοτόκον ἀπειργάσατο, εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

Τὸν Υἱὸν καὶ Θεὸν, διὰ τὴν αὐτοῦ πολλὴν εὐσπλαγχνίαν σαρκωθέντα ἐκ παρθένου, ὅφ' οὗ τὸ Πνεῦμα τὸ παρακλητικὸν διηγγέλθη, ἱερεῖς ὕμνεῖτε.

Χαῖρε, Θεοτόκε, Μητέρα Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, ὃν ἐκύησας, σήμερον ἐκ γῆς ἀνιπτάμενον σὺν ἀγγέλοις ὄρωσα, ἐμεγάλυνες.

dem latere fluentibus emunda. Ad te enim clamo, ad te confugio : te invoco gratia plenam.

Vocem tibi Gabrielis cum omnibus angelis offerimus : Ave, palatium lucidissimum Regis : Ave, quæ terram cælis, Virgo, conjunxisti, per quam salvamur, qui scimus te virginem Dei matrem.

Ex canone seriae ii, ante Pentecosten.

Totus dulcedo, totus desiderabilis tuus Filius Christus est Dominus, immaculata Virgo, quem instanter ora cum innumerabilibus sanctorum, qui sursam habitant, virtutibus, ut amaritia peccatorum animas perdente liberet nos.

Ex canone seriae iii, ante Pentecosten.

Inarata Terra, quæ germinasti nutritium Universitatis, Eum qui manum aperit, et implet omne animal benedictione, divina virtute confirma per panem vitalem corda **341** languida, et nauseantia saturitate gravium nostrarum offensionum.

Speciosum forma peperit te, Salvator, speciosa puella, quem cum illa videret in passione non habentem speciem neque decorem, in lamenta erumpens aiebat : Stupore percellor, Fili mi, considerans inexcogitabilem humiliationem tuam, per-

nem nostram obsederit, aut potius possederit? Quem illi nitorem, quam puritatem, quam lucem intulerit, quando eam ita ab omni peccati affectione immunem præstitit? Vide S. Theodorum, novum confessorem, in *orat. de Nativit. Virginis*, ubi Deiparam appellat Rubum consertum igni miraculum, quem rubigo peccati non tetigit; et Ambrosium Catharinum in *Disp. de Concept. B. Virg. ad Patres ord. Prædic.*, lib. iii, circa finem ubi cum B. Virgine loquens his utitur verbis : « Tu Rubus ille ardens et incombustus, quem Moyses videns admiratur, in quo non minus corporis quam mentis perpetuam tuam ac laudabilem virginitatem agnovit Ecclesia. » Vide etiam Bernardinum Bûstensem in *Mariali serm. 6, de Concept. part. iii*, ubi in rem nostram ita fatur : « Salamandra in igne permanet, et per illum transit, et tamen non comburitur, nec caloris ardorem sentit, sic intemerata Mater Dei in lumbis parentum igne peccati ardentium permansit, et per illos transiit, et tamen illius peccati ardorem in se non recepit. »

quam naturæ hominum humiliatæ largiri salutem. A humanam naturam, immaculatam, Deum corporans,

Ex canone feriæ iv, ante Pentecostem.

Corporatus ex te prodiit Deus Verbum, o immaculata, lapsum primorum parentum per viscera misericordiæ reparans.

Ex te Dei Sapientia, domum sibi ipsi fabricata, incarnata est ineffabili demissione, Virgo nuptiarum expers. Tu enim una ex cunctis generationibus electa es in incorruptum incorrupti habitaculum Verbi (68).

Luminis receptaculum fuisti, o pura, splendidis ante luciferum ex Patre, et in te habitaculum fligentis temporibus novissimis, nostramque ferentis humanam formam, et illam sine permistione deificantis. Propter quod te omnes, ut Dei matrem, magnificamus.

Ex canone feriæ v, ante Pentecosten.

Resingis constrictam, et corruptione collapsam

(68) Favet Nicolaus Cusanus S. R. E. cardinalis, lib. v *Exercitat.* ad illa verba: *Cælum et Terra transibunt*, dum inquit: « Virgo gloriosa, cum esset prædestinata ante sæcula, ut ex ipsa reciperet Dei Filius naturam humanam, ut Dei Filius fieret filius hominis: ita concepta est, ut dignum ad hoc habitaculum fieret. Induere se debuit Deus humanitate Mariæ, quare humana natura Virginis digna facta est ab initio. » Sic ille. Et Gulielmus Pariensis Junior, sive Bitontinus in *Postillis majoribus de festo Conceptionis*, q. 3, dum ait: « Virgo Maria debebat fieri speciale habitaculum Dei. Ergo debebat specialius præparari. Sed si concepta fuisset in peccato originali, non fuisset specialius præparata. Igitur non fuit concepta in peccato originali. Sic Gulielmus. Hinc Fulbertus Carnotensis in *Serm. de Nativitate B. Virginis*, ait in rem nostram: « Hoc igitur cum primis astruere fas est, quod anima ipsius, et caro, in qua elegit sibi habitaculum Sapientia Dei Patris, ab omni malitia et Immunditia purissima fuerunt: affirmante Scriptura, quod in malevolam animam non introibit Sapientia, neque habitabit in corpore subdito peccatis. » Hæc Fulbertus. Cujus verba videtur desumpsisse D. Thomas 3, p. q. 27, a. 4, ad probandam Virginis puritatem actualem, sed Fulbertus (ut in suis *Exceptionibus* cap. 5, notat Nierenbergius) puritatem originalem iis stabilire contendit, quod in aliis locis uberius expressit: et quod majorem viam habere videtur ad suadendam immunitatem a peccato originali, quam a veniali, dubitari non debet, cum corpus efformatum ac conceptum in peccato originali, magis sit subditum peccato, quam quod unum admittat veniale, si non contraxisset originale. Velasquez de Maria Concepta lib. 1, Dissert. 3, annot. 7, n. 4, afferens illam Ecclesiæ orationem: « Omnipotens sempiternus Deus, qui gloriosæ Virginis Mariæ corpus, et animam, ut dignum Filio tuo habitaculum effici mereretur, Spiritu sancto cooperante præparasti, » ait inter alia: Notanter quidem corporis et animæ Mariæ mentionem fecit, quæ Spiritus sanctus ad dignum Filii Dei habitaculum præparavit, quin dubium sit, quod de prima sui formatione Ecclesia loquatur, ne tardus præparator habitaculi Spiritus sanctus fuisse videretur, qui peregrinum hospitem, et quidem ferum hostem prius habitaculum intrare, et conspurcare permiserit. Sic ille. Speciale habitaculum Dei debet speciali modo præparari. Sed B. Virgo fuit speciale habitaculum Dei tam secundum corpus, quam secundum animam. Ergo speciali modo debuit præparari. Quo autem speciali modo præparata fuisset,

et supra naturam pariens sine lactu nuptiali, cui clamamus: Gloria, Christo, virtuti tuæ.

Porta Dei clausa, per quam solus intravit Altissimus, dirige me in vias Dei, et aperi tibi salutis portas, o Deo gratissima; ad te siquidem, o Virgo, confugio, unicum præsidium generis humani.

342 Parce mihi, Christe, cum veneris gloriosus ad judicandum mundum: dissipa nebulam passionum mearum per intercessionem Genitricis tuæ, et fac me hæredem cœlestis regni tui.

Ex canone Parasceve ante Pentecosten.

Humanam naturam ex Virgine tanquam vestem suscipiens, o Verbum, propter summam misericordiam tuam, eandem tanquam firmum tegumentum ac parietem dedisti nobis semper, qui te Deum hominumque amatorem esse cognovimus.

Præter legem naturæ legis datorem parturis,

si in originali peccato fuisset concepta? Ingens profecto pondus habet oratio missæ pro Virginis conceptione, qua Ecclesia Romana usa est, ut habetur in Missali, cui titulus: « Missale ad usum Sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ recens diligenti studio recognitum Lugduni anno 1515, » et in Officio Conceptionis B. Virginis per magistrum Leonardum de Nogorolis edito, et per Sixtum IV, pont. max. approbato, quam refert et in ea vim facit Ambrosius Catherinus lib. II, *Disput. pro immaculata Virginis conceptione* hunc in modum: « Audi, quæso, orationem, quam consulto et ex certa scientia recepit jam olim Ecclesia, et agnosce quam perspicue declaret quod dicimus: Deus qui per immaculatam Virginis conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti, » etc. Sic ille. Observanda enim est series dictionis, qua per immaculatam Mariæ conceptionem dignum a Summo Patre Filio suo præparatum habitaculum dicitur, quasi aliter non fuerit dignum. Tolle ergo immaculatam Virginis conceptionem, tolles et dignum Filii Dei habitaculum, tolles etiam et Domini incarnationis sacramentum. Pone vero immaculatam Mariæ conceptionem, et videbis statim cum impolluta eum qui sanctificat universa, nam ut nunquam ante sanctissimam Mariam diviniæ carnis assumptioni repertum est habitaculum, ita ubi repertum est, humanam carnem assumpsit Deus. Nisi fuisset Filius, cui dignum erat a Patre habitaculum præparandum, non fuisset immaculata Virginis conceptio, nec alia immaculatæ conceptionis causa, fons, et origo, quam Dei Filius. Porro Deiparam Virginem fuisse sine originali macula conceptam, eo quod ipsa fuerit in Dei humanitatem habitaculum præparata, disertis verbis affirmavit L. Germanus patriarcha Constantinopolitanus in Mensis Græcorum die 9 Decembris et in suo *Mariæli* fragm. 9, dum dixit: « Hodie in visceribus Castæ Annæ concipitur Maria Dei Filia, præparata in habitaculum universalis Regis sæculorum. » Quid enim est Mariam in visceribus S. Annæ conceptam esse Dei filiam, nisi conceptam esse in gratia, et per consequens, conceptam sine peccato originali? si enim in originali peccato concepta fuisset, non jam concepta Dei filia, sed concepta filia diaboli, et filia iræ (quod Christianæ aures audire horrent) prædicari posset. Filia autem Dei sine originali peccato concepta est, non aliam ob causam, nisi quia præparata in habitaculum universalis Regis sæculorum. Oportuit enim eam, quæ Dei singulare habitaculum futura erat, esse incontaminatissima puritate fligentem, atque ab omni omnino labe alienissimam.

Virgo, legis umbras dissipantem, et gratiæ fulgores affundentem. Quare me lege peccati, o Virgo, qua nunc gravissime exagitor, solutum, concede vacare liberum laudando liberatori meo Domino.

Vas lucis illuminantis totum Orbem sola ostensa

Ex canone Dominicæ Pentecostes.

Salve Regina, maternitatis et virginitatis gloria, nullum quippe os, licet disertissimum ac facundissimum in dicendo, valet te pro dignitate celebrare. Hæret autem, et quodammodo vertigine laborat omnis mens in partus tui consideratione, quam-obrem te cum affectu gloriosam prædicamus.

343 *Ex canone feriæ v, post Dom. Pentec*

Ex Spiritu sancto, casta, concepisti eum qui ante tempus resplenduit, Verbum ex Patre ingenito, et hunc per summam bonitatem incarnatum peperisti, Dei genitrix Mater Virgo.

Ex canone in Parasceve post Pentec.

Montem lucidissimum, montem umbrosissimum, montem pinguem, et incaseatum dilexit Deus, te scilicet, o Virgo sancta; salvos fac servos tuos.

Architecta mundi divina Sapientia, ex te, o puella, templum Spiritus sanctus ædificavit, salvare volens ex fidei præscripto viventes.

Spiritus sancti thalamus facta es, o Deipara, ex quo mundi Opifex Verbum Patris processit homo,

(69) De hoc vase loquens Bustus in *Mariali* serm. 8, de concept. parte 1, ait ex S. Antonino archiepiscopo Florentino: « Ordinans vas ad sacrificium altaris, conservat ipsum a maculis, hoc enim est valde decens. » Hæc ille, scilicet Antoninus. « Sed Virgo Maria (subdit Bustus) fuit vas Deitatis. Ergo decuit ut præservaretur etiam a macula originali. » Vide S. Cyprianum in Orat. de Nativitate Domini, ubi appellans B. Virginem *vas electionis* natura nobiscum communicans, non culpa: « Nec sustinebat justitia, inquit ille, ut illud vas electionis communibus laxaretur injuriis, quoniam pluribus a cæteris differens, natura communicabat, non culpa. » Quis enim hic non videat Cyprianum supposuisse puritatem originalem beatissimæ Virginis? Culpa namque communis, cui descendentes ab Adamo subjiciuntur, tantum est originalis, non vero venialis. Hanc enim aliqui, saltem infantes, non commiserunt, cum quibus si Virgo culpa non communicavit, evidens est, eam non fuisse obnoxiam originali, ac de illa potissimum intelligi debere Deiparam communibus injuriis non fuisse offensam. Sanctus etiam Chrysostomus Orat. in Annuntiat. non aliam ob causam Deiparam vocat Vas incontaminatum, nisi quia originalis peccati contaminationem non habuit, sed ab hac tanti mali miseria immunis fuit. Quis enim absolute appellet incontaminatum, quod aliquando, et quidem turpissime, contaminatum fuit?

(70 B. Virginem sine Originalis peccati macula fuisse conceptam, eo quod inter nos, et Deum Mediatrix futura esset, colligit Bartholomæus Pisanus, *De laud. B. V.* libr. 1, fructu 7, dum ait: « Maria Pei Mater debebat esse mediatrix inter nos et Deum, scilicet ejus Filium, et ejus Filium inter nos et Deum; ergo carere debebat quolibet vatio, et

es (69), immaculata inculpatissima Maria Deipara. Quare, oro te, illumina obtenebratam vitæ deliciis miseram animam meam, quo, sicut in die, per vias Dei ambulem.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς Κυριακῆς τῆς ἀγίας Πεντηκοστῆς.

Χαίροις, Ἀνασσα, μητροπαρθένων κλέος· ἅπαν γὰρ εὐδύνατον εὐλαλον στόμα ῥητορεύσω, οὐ σθένει σε μέλπειν ἀξίως· ἱλιγγιᾶ δὲ νοῦς ἅπας σοῦ τὸν τόκον νοεῖν· ὅθεν σε συμφώνως δοξάζομεν.

B et nobiscum conversatus nunc manifestavit Trinitatis cognitionem.

Ex canone Sabbati post Pentec.

Spiritus sanctus in te purum virginitatis sacramentum descendens, effecit splendidum, et sanctissimum tabernaculum Filii excelsi, beatissima.

Incarnationis Verbi organum divinum, o veneranda, Spiritus sanctus cum obumbravit tibi, te arcam divinam, illustrem effecit, et adornavit, o Virgo benedicta, quæ Deum in carne peperisti.

Terrestre quoddam cælum apparuisti, sancta, cæleste Verbum ventre concipiens, quod in terra conversatum est.

Deum hominibus, Virgo, conciliasti mirabiliter, inter **344** Eum, et nos mediatrix interveniens (70).

C macula, qua erat discordia, qua e peccato originali et omni alio. » Sic ille. Bernardinus etiam de Busto in suo *Mariali*, serm. 6, de concep. parte 1, in hunc modum loquitur: Quodcumque est inter aliquos inimicitia, pro reconciliatione convenit accipere tertium, nisi ille sit offensi amicus, multo minus autem talis mediator, debet esse particeps delicti, per quam participationem sit et ipse dolosus: nam inimici amicus, inimicus est, et ideo ei, tanquam inimico, non credendum. Virgo itaque quæ debebat mediare inter humanam naturam, et Christum venturum, non debebat esse rea et conscia delicti, alioquin esset indigna reconciliatrix, dicente Gregorio in *Moralibus*: Cum is qui displicet ad interpellandum mittitur, irati judicis animus ad iracundiam provocatur. Missa est ergo Virgo benedicta a Patribus exilio damnatis tanquam digna reconciliatrix ad Deum, quæ si non esset digna, pœnam mereretur. Sed quia non est repulsa, uno iratum Deum placavit, dignissima inventa est, et per consequens, sine originali culpa. Christus ergo inter Patrem et populum mediavit, Virgo inter Filium et delinquentes; quod si ipsa peccavisset, ubi esset spes nostra? Ubi reclinatorium capitis nostri? Si Mater esset rea, quid nobis servis esset inutilibus? Desperare possemus, ubi ipsa privilegio singulari puritatis non polleret. Sic Bustus. Cui his verbis subscribit Pelbartus in *Stellaris B. Virginis*, lib. iv, part. 11, a. 3: Mediatrix est Maria inter Christum, et homines, medium autem debet participare cum extremis, 5, *Phys.*; ideo congruit, ut ipsa Maria mediatrix generis humani in conceptione assignetur hominibus, in naturali, scilicet, propagatione communi, et hoc non obstante assignetur Christo capiti in hoc, ut per gratiam præservetur a peccato originali. Sic Pelbartus.

Per te enim, sanctissima, coierunt in unum quæ A
prius dissidebant. Cœlestis siquidem, et divinæ hæ-

reditatis, et voluptatis misericorditer facti partici-
pes sumus.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς Κυριακῆς μετὰ τὴν ἀγίαν
Πεντηκοστήν, ἐν ἣ ποιεῖται ἡ μνήμη τῶν ἀγίων
πάντων.

Ex canone Dominicæ post sanctam Pentecostem in
qua celebratur memoria omnium sanctorum.

Γνώμην ἀνδρείαν αἱ παρθένοι, πάναγνε, ἀνάλα-
βοῦσαι σαφῶς, μαρτυρικούς ἀθλους ἀκλινῶς μιμού-
μεναι, καὶ ψαλμικῶς ὀπίσω σου τῷ Υἱῷ σου, Παρθένε,
ἐνθέως συναγαλλόμεναι τῷ παμβασιλεῖ προσηνέχθη-
σαν.

Virilem palam animum virgines assumentes, o
castissima, certamina martyrii fortiter subierunt,
et juxta psalmum post te, Virgo, Filio tuo summo
Regi lætantes oblatae sunt.

Παρθενικῆς ἀπὸ γαστρὸς τὸν ἐκ Θεοῦ Θεὸν Λόγον
ἀπεγέννησας ἡμῖν, Θεομήτορ, ὃν νεάνιδες ἀγαλ-
θεοπρεπῶς ἐπόθησας, καὶ σοῦ ὀπίσω πᾶσαι τούτῳ
σαφῶς ἠκολούθησαν.

Virgineo ex ventre Deum ex Deo Verbum pro-
genuisti nobis, Dei Mater, quem adolescentulæ
castæ Deo digne dilexerunt, et post te palam om-
nes secutæ sunt.

Νύμφη Θεοῦ γέγονας, Θεογεννήτρια· τὸν γὰρ B
τούτου Λόγον προαιώνιον σωματικῶς τέτοκας ἡμῖν,
ἐν ᾧ καὶ γυναῖκες ἀγίως πολιτευσάμεναι, καὶ ἄλλοις
παμπαικίλοις διὰ σοῦ κοσμηθεῖσαι τῆς προμήτορος
πτῶσιν ἀνώρθωσαν.

Sponsa Dei fuisti, Dei Genitrix, ejus enim Ver-
bum ante sæcula genitum corporaliter peperisti no-
bis. In quo et mulieres sanctæ vita perfectæ, et
variorum certaminum coronis per te ornatae, primæ
parentis lapsum emendarunt.

Ὑπερθαύμαστον τόκον τὸν σὸν ἀγαπήσασαι γυναῖ-
κες; πάνσεμναι, τὰ τερπνὰ τοῦ βίου εἰς οὐδὲν ἐλογί-
σαντο, πάναγνε, τῆς αὐτοῦ καὶ μόνης ἐρωτικῶς ἐπι-
θυμοῦσαι ἀγλαίας καὶ θείας ἐλλάμψεως.

Admiratione omni superiorem partum tuum am-
plexæ sanctissimæ mulieres, jucunda mundi nihil
habuerunt, castissima, solam ejus adamantes spe-
ciem divinis radiis illustrem.

Μητέρα παναληθῆ Θεοῦ σε πάντες γινώσκομεν,
εἰ ἥς φύσις γυναικῶν ῥωσθεῖσα, πανάμωμε, Χρι-
στοῦ ὑπερήθησεν, ἀρετῆς τε πάσης εὐσεβῶς γέγονεν
ἐμπλεως.

Veram Dei Matrem te omnes agnoscimus (71), o
immaculatissima, per quam roborata natura mu-
liebris pro Christo certavit usque ad mortem: vir-
tuteque cumulata omni religiose vitam duxit.

(71) Qui B. Virginem agnoscunt veram Dei Ma-
trem, decens etiam est, eos ipsam agnoscere ab C
omni prorsus originalis peccati labe immaculatis-
simam. Nam ut optime argumentatur Thomas
Argentiniensis, lib. III, d. 3, q. 1, a: « Decuit
Filium Dei Virginem Matrem, a macula originali
præservare, quia hoc decuit Filium Dei in propria
Matre observare, ad quod obligatur quilibet purus
homo ex præcepto divino. Sed quicumque filius
posset matrem suam præservare etiam a minori
malo, quam fuerit originalis culpa, ipse ad hoc
teneretur ex præcepto divino, quia alias non hono-
raret Matrem, neque in maxima necessitate illi
subveniret. Ergo, etc. Illud igitur quod decet ali-
quem facere, et nullam habet de impotentia excu-
sationem, si hoc non facit, aliquo modo pro incon-
venienti sibi poterit imputari. Sed Virginem præ-
servare ab omni macula Dei Filium decuit, et ipse
hoc potuit. Ergo aliquo modo inconveniens esse
videtur, si hoc non fecerit. Ita Argentin. Cui
consonat Ambrosius Tarvisinus, sive Spiera, Serm.
in Sabbatis, considerat. 2, conclus. 3, in hunc D
modum scribens: « Servavit Deus populum suum
ab aquis maris Rubri, et per quadraginta annos
eorum vestimenta et calceamenta illæsa servavit, et
hoc propter dignitatem populi sui: et quomodo
Matrem propriam ab omni macula non præservasset
propter dignitatem maternitatis suæ. » Sic ille. Sed
de immunitate B. Virginis ab originali macula, ra-
tione divinæ maternitatis, optime omnium Ambros.
Catharinus in Disput. de conceptione B. Virginis
ad Patres ord. Prædic. lib. II, cap. ult. ubi ait:
Dico audacter, volente Deo, quod si B. Virgo con-
sideretur secundum naturæ suæ conditionem,
secundum quam erat filia Adæ ex semine in se ipso
odioso, vel digno odio concepta, et propagata,
absque dubio ex se digna fuit intelligi sub Adæ
peccato cum reliquis. Si vero consideretur ut Ma-
ter Dei, et illa, quæ erat paritura Salutem mundo,
pium, et pulchrum est credere, quod fuit digna

omnino eximi a tanto malo, ut Salus, quæ ab illa
erat, sibi primum, et summo modo prodesset, præ-
veniendo, et occurrendo ante malum potius quam
postmodum vindicando. Quod si quærat ergo quis:
Quo ergo modo consideranda est? Nunquid ut filia
Adæ, ut sit cum peccato, an ut Mater Christi, ut
ab eo sit præservata? ego quidem a Scripturis di-
scens, hac parte non considerabo illam, ut Adæ
filiam, sed ut Christi Matrem: Aliam enim penitus
in ea geneologiam non lego in Scriptura, nisi quod
Christi sit Mater. Patrem autem ejus, et matrem
a Scriptura nequaquam didici. Ergo hoc plane in-
nuit his, qui capere volent, et quibus est intelli-
gentiæ spiritus, ut ita a nobis consideranda sit,
sicut Scripturæ illam nobis præferunt, et osten-
tant. Similiter enim est, quod de Melchisedech ad-
vertit Paulus, quod essent in Scripturis, et pater, et
mater ejus sub silentio missi, et ipse absque genea-
logia, eo quod Christum significaret Dei Filium. Cum
igitur non sine hujus veritatis, ac mysterii doctrina
(ut certo scio, videre poterunt quibus sunt beati
oculi) occultatum sit pater, et mater Dominæ nostræ,
et solum ostensa palam nobis ut Christi Mater in
Scripturis sanctis, ut agnosceremus illam, quod
gratia non solum naturam superavit, sed absorbit,
et ad nihilum redegit; confidenter assero quod Do-
minus ab initio cum videret omnino ex rigore le-
gis debuisse illam similiter cum aliis a gratia sua
excidere, singulari prærogativa excipiens eam, no-
luit videre hoc malum in ea, quam in Matrem ine-
narrabili gratia prælegerat, ut hinc omni honore
dignissima censi posset. Noluit tantæ Matris
statum et debitam perpetuo gratiam quovis modo
mutare, aut ab unius facti adeo indigne sub discrimi-
nime pendere, siquidem longe æquius, et divinæ
sapientiæ congruentius, ut in Filio suo perpetuæ
charitatis oculo respiceretur, quam in parente ali-
quando sub ira quasi peccatrix agnosceretur. Hac-
tenus Catharinus.

Mariam inviolatam et sanctissimam Dei genitricem adolescentulæ universæ cum affectu nunc choreas ducentes magnis vocibus exsultant, laudantes illam, quæ nobis perennis gaudii fontem produxit.

Dissidentium conciliatrix reipsa probata es. Per te **345** siquidem contubernales angelorum in cælis homines sunt. Idque testatur sanctorum omnium ordines, nunc cum ipsis celebrantes tuum partum, Virgo Deipara, canticis æternis.

Cum lætitia universæ mulieres divina sapientes feliciter initiatæ in Christo, et Spiritu sancto, Virginem inviolatam veramque Dei Matrem, quæ nos ab Evæ primæ parentis maledictione redemit, religiose circumstantes, ejusdem fructum laudibus extollunt in sæcula.

Ex alio canone ejusdem Dominicæ post Pentecosten.

Currus Lucifer, et illustre habitaculum, o castissima, ipsis Cherubim sublimior facta es, dum Deum in ulnis gestasti: propterea ad te omnes clamamus, o casta, Salve, o omni benedictione cumulatissima.

Portam spiritualis Lucis te, Dei Mater, nominamus, per quam ingressus est ad nos Christus speciosus apparens splendoribus divinitatis, occultatus in stola carnis, invisibilis ut Deus, in forma autem nostra visibilis.

Maledictionem Evæ Matris omnium tuo, Virgo, partu abrogasti, quæ mundo benedictionem protulisti Christum. Quocirca te gaudentes ore, et mente Deiparam proprie confitentes, beatam prædicamus.

Universus chorus a Deo eruditorum prophetarum, mysterium ineffabilis et divinæ incarnationis ex te factæ Dei Verbi prænuntiavit, Virgo Mater. Tu enim verissimi, et antiquissimi consilii arcanum divulgasti.

Symbola partus tui tres pueri in fornace cecinerunt. Ut enim illi permanserunt in igne illiesi, permansisti et tu virgo, concepto licet in tuo ventre,

(72-74) Si dicatur *Apostolus, Protomartyr, Philosophus, Urbs*, statim per antonomasiam Paulum, Stephanum, Aristotelem, Romam intelligimus. Et si sol tarie scribatur vel pronuntietur hoc epithetum *immaculata*, ut sæpissime pronuntietur a Josepho, statim intelligitur B. Virgo; hic enim titulus est illi proprius, atque antonomasticus, sed ratione præsertim immaculatæ conceptionis. Hinc auctores *Armamentarii Seraphici pro titulo Immaculatæ Conceptionis*, col. 153, observant, nunquam ab Ecclesia vel doctorum aliquo sanctorum quempiam, Christo Domino, et ejus sanctissima Matre exceptis, *immaculati* appellatione fuisse insignitum, saltem per modum cognominis, aut tituli: quamvis non desint, qui beatum Joannem Baptistam a levissimis etiam venialibus peccatis pie liberum asserant. Ex quo arguitur B. Virginem, ratione præsertim præservationis ab originali macula immaculatæ appellationem sortiri, et ex eo, quod sola fuerit in instanti suæ conceptionis a peccato originali immunis, ad hunc cognominis omnino maculam excludentis honorem ascendisse.

(75) Hæc ratio (scilicet quod B. Virgo, ex eo

A *Μαρίαν την ἄχραντον, καὶ παναγίαν θεογενήτριαν αἱ νεάνιδες πᾶσαι χοροῖαν θεῖαν ἄμα στησάμεναι, μεγαλοφύωνως Ἀγάλλου, ἐδόξασάν σοι, ἡ τῆς χαρᾶς τὴν πηγὴν ἡμῖν ἔδυσας.*

Ἦράθης δεισιπώτων συναπτική· διὰ σοῦ γὰρ ἀγγέλοις ὁμόσκηνοι ἐν οὐρανοῖς ἄνθρωποι γεγονασιν ἀληθῶς, καὶ μαρτυροῦσι τάγματα πάντων τῶν ἁγίων νῦν σὺν αὐτοῖς, ὕμνοῦντες τὸν σὸν τόκον, Παρθένε θεοτόχε, ἐν αἰωνίοις μελωδήμασι.

Μετ' εὐφροσύνης ἅπασαι γυναῖκες αἱ θεόφρονες καὶ τελειωθείσαι ἐν Χριστῷ καὶ τῷ Πνεύματι, Παρθένον τὴν ἄχραντον καὶ ἀληθῆ Μητέρα Θεοῦ, τὴν ἐκ τῆς κατάρτας τῆς προμήτορος Εὐας ἡμᾶς λυτρωσάμενην, εὐλαδῶς παραστᾶται, τὸν ταύτης ἀνυμνοῦσι καρπὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

B benedicta, igne inexstinguibili, Deo videlicet Patrum nostrorum.

Quis de excessu misericordiæ tuæ non vehementer obstupescat, **246** o Verbum æternum? Propter nos egenus factus es, cum esses dives, et in utero sanctæ Virginis tanquam in tabernaculo habitasti: propterea te adorantes concinimus:

Salve virginitatis gloria, salve, Mater Dei inviolata, quam universæ creaturæ divinis canticis magnificamus.

Ex canone in Dominica Cæci, quinta post Pascha.

Virginalem uterum tuum Dominus habitavit, o casta, per viscera misericordiarum salvare volens hominem corruptum insidiis inimici. Ipsum ergo deprecare, ut hanc civitatem ab omni expugnatione, et incursum hostili defendat.

C A virginali utero Deum incarnatum peperisti, quem deprecare, o Domina sanctissima, ut nobis misereri dignetur.

Partum tuum qui fuit supra naturam (72-74), o immaculata, glorificamus, beatam te cum fide appellantes (75), o ab omni labe immunis, tanquam Dei omnium Genitricem.

quod fuerit Dei Genitrix, fuerit etiam omnimoda puritate ornata, et ab omni tam actuali quam originali labe immunis), licet alicui solum congruens videatur, pluribus tamen videtur concludens, ut in sua Theoria § 50, inquit P. Jo. Eusebius Nierembergus. Et cur, quæso, in Conceptionis Immaculatæ festo nil de Maria, nisi divinam ejus maternitatem Ecclesia in Evangelio proponit, dicens: « De qua natus est Jesus? » Quid divinæ maternitati (inquit Celada, in *tractat. de Esthere figurata*, cap. II, § 343), ad Conceptionem purissimam dudum peractam? P. Alphonsus Salmeron, vir in omni litteratura in paucis excultissimus, tom. III, in *Evang. tract. 30*, hæc super re ita granditer scribit: *De qua natus est Jesus, etc.*, Mariæ siquidem maternitas (ut ita dicam) conceptionis illius comes fuit et administra. Quid sublimius? quid augustius quam divina maternitas, qua Virgo Deipara vero dicitur, et est vera Dei Genitrix? Vis nosse puritatem, et dignitatem immaculatæ conceptionis Deiparæ? pensita verba hujus magni doctoris: Mariæ maternitas (ut ita dicam) conceptionis illius comes fuit et administra. Ne reputes temporis divortium

Quomodo, o casta Virgo Mater, Deo charissima sine **348** virili copula peperisti? quomodo eum nutriti, qui creaturas nutrit universas? quomodo solus ipse novit, qui universi est Creator, et Deus.

Quis magnalia tua enarrare possit, o Virgo casta? Deum enim in carne supernaturali ratione peperisti; qui per te, o Virgo castissima, a peccatis mundum retrahit universis.

Post partum virgo, casta, permansisti, Deum enim genuisti, o inviolata, qui potentia sua innovavit naturas: quem supplex ora pro omnium nostrum salute.

Virgo immaculata, Deo charissima, tuum Filium deprecare assidue, ne me in die iudicii confusione perfundat; sed cum electis ovibus annumeret.

O Virgo casta quæ coelis latior apparuisti, continuisti corporaliter Deum, qui circumscribi non potest; et eundem peperisti in redemptionem omnium qui te firmissima fide collaudant.

Ex canone in feria II, post Dominicam v Paschæ.

Luciferum vehiculum solis intellectualis vere facta es, o casta et immaculata; per quod, sedentes in tenebris lumen scientiæ viderunt, te pro debito gloriosam appellantes.

Ex canone in feria IV, post eandem Dominicam.

Dominum omnium peperisti, o Domina ab omni labe immunis (76), qui voluntariam passionem su-

inter Mariæ conceptionem, et Dei maternitatem: nam etsi conceptio quindecim annorum spatio maternitatem anteverterit in Dei mente, et mysteriorum prævisione, maternitas conceptionis est comes, nec computanda est sine maternitate conceptio: concipitur enim mox Dei Mater digne futura. Unde divina maternitas futuræ Dei Matris conceptioni adest, ut affinitatem cum peccato præpropere arceat et avertat. Nec tantum divina maternitas comes adest, sed etiam Marianæ conceptionis administra, scilicet tantus gratiæ et gloriæ nitor in Deiparæ purissima conceptione scintillat, ut Dei maternitas, quæ est omnium Mariæ gratiarum matrix, non dedignetur puritati conceptionis velut ministrare: siquidem singulare et prælustre gratiarum omnium privilegium in conceptione Virgini præmature concessum, ex divina maternitate anguste nascitur. Gratiæ enim tunc naturam præpropere antevertit, ut digna Filii Dei Mater conciperetur. Ergo infinita dignitas, et gratia divinæ maternitatis, velut comes, et administra adest immaculatæ Virginis Deiparæ conceptioni. Hæc Celada.

* Apud Maraccium deinceps leguntur *Theotocia* ex alio codice deprompta; quæ cum eadem sint omnino cum *Theotocis* supra ex Paracletica Græcorum expressis, nobis omittenda erant, quamvis Maraccius ea ob varietatem quædam admisserit. Eoir.

A scepit, et ad Patrem suum ascendit, quem tamen non deseruerat, quamvis carnem suscepisset.

Beatus factus est venter tuus, o purissima, digna namque fuisti continere eum modo ineffabili; qui inferorum **349** ventrem mirabiliter evacuavit; quem pro salute nostra dum te laudamus, exora.

Christus, qui te, o Dei Genitrix, Virginem incorruptam post partum conservavit, ascendit ad Patrem, quem non dereliquerat, licet carnem assumpsisset ex te præditam anima intellectuali, propter ineffabilem misericordiam.

Laudamus, o casta puella, conceptionem tuam; laudamus partum ineffabilem, per quem a corruptione, et perditione, ac tenebroso inferni carcere liberati sumus.

B O stupore plena miracula! quomodo Deum continuisti, o Deo charissima, qui est incomprehensibilis? qui carnem ex te emendicavit, et cum plurima gloria hodie in cælum assumptus homines deificavit?

Ecce Filius tuus, o Deipara, morte per suam crucem spoliata, resurrexit tertia die; et cum apparuisset discipulis suis, ad cœlestia emigravit; cum quo te adorantes laudamus, et glorificamus in omnia sæcula.

Lux de luce coruscans, ex te, o mundissima, exorta est; et universam infidelitatis obscuritatem dissipavit; et iis qui in nocte dormiebant, illuxit: propterea universi te pro merito beatam appellamus in æternum*.

(76) Cum esse ab omni labe immunem, sit infimum Christi omnium supremi, Christus enim cum sit justus, duo habet quæ justum hominem constituunt, scilicet declinare a malo, et facere bonum, sine peccato esse, et virtutibus abundare: quamvis enim sine peccato esse quid magnū sit, majus tamen est gratia et virtutibus abundare, et omni perfectione esse præditum. Unde angeli boni non distinguuntur inter se ex eo quod non contraxerint culpam, nam nullus eorum deliquit, sed juxta majorem, vel minorem eorum gratiam, sublimiorem, vel inferiorem locum obtinent in illa æterna beatitudine. Cum etiam Christi Mater Virgo beatissima sit supremum omnium, qui sub Christo capite vivimus, ut nemo negabit, et supremum infimū attingat infimum supremi, manifestum est quam decens sit, ut ipsa B. Virgo sit omni labe immunis, ut Christus. Christus quidem ex natura, ex privilegio tamen ejus mater, ut locus Christo in ea locando conveniret. Vide pro hac re Nierembergium in *Theoria*, § 10, non longe a principio.

ΚΑΝΩΝ ΕΙΣ ΦΟΒΟΝ ΣΕΙΣΜΟΥ (1)

Ὁ ἡ ἀκροστιχίς·

Ἦ Χριστὲ τῆς γῆς τὸν κλόνον παῦσον τάχος Ἰωσήφ.

CANON IN TERRÆ MOTUS PERICULO.

(Apud Goar. *Euchology*. Gr. p. 783 ed. Paris; Daniel. *Thesaur. hymnol.* III, 111.)*Canticum primum. Tonus obliquus secundi. « Velat A Ὁδὴ α', ἦχος πλ. β'. « Ὡς ἐν ἡπείρῳ πεζεύσας. »
in terra pedibus procedens. »*

Quam timenda ira tua est, e qua, Domine, nos exemisti, dum in terrā minime statum nostrum obruisti: propterea te cum gratiarum actione laudamus.

Qui sincera nostra correptione continuo gaudes, ad instar levis folii terram omnem, in timore fideles tuo confirmaturus, coxcutis, Domine.

Gravi terræ motu nos omnes libera: et hæreditatem tuam, te patientem Dominum plurimis irritantem offensis, ne perire permittas.

In Deiparam.

Suppliciter tibi, Mater Dei, clamamus, solitos compassionis affectus civitati, et populo, exhibito; gravissimo terræ motu, et interitu cunctos exime.

Canticum secundum. « Videte, videte. »

Terra solo tuo aspectu concussa, Rex omnium, animis nostris timorem incussisti: verum furorem tuum, misericors Dominator, remitte, et populum tuum ruinæ cuncta devastanti ne tradas.

Pro populo omnimoda debitorum verëcundia operto, et jamjam perniciem exspectante, quis te exorabit? ab ea, Christe, tua misericordia, nos exime.

Terrorem tuum nunc, aspectu tuo fundamentis terræ concussis, Christe, manifestasti: verum solitam tibi, misericors, clementiam exhibe, ne misere pereamus.

In Deiparam.

Quis solus absque te, illibata Virgo, iratum nobis Deum reconciliare potest? Hac de causa, precare, sanctissima, ut terræ fragorem perniciem nobis imitantem sedet.

(1) Subito etiam et vehementi terræ motu concussos, et conturbatos animos, Ecclesia suis orationibus erigit et firmat. Inter cunctos vero memorandus est ille qui Theodosii Junioris tempore contigit et quo talis clades imminerebat, ut Constantinopolis cives ruinam ædificiorum veriti, in campo extra urbem aliquo spatio morati fuerint. De illo D precibusque tunc actis refert Nicephorus lib. xiv, cap. 46: Συνεχῆς δεήσεις συνέμα βασιλεῖ τῷ Θεοδοσίῳ καὶ Πρόκλῳ τῷ πατριάρχῃ προιόμενοι, καὶ

Ὡς φοβερά ἡ ὀργή σου, ἐξ ἧς ἡμᾶς ἐλυτρώτω, Κύριε, μὴ συγχωρήσας ἐν τῇ γῇ ἅπαν τὸ ἀνάστημα ἡμῶν. Εὐχαρίστως σε διὸ ἀεὶ δοξάζομεν.

Χαίρων ἡμῶν καθ' ἕκαστὴν τῇ παντελεῖ διορθώσαι, Δέσποτα, ὡσπερ φύλλον εὐτελὲς διασελεῖς ἄπισαν τὴν γῆν, εἰς τὸν φόβον σου πιστοὺς στηρίζων, Κύριε.

Ῥῦσαι σεισμοῦ βαρυτάτου πάντας ἡμᾶς, καὶ μὴ δόξης, Κύριε, ἀπολέσθαι παντελῶς τὴν κληρονομίαν σου πολλοῖς παροργίζουσαν κακοῖς σε τὸν μακρόθυμον.

Θεοτόκιον.

Ἰκετικῶς σοὶ βοῶμεν, Μήτηρ Θεοῦ, τὰ συνήθη σπλάγχνα σου ἐπὶ πόλιν καὶ λαὸν συμπαθῶς δεικνύουσα, σεισμοῦ βαρυτάτου καὶ φθορᾶς πάντας ἀπάλλαξον.

Ὁδὴ β'. « Ἴδετε, ἴδετε. »

Σείσας προβλέπει σου πᾶσαν τὴν γῆν, παμβασιλεῦ, ἐνέβαλες εἰς φόβον ἡμῶν τὰς διανοίας. Ἄλλ' ἄνες, Δέσποτα οἰκτίρμων, τὴν ὀργὴν σου, καὶ μὴ δῶς εἰς παντελεῖ ἀφανισμόν τὸν σὸν λαόν.

Τίς δυσωπήσει σε, ὑπὲρ λαοῦ παντοδαπῶν αἰσχύνης ὀφλημάτων ἀεὶ καλυπτομένου, καὶ ἀπολέσθαι προσδοκῶντος τῇ ὀργῇ σου; ἐξ ἧς ἡμᾶς, Χριστὲ, τῷ σὺ ἐλέει ἐξελοῦ.

Ἐδειξας φόβον σου νυνὶ, Χριστὲ, τῇ φοβερᾷ προβλέπει σου σαλεύσας τῆς γῆς τοὺς θεμελίους· ἀλλὰ συνήθως δεῖξον πάλιν, ἐλεῖμον, τὸ ἔλεος τὸ σὸν, μὴ ἀπολλύμεθα δεινῶς.

Θεοτόκιον.

Τίς μόνος ἄνευ σου δύναται, ἀχραντε ἀγνή, Θεὸν ἀγανακτοῦντα καθ' ἡμῶν καταλλάξει; διὸ δυσώπει, παναγία, παῦσαι τάχος τὸν κλόνον τῆς γῆς γεννῶντα βλεθρον ἡμῶν.

λιτῆς ἀγομένης πάντες σύνδακρυς ἐκ βάθους τὸν ἄνωθεν ἔλεον ἐκκαλούμενοι: *Una cum imperatore Theodosio et Proclo patriarcha continuis precibus incumbentes, et supplicatione publica celebrata omnes collacrymabantur, et ex profundo intimoque animo misericordiam supernam invocabant.* In Occidente autem notissimus is fuit, qui eodem ævo, renovandæ Rogationum piæ consuetudini S. Mamerto Viennensi episcopo causam præbuit: de quo, Sidonius Apollinaris epistola prima lib. v.

ᾠδὴ γ'. « Οὐκ ἔστιν ἅγιος ὡς σὺ, Κύριε. »

Ἡ γῆ μαρτύρεται ἡμῶν κακῶς διαχειμένων, καὶ ἀεὶ τὴν ὀργὴν σου συγκινούντων καθ' ἡμῶν, οἰκτίρμον παμβασιλεῦ· ἀλλὰ φείσαι, Δέσποτα, τῶν δούλων σου.

Ευσσεύσας, Κύριε, τὴν γῆν, ἐστερέωσας πάλιν νοσητῶν ἐπιστρέφων τὴν ἀσθένειαν ἡμῶν, στηρίζεσθαι ἐν τῷ σὺ θεῷ φόβῳ θέλων, ὑπεράγαθε.

Γενώσας θάνατον πικρὸν, καὶ σεισμοὺς βαρυτάτους, καὶ πληγὰς ἀνηκέστου ἀμαρτίας, ἀδελφοί, ἐκφύγωμεν, καὶ θεῷ μετανοίας τρόπους ἐπιδείξωμεν.

Θεοτόκιον.

Ἡ μόνη οὐσα ἀγαθὴ τὸν πανάγαθον Λόγον ἐκτενῶς ἐκδυσώπει, τῆς παρουσίας τοῦ σεισμοῦ ρυσθῆναι πάντας ὀργῆς, Θεοτόκε ἀχραντε, δεόμεθα.

ᾠδὴ δ'. « Χριστὸς μου δύναμις. »

Σαλεύεις, Κύριε, τὴν γῆν, βουλόμενος ἐδρασμῷ ἀληθείας πάντας ἡμᾶς, Δέσποτα, στηρίζεσθαι σαλευομένους προσβλαῖς τοῦ δολίου πολεμήτορος.

Τῇ θεῷ νεύσει σου κλονεῖς τὰ σύμπαντα, καὶ δυνεῖς τὰς καρδίας τῶν ἐπὶ γῆς κατοικούντων, Δέσποτα. Τῆς οὖν δικαίας σου ὀργῆς ἄνευ, Κύριε, τὰ κύματα.

Οὐδ' ὄλωσ' ἔχοντες εἰς νοῦν τὸν φόβον σου, ἐκφοβεῖς τῇ νικήσει πᾶσαν τὴν γῆν, μόνε εὐσυμπάθητε· ἀλλὰ συνήθως ἐφ' ἡμᾶς τὰ ἔλεη σου θαυμάστωσον.

Θεοτόκιον.

Ναὸν σε, Δέσποινα, Θεοῦ γινώσκοντες, ἐν ἀγίῳ ναῷ σου χεῖρας οἰκτρὰς αἰρομεν εἰς δέησιν, ἴδε τὴν κάκωσιν ἡμῶν, καὶ παράσχου τὴν βοήθειαν.

ᾠδὴ ε'. « Τῷ θεῷ φέγγει σου. »

